62

F-12-69

LIBRARY OF
THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS

FROM THE LIBRARY OF
CONTE ANTONIO CAVAGNA
SANGIULIANI DI GUALDANA
LAZZELADA DI BEREGUARDO
PURCHASED 1921

q A850
Ar44c
v.2

CREMONA LITERATA,

SEU

In Cremonenſes doctrinis, & Literariis dignitatibus Eminentiores Chronologicæ Adnotationes,

AUCTORE

FRANCISCO ARISIO

NOBILISSIMÆ PATRIÆ SUÆ ORDINUM CONSERVATORE,

TOMUS SECUNDUS.

Totum Sæculum Seſquimilleſimum complectens, multifariam eruditionem continens, cui aliquandò Scriptorum Orationes, ſivè ineditæ, ſivè raræ exſcriptionis acceſſerunt.

ADIECTA ETIAM EST IN FINE

Mantiſſa inſignium Muſicorum, qui in illo ſæculo ſeſquimilleſimo floruere.

PARMÆ MDCCVI.

Typis Pauli Montii. *Superiorum permiſſu.*

Et deprehendi nihil eſſe melius, quam lætari hominem in Opere ſuo, & hanc eſſe partem illius.

Eccleſiaſt. cap. 3. num. 22.

qA850 Ar44c v. 2

ERUDITISSIMA PRO HISTORIA
DE
SCRIPTORIBUS CREMONENSIBUS
EPIGRAMMA

Doctiſſimi P. D. Joſephi Hieronymi Sementii Cremon. Cler. Reg. Congr. Somaſ. in Univerſitate Papienſi S. T. Lectoris, ac Potentiſs. Hiſpaniarum Regis Cronographi in ditione Mediolan.

INclyta, quæ Patriis fixit jam Stemmata muris,
Nunc cedat Calamo CLAVA ſuperba Tuo
Majus ut Herculeum teneat ſibi Nomen adeptum,
Te canat ALCIDEM NOSTRA CREMONA SUUM
Sæcula Tu ſuperas; at ineluctabile Tempus
Non domuit victis Dextra cruenta Feris.
Tu Virtute potens pugnas cum Morte, triumphas;
Civibus hinc doctis tutior extat honor.
Efficis, ARISI, Fato admirante, perennes
Vivere poſſe Urbes, vivere poſſe Viros.

483127

De eodem Argumento

TETRASTICHON

AD R. P. JOSEPHI ANDREÆ LUGARINI

Ord. Præd. S.T. Lectoris, ac SS.^{mæ} Inquiſitionis Cremonæ olim Vic. Generalis.

PAllade ſi celebrem Patriam Tu reddis in Auras,
Ei, quæ Te genuit, diceris eſſe Pater.
Si Patrios uno ſervaſque VOLUMINE Libros,
Eſt FRANCISCE Tuus Bibliotheca Liber.

LECTOR HUMANISSIME.

Miraberis fortaſsè, ubi Literatorum unica, hoc Sęculo ſeſquimilleſimo, recollectio tot paginas, quæ Primum confecerunt Volumen, adæquet, & ſuperet. Cauſam illinc ex Epiſtola Legentibus antepoſita, cùm in antiquis verſaremur, nemo non attingere poteſt; nunc verò aliena, & ſolida duntaxat auctoritate, iterùm reddimus. Scribit nimirùm Præſtantiſſimus Card. Baronius *Annal. Eccleſ. Tom.* 8. *ann.* 680. *num.* 10., & Longobardorum obſcura Sæcula per hæc deflet. *Intelligis, Probe Lector, quantò deploret Agatho Pontifex temporis hujus bonarum literarum ſterilitatem, cum ob aſſiduos Longobardorum motus exculta latinitas, & ipſa Italia fœcunda ſcientiis fuerit omninò iiſdem inculta, & ſterilis reddita.*

Ad ipſammet Epiſtolam modò etiam eſt recurrendum, ne idem ſupervacaneè repetamus; ſatis erit, ſi Te præmonitum facio, nonnullas ibi ſubtexiſſe Scriptorum Orationes, non ut prægrandis, ſed magè perfectus liber à Te (ſi lubet) pertractandus exhiberetur. Erant hæ raræ exſcriptionis, aliç manuſcriptæ tantùm, ac facilioris jacturæ; ſed quod urgebat, noſtro ſtudio affabrè factitantibus, celebrium quippè Hominum opera, quæ ſunt animæ partus, conſervari haud dubiè laudabile nonnunquam fuit, idque à doctiſſimis Auctoribus legimus comprobatum.

Quid de aliarum Urbium Civibus, Patriæ noſtræ, ſivè privilegiis, ſivè alia ratione addictis, congeſſimus, nollem Nobis in odium retorqueretur, ac nos veluti alienæ laudis occupatores inverecundè ſugillarent; quinimmò apud cordatos, & ſinceræ mentis Viros credendum autumo, eorum Natale Solum, gloriolam aliquam ex ſcriptis noſtris, etſi minimis, eſſe conſecuturum.

In Indice rerum notabilium multorum Literatorum nomina omiſimus, quæ in Nominum Indice comperies, ne eadem inſulsè repeterentur.

Ubi de Benedicto Accolto Card., & Cremon. Epiſc. verba fecimus pag. 64. memoravimus quoddam opuſculum, cui tit. *Benedicti Accolti Arretini Dialogus de præſtantia Virorum ſui Ævi &c.* id ex nominis analogia ipſimet Cardinali adnotavimus; cùm autem inter literaria munera per celeberrimum Magliabequium ad nos nuperrimè delata, idem adeſſet opuſculum, novimus non Cardinali, ſed Benedicto illius Avo J. C., & Hiſtoriographo, citrà controverſiam doctiſſimo, eſſe adſcribendum.

Si aliquandò ſtylus non concinnus, aut elocutio ad lucernam elaborata tuis auribus humirepo ſermone conveniet, id intelligas ex temporis intervallo in hiſce conſcribendis proceſſiſſe. Notiones quidem, eruditioneſq; hìc extenſas, non omnes uno tempore conquiſivimus, adeò ut exemplari M.S. Parmam, jam pro formis delato, multa adindere neceſſum fuit; propterea carptim, tumultuariè, ac præcipitantèr penè dicerem, multa ſcriptitavimus, ut ſua ſede collocarentur. Hinc duplicationes ſecutæ ſunt, ut recordor, pag. 65. lin. 18. pag. 108. lin. 19., & pag. 263. lin. 34., & ſequ. Hinc omiſſa nonnulla Appendicem in fine libri effecerunt. Scias etiam in eo totum conſilium, orationemq; defixiſſe, ut nihil intactum, quantum aſſequi potuimus, pro noſtris Literatis reliquerimus. Mirari inſuper omittes, ſi nos in tot Patriæ ob propinqua bella, diuturnas exagitationes, cui ut ſedulò incumberemus, nobis cura præcipuè demandata eſt, excogitabis (teſtes adpello, qui me terribili, ac fatali die Februarii prima anni 1702. in tot vitæ, ac rerum periculis reviderunt.) Adde, & quę de ſe ipſo protulit Invictiſſimus Morus in *Utopiæ Præfatione* nobis affabrè, & in omnibus, licèt impari, congruentia. *Dum cauſas forenſes aſſiduè alias ago, alias audio, alias arbiter ſinio, alias Judex dirimo, dum hic officii cauſa viſitur, ille negotii, dum foris totum fermè diem aliis impartior, reliquum meis relinquo, mihi hoc eſt literis nihil. Nempè reverſo domum cum Uxore fabulandum eſt, garriendum cum liberis*, ut mireris eſſe otium, vel cogitandi de libris. Minimè tandem miraberis, ſi cætera infortunia perpendes, quorum impulſu nedum calamum noſtris è manibus, at ex mente vigorem excidere planè definires. Verùm in nos Patriæ, & Virtutis amor adeò profuſus invaluit, ut quæcunq; nobis adverſantia, ni oblivioni damnavimus, ſaltem ne ſtudiorum pacem infringant, fingimus aliquantùm deſcire. Vivat, inquam, Patriæ, & Virtutis amor. Pereant vitiorum monſtra, eorumq; Fautores, ac Sacrificuli, qui quò meliori toga induunt, eò ſibi meliores ipſi videntur, non penſi quicquam habentes nihil eſſe Viro Nobili doctrina honeſtiùs. Horum nomina è noſtris libris perpetuò aboleantur, ut in eis digni tantùm, & bonarum artium fidiſſimi amatores effulgeant. Continget fortè noſtro labori Cives aliquos, è tenebroſo læthi gurgite eximere, juxtà illud *Venuſin. Poetæ* Ode 9.

> *Vixere fortes ante Agamemnona*
> *Multi: ſed omnes illacrymabiles*
> *Urgentur, ignotique longa*
> *Nocte carent quià Vate Sacro.*
> *Paulum ſepultæ diſtat inertiæ*
> *CELATA VIRTUS.*

Vale, & Volumen tertium, ſi lubet, expecta jam reſolutum, Typographi errores excuſa, tuiſq; & meis Deus annuat Votis.

DE

DE VERA RELIGIONE
ET PIETATE CREMONENSIUM
IN OPUS PROEMIUM.

ANtequam hujus Secundi Libri narrationem exordiar, operæ pretium eſſe duxi de Cremonenſium Religione, Fide, ac Pietate aliquid præfari, ſi Religionem, quam definiunt Veri Dei cultum, inter ea, quæ preſſiùs intuenda ſunt, principem obtinere locum nemo eſt, opinor, qui neſciat. In primo namq; de noſtræ Urbis Nobilitate, & Antiquitate jam ſermo fuit; modò verò (præter literariam Chronologiam, quod expreparatò decrevi inſtituere) hiſtoriolam Sacram, haud incurioſam Patriæ noſtræ antiquiſſimæ brevi ſanè, ſed ſyncera ſerie conſcribere pro mea virili decrevi, non exſpes meo quidem Judicio, ſi id muneris obeam, Civium me benevolentiam in dies magis promeriturum de Patriæ enim dignitate Homines gloriari ſolent. multis affert *Tiraquell. de Nobilit. cap.* 12. *num.*, 6. *& ſequ.* præcipuè verò, ſi hæc dignitas ex Religione, & Pietate proveniat.

Auſpiciis igitur Divini Numinis, ejuſq; Genitricis dilectiſſimæ, ac Seraphici P. noſtri Franciſci, quem, ut mihi præſto ſit, tenſis ad Cœlum palmis, ſemper exoro, Urbem noſtram demonſtrabo propinquioribus poſt Chriſtum Natum annis, Catholicæ Fidei haudquaquam deſciviſſe, & qualem Deum (illicò expiatis idololatriæ ſordibus) habere decebat, didiciſſe: id evidentiſſimè probatur cum Divus Barnabas Cremonæ Verbum Dei concionando adfuerit, ibi inter chariores ſuæ doctrinæ Alumnos relicto Sabino Patriæ Epiſcopo Sanctitudine Viro præclaro, ac Divi Syri Ticinenſium Antiſtitis amicitia conjunctiſſimo.

Ex hac Cremonenſium ad recipiendam, ſuaptè natura, veritatem propenſione, facilique animo in naſcentis Fidei puriſſimum lac ebibendo, noſtra Eccleſia nullos oſtendit præter Sanctum Siſinium, Martyrio cruentatos Præſules, quibus permultæ gloriantur, nimirùm execranda eorum Majorum ſævitia; quinimmò Urbs noſtra, ut de nonnullis legitur in Inſubria, Ariannorum hæreſi nunquam infecta contabuit, nec monſtrum illud biceps in ea ſedit, & nempè, eodem tempore, duo Epiſcopi, Chriſtifidelis unus, & alter Hæreticus.

Quantùm bene morata, & conſtituta eſſet Patria noſtra temporibus anteactis in Religione (ſivè dicta à relegendo, quæ ad cultum

Dei

Dei ſunt, ut innuit Platina noſter, ſivè à religando nos vinculo pietatis obſtrictos Deo, ut vult Lactantius) Teſtis eſt Honorius hujus Nominis Papa III. ex ſuis literis diei XXIX. Januarii anno 1218. expeditis, & archivio noſtro ſervatis, cum tabulis Expoſitionis Ugolini Cardinalis Oſtienſis (exindè Gregorii IX., qui Seraphicum P. Franciſcum in numerum Sanctorum retulit) illiuſmet Summi Pont. ad Cremonenſes Legati.

Ad hanc diem ſeptem ultra octoginta dinumerantur Epiſcopi, & nuperrimè, orbata Eccleſia, octogeſimum octavum expetit (utinam ſumma religione, pietate, & virtute Virum, cui majori curæ ſit Gregis commodum, quam divitiæ ſuæ) Verumtamen cùm de hoc ſcribentium ſit inter ſe ſe diſſidium, communis hæc ſanè invaluit opinio, ut perquàm ſcitè indigitare nititur Joſeph Aurelius de Nigris Avunculus dilectiſſimus in ſua, quam erudito calamo Epiſcoporum Cremonenſium chronologia conſcribit, Deo benè fortunante, in lucem brevi editura.

Ultra decem, quos primo loco adnumeramus, eoſque in numero Sanctorum relatos ſcribit *Breſcianus Corona Virorum Cremon. Sanctit. inſignium*, tres etiam in Sanctorum cathalogo adſcriptos habemus, memoratum ſcilicet Siſinium Cremon., qui floruit ſub Bonifacio I. P. M. anno 422. Sylvinum pariter Cremon., qui ſub Gregorio III. anno 734., ac Emmanuelem Abbatem Ciſtercienſem, ſub Alex. III.

Digniorem Epiſcoporum ſeriem reddidere Gregorius XIV. S. P. anteà Nicolaus Sfondratus è Nobiliſſimæ Patriæ ſtirpe progenitus, ac Undecim S. R. E. Cardinales.

Clariſſima Privilegia, queis fulgent Cremonenſes Præſules, omittuntur, cùm ea facillimè videre quiſq; poſſit apud *Ugbellum in Italia Sacra Tom.* 4. de noſtro Epiſcopatu; ipſe enim ſcribit *Regum, atque Cæſarum privilegiis ampliſſimis communitus, inq; Inſubriæ primis Præſulibus cum vetuſtate, tum opibus numeratus*. Negligendum planè haud eſt, Antiſtitem Cremonenſem ex antiqua, & immemorabili Pontificia conceſſione deferre Crucem in Cathedrali ſua, & in Sacris Amburbialibus peragendis, qua ipſimet Patriarchæ utuntur, decus præcipuum, & in tota Italia (ut ſciam) ſingulare.

Ex ampliſſima æque Diœceſi ab aliis diſtinguuntur; hæc enim longitudine millia paſſuum octoginta ab Oppido Caſſani, uſque ad Caballariæ Vicum, latitudine fermè quindecim inter Padum, & Olium, ac Abduam perlabentem amœna, ac frugifera planicie protenditur, inibi olim quinq; Civitates aderant; Vardaſtallum, ubi ſub Paſchale II. anno 1106. Generale Concilium celebratum fuit, & Crema, cùm eſſent ſubditæ Cremonenſibus, Bozulum, & Sabloneta, quæ adhuc in Diœceſi; Buxetum verò Epiſcopatui Burgi S. Donini proximè dilapſo ſæculo adjunctum, præter viginti, quæ in ea continentur Oppida Inſignia, Urbibus nonnullis profectò comparanda.

Diœceſim illuſtrant Eccleſiæ Parochiales ducentum triginta, fidelium Animarum ducentum millia, & ultra curam foventes, ex quibus ſtationes vigintiquinque, eas Vicariatus Foraneos appellamus, in quibus eminent ſex Collegiatæ, Archipresbyterales undecim, Præpoſiturales reliquæ, & Rectorales, Regularium Cœnobia ſeptem, & quadraginta Auguſtiniani, nempè ex iis quatuor poſſident, Capucini novem, Carmelitæ tria, Ciſtercienſes duo, Cler. Reg. Barnabitæ unum, Dominicani unum, Franciſcani Conventuales tria, Hieronymiani Congr. Inſub. unum, Minimi unum, Minores Obſervantiæ duodecim, Olivetani unum, Servi B. V. M. quinque. Monialium verò duodecim, ut alia taceam operoſa templa; Cæterùm non eſt ſilentio prætereundum illud toti Orbi ſpectatiſſimum, ac effulgens Beatiſſimæ Virgini Sacrum *à Fonte* nuncupatum, quod miliare unum à Caravagio diſſidet, ob Peregrinos eò comigrantes celeberrimum: hoc ſexies inviſi, nec illud iterùm inviſendi cupiditas deſtitit.

Expende attentiùs, mi Lector, ſi lubet, vaſtiſſimam noſtrorum Majorum pietatem in latifundiis Eccleſiaſticorum commoditati, utinam non deliciis, in ditione Cremonenſi elargitis. Ducentum ſeptuaginta mille tercentum ſexagintæ duæ Perticæ (vulgare nomen, quò agros metimur) ab Imperatoris Caroli V. temporibus enumerabantur, quas immunes à quibuſcunq; oneribus (utor hoc vocabulo in nuperis Dictionariis frequentiſſimo) decrevit. privilegium hac tot ærumnarum, bellorumve tempeſtate valdè perſpectum, cum (nemo præter nos fortaſsè credat) à tot bonorum Dominis, ſi layci eſſent, centum mille Romanorum Scuta in Regium cenſum exigerentur. Eam ſanè ætatem citra, ipſimet Sacram veſtem deferentes totidem fermè bona poſſident, pro quibus non adeò lata gaudent immunitate.

Divertendum nunc ad Urbem (Suburbanis, ubi Eccleſiæ duodecim, & ultra, relictis) ibi pietatis etiam immenſæ prima ratio, ad Summi Dei, ejuſque Beatiſs. Matris, Sanctorumve gloriam, centena propè Templa, multa quidem lautiſſimis elaborata ſtructuris, picturiſve ornata, Turribus elegantioribus munita (hinc Urbs, Turrita dicitur) adnumerantur, auro, argentoque micantia. In hiſce (Monialium, aliiſve paucis exceptis) toto anni curriculo, ut populus ſtatis diebus hinc, illinc in amorem, ac Divinæ Majeſtatis venerationem incendatur, Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ab ortu, ad Solis inclinationem exponitur, ac devotis precibus, muſiciſve concentibus adoratur. in hiſce pariter, numero quinque ultra quadraginta, de doctrina orthodoxa, diebus feſtis per Viros probos Maribus, & fœminis eò confluentibus, ſeorſim quidem, agitur utrobique, & diſputatur. Omitto Conciones, quas crebrò è Suggeſtu dicuntur, vel extrà ferias quadrageſimales, ut continuò diſcamus, Virtutibus, ac benefactis noſtris præmia poſt hanc vitam, flagitiis verò deſti-

nata ſupplicia. Omitto ad mores componendos, improbarumvè cupiditatum illecebra vitanda, ſerias, doctaſve lectiones, panegyricos, ſermones, qui paſſim ad Heroum cæleſtium laudes recitantur, aliquandò melius ab imperitis Oratoribus omittendos. Prætereo ad privatum commodum conſtructa Sacella quamplura, ut in Epiſcopio, in Prætorio, in publico Urbis Palatio, in Domo, quam Protector noſter Homobonus inhabitabat, in Collegiis, in Cœnobiis, ac demùm in Nobilium ædibus.

Septuaginta Sanctorum Corpora nobis nota, noſtris in Eccleſiis dignè ſervantur, præter eorum lipſana innumerabilia, ac pretioſiſſimas tùm Paſſionis Dominicæ, tùm Mariæ Virginis Reliquias, ut ex *Sanctuario Peregrini Merulæ* clarè liquet.

Urbem protegunt Sanctiſſimi Tutelares Homobonus, Himerius, Petrus, Marcellinus, his additi poſtremis temporibus Franciſcus Xaverius, & Petrus Martyr.

Eam quoq; maximæ Religionis, ac Pietatis exemplis condecorant.

Nobiliſsima, & magnificentiſſima Cathedralis Eccleſia erecta anno 1107. Vvaltero Epiſcopo curante die xv. Auguſti; Conſecrata verò à *Sicardo Ep.*, *ut innuimus in primo* Volum. pag. 89. verùm ob monumenta deperdita, ſeù ob aliam urgentiorem cauſam iterùm à Cæſare Speciano die 2. Junii anno 1592.

In Urbis meditullio fermè conſita, Glorioſiſſimæ Virgini in Cœlum Aſſumptę dicata, inibi vigintiquatuor Altaria, pleraq; peregrinis lapidibus extructa, ac ditiſſimæ ſupellectiles à Nobilibus illius Magni Templi Ædilibus, ut ajunt, Fabricæ Præfectis, interdùm inſtaurantur, & augentur. Ibi Epiſcopo adſident vigintiquinq; Canonici, quorum origo eſt antiquiſſima ultra decem ſæcula. Hiſce præficiuntur Prælati, ſeù Dignitates novem, omnes verò more Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ induti privil. Greg. XIV. Manſionarii decem, & ſeptem almutiis decorati, Magiſter unus Cæremoniarum, duo Curati, ac Sacriſtæ duo præter alios minoris nominis Clericos: Hæc die Sabathi Kal. Januarii anni 1078. à Comitiſſa Mathilda inveſtitur de comitatu Inſulæ Fulcheriæ. recenſetur diploma ab *Ughello Citato Ital. Sac. Tom.* 4. ubi de Arnulpho Ep. præter alia multa à Regibus, ab Imperatoribus, & ſpeciatim à Carolo Magno ei collata beneficia.

Divæ Agathæ Eccleſia Collegiata anno 1464. Pio II. S. P. ultimo ſui Pontificatus anno, ubi reſident Mitratus Præpoſitus, Canonici octo cum almutiis, Manſionarii ſex. Tabula marmorea, ut fertur, ab Angelis ad tumulum Martyris Sanctiſſimæ delata, hìc ſervatur. Cæleſte, ac ſingulare ad effugandum incendia Portentum. In ea, ut fertur, leguntur literæ M. S. S. H. D. E. P. L. hæ à nonnullis interpretantur *Mentem Sanctam, Spontaneam, Honorem Deo, Et Patriæ Liberationem*, ſed forſan melius. *Martyri Sanctæ Sepulchrum Hoc Datum Eſt Paradiſi Lætitia, vel Patriæ Laudi.*

Divi Homoboni pariter Collegiata anno 1049. ſub Leone IX., &

anno 1697. ad antiquos honores reſtitutâ die 2. Februarii, ubi Præpoſitus indutus, ut Canonicus Cathedralis, & Canonici novem cum almutiis dinumerantur. Divo Ægidio erat olim Sacra. Inter hujus Phani inſigniora colitur adhuc lignea Chriſti imago, multis effulgens prodigiis, ad cujus pedes Sanctiſsimus Protector noſter ſæpiſsimè orabat, ac feliciſsimos ſuos clauſit dies anno MCIIIC. Idibus Novembris.

Antiquitùs inter Colleg. referebantur Sancti Michaelis, & Divæ Luciæ Delubra, ut refert *Merula in Sanctuario pag.* 258.

Amplum pro Clericis educandis, & inſtruendis Seminarium.

Vigintiquinq; tùm Monachorum, tùm Fratrum, & Cler. Regularium cœtus plerique inſtructiſsimi, tria quidem in Suburbiis comprehenſa, & ſcilicet (Alphabetica utar methodo) Auguſtiniani Congr. Inſubriæ Auguſtiniani Nudipedes, Barnabitæ Cler. Reg., Camaldulenſes, Canonici Reg. Lateran. duo habentes Monaſteria, Capucini, Carmelitæ, Carmelitæ Nudipedes, Congregationis Miſsionum Cler. Reg., Dominicani, Franciſcani Conventuales, Franciſcani Minores Obſervantes duo poſsidentes Cœnobia, Franciſcani Tertii Ordinis, Hieronymiani Congr. Inſubriæ, Hieronymiani B. Petri de Piſis, Jeſuitæ, S. Jo: de Deo, Minimi S. Franc. de Paula, Olivetani, Servi B.V., Somaſchenſes, qui duo tenent Collegia, Theatini Cler. Reg.

Octo, & decem Sanctimonialium Aſceteria, inter quæ quatuor proſtant ſub regula Divi Benedicti. Profectò mirandum eſt, cur Monachi illius Nobiliſsimi Ordinis nulli apud nos adſint, cùm temporibus anteactis in Urbe noſtra poſsiderent undecim Monaſteria, ſcilicet, S. Abundii, S. Arealdi, S. Benedicti, SS. Coſmi, & Damiani, SS. Hypoliti, & Gabrielis, S. Laurentii, S. Pauli, S. Petri, S. Salvatoris, S. Sigiſmundi, S. Thomæ.

Pareciæ nunc quadraginta quatuor, antiſecus autem cum Suburbiis erant novem, & ſexaginta, ut ex cathalogo recenſito ab eodem *Merula* loco citato.

Trigintaquinq; & ultrà Confraternitates Sæcularium; penitentiæ veſtibus incedentes undeviginti, reliquæ ſine veſtibus.

Hoſpitales domus non paucæ, inter quas majus Xenodochium ex multis hoſpitalibus, ac piis locis erectum anno 1451. annuente Nicolao V. Sum. Pont., cui ſanè nomen eſt S. Mariæ Pietatis prò infirmis utriuſq; ſexus curandis, Spuriiſq; Sububeribus, ac egenis ſuſcipiendis notiſſimum, rebuſque omnibus, quæ ad ſalutem cùm animæ, tùm corporis conferunt planè refertum.

Adeſt & Noſocomium Divo Alexio dicatum, in quo tercentum propè pauperes tùm inſanabili morbo conflictati; ſeù mutili, tùm pueri derelicti, aut illi, quos ad egeſtatem morbus, aut Senectus impulit, aſſervantur.

Aliud pariter apud Religioſos S. Joannis de Deo non incelebre eſt valetudinarium.

Pro

Pro pueris orphanis cuſtodiendis, S. Geroldi, vocatur ſub PP. Somaſchenſium cura, ubi nihil prorſus omittitur, quo bonæ educationi eos, vel alicujus artis, vel victus obſervatione reſervent.

Pro puellis itidem orphanis, Divæ Urſulæ, Sacrum eſt anno 1528.

Duo alia ſunt Gynæcea, & ſcilicet pro Virginibus, quibus pudor facillimè labi poſſet, cui S. Raphaelis nomen inditum eſt anno 1528., & pro Mulieribus malè conjugatis, Divæ Magdalenæ, appellatum, cui

Tertium nuperrimè hoc anno 1704. additur pro recipiendis puellis oſtiatim palantibus, & per templa ſtipem efflagitantibus, ne in pravos libidinis potius, quàm charitatis excitent flammas, id poſtremis ſuis tabulis Pius quidam Hierurgus anteà Medicinæ Doctor deſignaverat, modò Franciſcus de Raymundis Soc. Jeſu, Vir integerrimus, annuentibus Patriam Regentium votis extruxit.

Sunt & multæ domus, in quibus Mulieres, & Viduæ ex piiſſimis legatis diſpartiuntur.

Pro peſtili morbo correptis, quem Deus à Nobis in ævum avertat, latiſſimum paulò extrà muros patet Hierocomium, ut oppidulo æquari poſſit, ædificatum anno 1511.

Pro Alienigenis Peregrinantibus adeſt apta domus cum obſonatore penès Confratres Eccleſiæ Sanctiſſimæ Trinitati dicatæ, ut ii bene excipiantur.

Pro ſuccurrendis Carceratorum ærumnis, ſingulo anno à Patriæ PP. ſex Protectores eliguntur, inter ipſos jam quatuor annos explevi, quo tempore electus unà cum Marchione Petro Franciſco Treccho, ut bona locaremus per PP. Patriæ huic Pio inſtituto jamdiù aſſignata, non parum reditus adauximus. Quotidianum quoque Sacrum ad Altare Divo Leonardo Dicatum in Sacello ante Carcerem, quem, vulgus, communem appellat, reſtituimus.

Ad ſubventandum iis, qui ex honeſtate, vel Nobilitate, aut impotes, aut non ſine familiæ dedecore victum ſibi quærere permittitur, Pius locus eſt, quem Hoſpitale Gallaratum materno vocabulo nuncupamus, hujus pariter Ego perpetuis Rectoribus adſcribor. dictum eſt Gallaratum, quod ab Auguſtino Gallarato Viro Patritio, pietate, ac virtute incomparabili fuerit maxima liberalitate inſtitutum anno 1549. die xxv. Martii ex Tabulis Jo: Franciſci Ghiſulphi.

Ad medelam præſtandam inopibus Ægrotantibus, quibus pariter ex verecundia non licet Xenodochium majus adire, habemus Piiſſimum Pharmacopolium, quod floridiſſimè viget ex annuis bonorum proventibus Andreæ Sacchetti Cauſidici, ac Cæſaris de Luca Cremon. id Sanctæ Coronæ Seraphicæ, noſtra lingua dictum eſt.

Ut aliorum indigentiis continuò, & publicitùs conſulatur, & potiſſimùm ad avertendas fœneratorum decipulas Mons Pietatis erigitur anno 1494. verè ut *Pſal.* 67. *Mons Dei, Mons pinguis, Mons coagulatus*, & nuperrimè ex Abb. Joannis Pauli Caucii reditibus

auctus,

auctus, ut ex pignoribus ibi reponendis, ad libras uſque tricenas, nihil prorſus per annum integrum exigatur.

Adſunt & duo uberrima loca Pia, unum ſcilicet, quod nos dicimus Conſortium della Donna anno 1347. à Clemente VII. S. P. confirmatum, alterum, Conſortium Divi Homoboni anno 1356. inſtitutum, cujus inter Conſortiales adnumeror, ubi ſingulis hebdomadis per eorum Regentes permultæ diſtribuuntur eleemoſynæ tùm edulium, tùm pecuniarum, ne miſerabiles fame torqueantur.

Quatuor etiam his addenda ſunt ex eleemoſynarum copia in Urbe præclara; ab eorum effectibus non injuſtè dicuntur 1. Charitas S. Vincentii, 2. Charitas S. Arealdi, ſeù S. Nazarii, 3. Charitas S. Michaelis, 4. Charitas Mariana, à familia de Marianis inſtituta.

Cæterùm plures, atque plures ſunt Cremonenſium ardentiſſimæ charitatis inexauſti fontes, è quibus bona haudquaquam à Populo excogitata, aliquandò promanant; tædium ſanè afferret, omnia hìc recenſere, quæ jugi ſtudio fiunt, tùm in diſtribuendo dotes pauperibus puellis, tùm egenis aſſiduas opes præſtando, cum nulla fermè in Urbe Paræcia, ſeu ut vulgus dicit, Vicinia reperiatur, quæ multa indeficientis pietatis veſtigia in Chriſti pauperes non præſeferat; quibus etiam Cremonenſium Religio undequaque perſpecta dignis præconiis celebratur, adeò ut de noſtris Civibus dici poſſit, quæ *Cic. ad Att. diligentiùs Urbem Religione, quam ipſis mænibus cingitis*. Unde affabrè illud Platinæ cadit, quod homines contra illum minus audent, quem Deo amicum vident. Quid mirabiliùs? Arx ipſa Urbis noſtræ inter alias Inſubres clariſſima non tantùm armis, quàm terribili SS.^mæ Crucis nomine munitur. Hinc Caſtrum S. Crucis cómmuni vocabulo eſt appellata.

Regionem, Religione adæque eorum præſentia decorarunt Heroes naſcentis Eccleſiæ in apotheoſim relati. Ex exteris S. Barnabas, S. Syrus, S. Ambroſius Præſul Mediolanenſium, quando in Oppido Caſſani ad ripam Abduæ memorando, & penè inaudito prodigio excepit Divi Dionyſii Antiſtitis pariter Mediolani corpus è Capadocia illùc translatum, à S. Aurelio Epiſcopo Librediano in Armenia, ibi etiam majus templum eidem S. Dionyſio nunc Sacrum (quod menſe Maii hoc anno inviſimus) à S. Barnaba erectum fuiſſe, opinio penès multos Auctores invaluit. Ex noſtratibus Sabinus, Felix, Gorgonius, Marinus, Simplicianus, Maternus, Caſſianus, Sixtus, Florianus; hi omnes noſtræ præfuerunt Eccleſiæ. Fauſtinus, & Lanfrancus Athletæ pro fide Chriſti cum uno, ac ducentum Civibus Cremonenſibus in Urbe Brixiæ ſæviſſimis Arianorum temporibus, quorum oſſa inibi in Templis Divi Caloceri, & Divę Afræ cuſtodiuntur; S. Permerius, & S. Baſſianus Sodalitii Urſulani Comites, & Martyres, Euſebius Abbas Divi Hieronymi amicitia conjunctiſſimus, S. Siſinius, ac S. Sylvinus ambo è noſtris Epiſcopis, Ciria Virgo cum tribus Virginibus

Cre-

Cremon. in Urbe Cæſarienſi Martyrii palma præcincta anno 987. Ex exteris poſtmodùm, quorum multi Cives noſtri effecti ſunt, S. Emanuel Epiſc. Ciſtercienſis, S. Bernardus Clarevallenſis, ut fœdus inter Mediolanenſes, & Cremonenſes componeret, Bonizo Epiſc. Plac., & Martyr, S. Geroldus Colonienſis, S. Albertus de Villa Aonii Bergomenſis, B. Facius Veronenſis, S. Franciſcus, S. Clara, S. Dominicus anno 1218. ſub idem tempus Patriæ noſtræ adfuere. ibi, & S. Antonius Uliſſiponenſis ad multos dies, S. Petrus Martyr Princeps inter Inquiſitores Cremonæ, Francus Senenſis, Damianus Carrarienſis, Bartholomæus è Pallatiolo Brixienſis, Amedeus Luſitanus, quando in Cremon. Diæceſi propè Oppidum Caſtrileonis in loco S. Mariæ Brixianoris nuncupato, Congregationem Obſervantium, ut ajunt, S. P. Franciſci anno 1466. fundavit, S. Bernardinus Evangelicam veritatem prædicando, & poſt eum B. Bernardinus Feltrenſis, V. Cambius Boſſus Can. Reg. Mediol. S. Carolus Borromæus pluries, præter innumeros Ven., & præclaros Dei Servos, quos inter non eſt omittendus Bartholomæus à Saluthio Ord. Min. de Obſervantia, qui anno 1602. die quinta Julii Nobiliſſimam Cremonæ inſtituit Sodalitatem Sacrorum Stigmatum Divi P. Franciſci dicatam, in qua bis Fratriarchi ſedem occupavi, licèt minimus inter illius Confratres adſcribar.

E noſtris etiam ingens agmen Virorum, & Mulierum Sanctitudine inſignium prodiit, horum omnium anteſignanus Divus Homobonus Maximus Patriæ Patronus.

Inter Canonicos Reg. Fulgentius Soreſina, Seraphinus de Turrefinis, Jo: Jacobus Abbas Generalis, ac Franciſcus Converſus.

Inter Monachos, & Aſcetrias Caſinenſes Henricus Abbas Cluniacenſis, Joannes de Surdis, ab aliis de Cacciafrontis Mantuæ, & Vicentiæ Epiſc., ac Martyr, Gentia de loco Jovis altæ, ac Honeſta de Piſcarolis.

Inter Monachos S. Hieronymi Congregationis Inſubriæ poſſidentes inſigne Templum S. Sigiſmundo erectum, ad unum miliare ab Urbe diſſitum Conſtantius Cazaniga Generalis, Hieronymus Affaitatus, Benedictus à Piceleone.

Inter Dominicanos Moneta, Rolandus, Damianus de Bozulo, Ambroſius de Soncino, Franciſcus de Cropellis, Stephana da Quintiano, Luchina de Stropenis, ſivè de Barbobus, Priſca de Soncino, ac Octavia ex Comitibus de Covo.

Inter Franciſcanos Conventuales Guiſcardus de Guiſcardis Epiſc., & Martyr, Himerius Guardalupus, Antonius, Bernardinus, Victoria de Baroncellis, Seraphina de Paſinis.

Inter illos Ord. Minoris de Obſervantia Joannes Foſſa, Benedictus, Bonaventura, Dionyſius, Lucas, Antonius, Franciſcus à Piceleone, Sixtus de Riparolo, Angelus, Franciſcus, Pacificus, & Modeſta, omnes de Soncino, Jo: Rubeus Laycus, Jacobus è Caſtroleone.

Ex

Ex Auguſtinianis Guilelmus Amidanus, Simon, Georgius, & Nicolinus de Lazolis, Antonia de Gadiſchis, Franciſca de Ariſiis, ambo S. Monicæ Abbatiſſæ, ac Eufroſina à Sorexina.

Ex Carmelitis B. Franciſcus Martyr, Margarita de Spinetis.

Ex Carmelitis Excalceatis, quorum Cœnobium in Italia primùm poſt Genuam noſtra Urbs obtinuit, ut ex ſuis Chronicis legimus.

Paulus à S. Simone Laudæ obiit 7. Auguſti 1654., cujus cadaver incorruptiſſimum multis effulget miraculis, Fidelis à S. Maria, Auguſtinus à S. Thereſia Miſſionarius Apoſtolicus apud Indos orientales, Hieronymus itidem à S. Thereſia.

Inter Servos B. V. Marcus Gualterius de Caſali Majori, Victor, Baptiſta, Honeſtus, & Guilelmus. Toſcana è Caſali Majori, Riccadona, Beatrix, Monica, Joanna de Viſellis, ac Heliſabeth de Picenardis.

Inter Capucinos Bonaventura, Andreas de Muſſis, Raphael Stanga, Ignatius Lamus, Andreas Varolus, Benedictus, & Felix à Caravagio, Amadeus de Antiniato, Marius à Piceleone, Ambroſius à Soncino, Ventura itidem à Soncino Laycus. inter Viragines Dorothea de Goldonis.

Inter Theatinos Stephanus de Sanctinis, Alexander Botta, qui in deſertis Arabiæ pro fide occubuit.

Inter Jeſuitas Antonius de Ripariis pro fide Martyrii Palmâ coronatus in Paraquaria.

Inter Barnabitas Antonius Maria de Zacchariis Princeps inter eorum Inſtitutores. Ex Sanctimonialibus ejuſdem Ordinis Julia de Sfondratis, Valeria de Aleriis nupta priùs Viro Patritio ex familia de Burgis, Lucia Soror Laica, quæ obiit die 22. Decembris 1650.

Inter Somaſchenſes Evangeliſta Doratus.

Ex Collegio B. V. Victoria Tonſis.

Præter ſuperiùs memoratos, à Noſtratium Scriptorum monumentis haud omittuntur Henricus Caſalorcius Epiſc. Regienſis, Damianus Foliata Sacerdos ſæcularis, Jacobus Heremita, Homobonus Lizarius, ſeù Bonus Heremita, Margarita de Schitiis, ac Heliſabeth de Magiſtris Virgo. Omittuntur alii, quos Lector habebit in tertio Tomo.

Habuimus etiam Inſtitutores, ac Inſtauratores Ordinum Regularium, & ſcilicet Cler. Reg. S. Pauli, ut vidimus, Antonium Mariam de Zacchariis, Simonem Auguſtianum Reformatorem ſuæ Religionis in Regno Neapolitano, Nicolaum de Lazolis pariter Congr. Auguſt. in Inſubria unum ex tribus Reſtauratoribus, Bonum Heremitam Religionis Mulierum Pænitentium Conditorem in Civitate Mediolani, quæ Convertitæ vulgariter nuncupantur, item piiſſimi Inſtituti pro adoratione S.mæ Euchariſtiæ, Quadraginta Horarum appellati, Raynaldum Lantium maximum doctrinæ orthodoxæ Propagatorem.

Ex

Ex noſtris Civibus habuit Eccleſia Dei Catholica unum Sum. Pontificem, & nempè Gregorium XIV. anteà Nicolaum Sfondratum, Quindecim S. R. E. Cardinales, Patriarcham unum, Archiepiſcopos decem, & ſeptem; Epiſcopos centum ſexdecim, Præſules in Romana Curia innumeros. Ordinum Regularium Adminiſtros Generales ſexaginta (hinc Cremonæ celebrata plurima Comitia Regularium Generalia) Procuratores Generales, & Rectores Provinciales ſine numero. Contra Hæreticam pravitatem Inquiſitores ex celeberrimo Prædicatorum Ordine viginti, & ultrà.

Summorum Pontificum hoſpitiis Cremona pluries inclaruit, præſertim verò Eugenii III. anno 1148. *ut ex Ughello, ubi de Uberto Ep. Cremonæ*. Victoris IV. anno 1154. dum ſchiſma contra Alexandrum III. vigebat. Joannis XXII. dicti XXIII. nimirùm die xiij. Januarii, qua die Urbem ingreſſus eſt unà cum treſdecim S. R. E. Cardinalibus (dum ibi eſſet Sigiſmundus Rom. Imp.) nec non Kalendis Septembris ejuſdem anni adeundo Conſtantienſe Concilium.

Siqui tamen eſſent, quos hæc ignota lateant, eos Ego hiſce meis libris convincere non gravabor; omnia quippè à me hìc ſummariè recenſita, ſuis locis deſcripta comperient, quinimmò minimè inficias ibunt, me potius negligentiæ, quàm mendatii reum fuiſſe. Sit ergo in ævum Soli Deo, qui tot Pietatis, Fidei, ac Religionis muneribus Patriam meam opiparè ditavit, & auxit Honor, decus, & laus, ac ad ipſius nominis gloriam videant, quæ dixi, & quæ dicturus ſum.

Hæc ſcripſimus Kal. Octobris MDCCIV.

F*Acultate mihi à Reverendiſs. P. Magiſtro Joanne Baptiſta Pichi S. Officii Inquiſitore facta, Librum inſcriptum* Cremona Literata Tom. 2. *diligenter perlegi, plurima eruditione refertum, in quo cùm nihil, quod Catholicæ fidei, ſacris Canonibus, & bonis moribus obſit, repererim typis mandandum cenſeo.*

Datum Parmæ in noſtro Conventu S. Mariæ Quarterii hac die 23. Junii 1702.

In quorum fidem

Fr. Carolus Maſini Tertii Ord. S. Franciſci in eodem Conventu Studiorum Regens, S. Theol. Doctor Colleg. Parmenſis, necnon S. Inquiſit. Conſult.

O*Peris inſcripti* Cremona Literata, Auctore D. Franciſco Ariſio, *ſecundam partem Tomi Secundi, juſſu Reverendiſs. Patris Magiſtri P. Jo: Baptiſtæ Pichi Inquiſitoris Parmæ &c., ea, qua debui, ſedulitate pervidi, & cum puram, abſqueq; erroris labe, ſivè circà fidem, ſivè circà bonos mores, & Principes, invenerim, ideò Typis edi dignum cenſeo. Parmæ hac die 5. Aprilis 1703.*

Eduardus Bonvicinus J. C. Colleg. Eques Auratus, ac S. Officii Conſultor &c.

Stante prædicta Atteſtatione

IMPRIMATUR

Fr. Jo: Baptiſta Pichi Inquiſit. Generalis Parmæ &c.

IMPRIMATUR

Aloyſius dalla Roſa Vicarius Gener.

VIDIT

P. A. M. dalla Roſa Conſil. à Latere C. S. Sereniſs., ac P. Præſes Sereniſſimæ Cameræ &c.

Himerius

MDI.

HImerius de Anſelmis Franciſcanæ Obſervantiæ Sacerdos (optimum ſiquidem initium præbet ſecundo Cremonæ literatæ Volumini Egregius Filius S. P. Francisci Tutelaris mei) Homo erat doctus, & ut ea tempora ferebant, elegans: poſt ſe reliquit libros ab Literatorum cætu non diſpeſcendos, ut ſcribit *Breſſianus in V. R.*

Super Evangeliis Diſcurſus Tom. 3.
Super Epiſtolis D. Pauli diſ. Tom. 2.
De Statu Religioſo, & Clauſtrali Lib. 10.

Benè Himerius noverat, quæ de quibuſdam Clauſtralibus diſcurrit D. Bernardus Sermon. 3. in Cœna Domini Tom. 1. oper. col. 1725. Corpore Clauſtrales, mente vagi, & nunquam ſtabiles. Pigri ad lectionem, tardi ad orationem, in Eccleſia dormientes, in Refectorio vigilantes. De Vigiliis longis dolentes, ſed de longo Convivio gaudentes. Chriſtum execrantes, Auditorium diligentes. Extrà Chorum prò infirmitate frequentiùs remanentes, Infirmitorium non prò infirmitate carnis, ſed prò deſiderio carnis, torvis luminibus adſpicientes, ſemper murmoroſi, & detractores. Quid aliud iſti miſeri agunt, niſi quod panem intinctum comedunt? Profectò iſti tales Judam Proditorem ſequuntur, & cum Juda, niſi reſipuerint, videant, ne damnentur.

Eod. Anno.

GUido de Zappis Soncinas Orator, & Poeta in utraq; facultate præſtantiſſimus erudito calamo exaravit

Orationes
Satyras, &
Comœdias
Ex MS. Hier. de Baris.

Memoratur & iſte Guido à *Leandro de Albertis in deſcriptione Italiæ*, ubi de Soncino in Inſubria, qui Bernardinum Covum pariter è Soncino literatiſſimum Virum tali tempore floruiſſe autumat.

De Guidone extat Epitaphium Jo: Thomæ Muſconii lib. 2.

Hac Juvenum Guido ſummus Moderator in urna
Conditur Aonii fama, decuſque chori
Præſtitit, ingenuas Pueris dum traderet artes,
Egregium Patriæ munus, opuſque ſuæ.
Non tulit inſignes Lachеſis Virtutis honores,
Et ſecat infauſta candida fila manu.
Nec totum nobis tamen abſtulit, ille receſſit
Flebilis, illius gloria clara manet.

MDII.

BErnardinus Soncinas ex Prædicatorum Inſtituto multæ Frugis in Apoſtolica Vinea, celebriores Italiæ Suggeſtus moribus, & voce illuſtravit longè Peritiſſimus Concionator, multa Reipublicæ Chriſtianæ contulit Beneficia. Moriens itaq; poſt ſe reliquit

Concionum Volumen.

Meminit ejuſdem *Seraphinus Razzius in Hiſt. Vir. Illuſtrium Dominicanæ Famil. Cap. de Illuſtr. Concionator. num* 37.

Cœnobio Soncinenſi Ord. Præd., quod jugiter præclaris Alumnis effloruit, ut vidimus in primo Volum., ac videmus, non modicum decus attulit Sanctiſſimus Pontifex Pius V cui cum F. Michael Ghislerius eſſet, ſemel præfuit Prior, ut notat in Vita ejuſdem. *Jo: Gabutius cap.* 1. *num.* 17. *relata in Actis SS. Bolandi die* 5. *Martii.*

Eod. Anno.

STephanus Dulcinus Nicolai Lucari Rhetoris Cremon. Inſignis Alumnus Regiæ Eccleſiæ S. Mariæ Scalenſis Mediol. Canonicus, Eloquio Clarus, & Poæſi Excellens edidit

De Nuptiis Illuſtriſs. Ducis Mediol. ibi 1489.

Breviarium, ſeù Bonifacii Simonettæ Abbatis Ciſtercienſis de Chriſtianæ Fidei, & Romanorum Pontificum Perſecutoribus Epiſt. Libros ſex cum ſummariis Mediol. 1502. *deindè Baſileæ* 1509. *in fol.*

In Bibliotheca Ambroſiana Mediol. celeberrima litt. Z. num. 515. reperitur MS. ejuſdem Authoris Epiſtola nuncupatoria de memoratis Nuptiis ad Nicolaum Lucarum Rhetorem Cremon.

Ex Canonicatu, de quo ſuprà, & longo incolatu Mediolani *Abbas Picenellus* Dulcinum recenſet in Atheneo Mediol. nulla penitùs facta mentione de Patria Dulcini, quem Cremonenſem viderat in Elogiis Jovii, ubi refert Dulcini Cremonenſis Carmina in laudem Lancini Curtii ab ipſo Picenello allegata in Atheneo, diſcurrente de eodem Lancino.

Idem *Lancinus in ſuis Epigr. dec.* 1. *pag.* 17. & 72. vocat Cremonenſem.

Ejuſdem Stephani extat memoria in *Orat. Joannis Jacobi Crotti*, quà deflet obitum Lucari. Papiæ impreſſa 1518. in quà Inſigniores Lucari Diſcipulos adnumerat.

Item *Federicus Scotus Placentinus in Carmin. lib.* 1. *arminum* 55. *in Præfatione Reſſidui Hiſt. Mediol. Triſtani Calchi, quod Puricellus imprimi curavit. Mediol.* 1644.

Eod. Anno.

FRanciſcus de Sagitta in peragrandis remotis Regionibus Illuſtris. Compertum enim habeo in libro, cui titulus *Itinerarium Portugallenſium è Luſitania in Indiam, & indè in Occidentem, & demum ad Aquilonem. Magnifico D. Jafredo Karoli J.U. onſulto Delphinatus Præſidi, ac Mediolani Viro eruditiſſimo Archangelus Madrignanus Carevalenſis Ord. Ciſtercienſis. Mediolani Kalendis Junii.* MDVIII.

Exem-

Exemplum quarumdam Literarum de Sagitta Cremonenſis datarum Ulisbonæ XVI. *Septembris* MDII. *directarum ad Oratorem Venetum Petrum Paſqualigum apud Regem Caſtillæ Agentem.*
Idem Sagitta memoratur cap. 127. fol. 80.

MDIII.

Sigiſmundus Burgus Armanini Fortiſſimi Viri F. J. C. Viciniæ S. Salvatoris Nicolai Lucari Alumnus, Oratoriæ facultatis, ac legum gloria Præſtantiſſimus in Collegium aſcitus Die pr. Decembris 1489. Venetam Rempublicam Orator adivit hoc Anno 1503. non autem 1499. ut adfert perperam *Ant. Campus Hiſt. lib.* 3. ac eidem in veræ Fidei pignus contractum illomet anno 1499. Vexillum obtulit hiſce notis aureis obſignatum *Cremona Fidelis*, quod ut grati animi monimentum publicè Senatores Reip. demonſtrarent in celeberrimo Divi Marci Templo apponi juſſum fuit. Tunc Burgus Equeſtri dignitate donatus Patriam feliciter remigravit, deceſſit verò 1505. epidimia correptus, cujus rei cauſa *Jo: Jacobus Crottus in Oratione*, quà deflet quindecim Jureconſultorum mortem, inquit. *Sed quo Te Sigiſmunde Burge Miles glorioſiſſimè piaculo ſileam? tibi uni Sophia Cæſarea, & Pontificalis enituit, eloquentia Vires ſuas comiſit, hiſtoria contexenda cœlitus imiſſa fuit, tuæ Virtutis radio non mediocrem Civitati Cremonenſium gloriam adjeciſti.*
Habentur ex ſuo eruditiſſimo pænu.

Oratio in Funeribus Auguſtini Barbadici Ducis Venetiarum Cremonæ habitis anno 1500.

Panegyricus Leonardo Lauretano Optimo, Humaniſſimoq; Principi Venetiis dictus anno à ſalutifera Dei Incarnatione 1503. 12. *Kal. Maii. Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus eodem anno*, cujus rarum exemplar mihi ab eruditiſs. amico Petro Canneto Camaldulenſi Abbate dono datum, cum de rebus patriis ſingillatim loquatur, in calce ſubnecto.

Hæc recenſetur Oratio à *Joanne Cinello Florentino Patritio* Amico meo humaniſſimo *in ejus Bibliotheca vol. plut.* 13. non abſque Urbis Cremonenſis laude, cujus nomine in ævum ejdem maximas reddo grates.

Opera hiſtorica MS. quæ allegat *Breſſianus* in Indice Scriptorum, quorum auctoritate uſus fuit in Componendo ſuum Opuſculum italicè *il Collegio de Dottori* inſcriptum.

Commendatur à *Leandro Alberto in deſcript. Italiæ.*

In Templo Divi Dominici de altero Sigiſmundo Burgo in marmoreo Cenotaphio legitur hæc Epigraphe.

Sigiſmundo Burgo Octaviani Filio in primo pubertatis flore extincto Camilla Lafaitata Uxor Pientiſs. B. M. P. MDXXIX. *Die* XXIX. *Junii.*

„ DIuturno mentis deſiderio, & ab ingenti ſpe, fidelitatis
„ obſequia impendendi per tot temporum ſpatia uberrimè
„ educati ad ſublimes Majeſtatis Veſtræ aditus, Princeps Sereniſ-
„ ſime, Senatores Ampliſſimi, & Viri Patricii tandem perveni-
„ mus: debitam Celſitudini tuæ reverentiam, Amplitudini ve-
„ ſtræ gratulationes, & fidelitatis munera præſtaturi. Neq; nos
„ ab inſtituto deterruit, quod poſt unius anni curriculum, ad de-
„ bita Officii perſolvenda ſerò, ac tardè nimis accedere videamur:
„ cum nobis in Vineis fidelitatis operantibus, tantum in ſerò,
„ quantum ſi in mane veniſſemus: daturos vos Salvatoris Exem-
„ plo non dubie credendum ſit. Præſertim cum non mentis incu-
„ ria, non animi negligentia, ſed ſtudio, & æmulatione obeundi
„ muneris, dilatam poſt tot temporum intervalla, legationem
„ fuiſſe: ſcire vos non dubitemus. Quam ob rem nihil nos in
„ hoc munere abſolvendo quod benignè, quod gratiosè ſuſcipi
„ non deberet, ſuſpicati ſumus. Si quid verò expectandum fuit
„ quod commovere, & verecundiam inferre poſſet, id totum ad
„ me ſpectare, & jam dudum veritus ſum: & nunc agnoſco. Cum
„ enim unumquemq; noſtrum, qui hujuſce legationis officio
„ fungitur, à te Principe Sapientiſſimo, & ab his, qui conſilium
„ tuum participant, conſpici animadverto, eo tum mirari vos
„ cenſeo, cur ego cui neque ex ætate, neque ex ingenio, neque
„ ex dignitate orandi Provincia debetur, hunc dicendi locum
„ (veluti per me temere abreptum) mihi ipſi vendicarim. Non
„ mea me voluntas Princeps Candidiſſime, voſque Patres Orna-
„ tiſſimi dicendi cauſam ſuſcipere impulit: cum non tam iſtius
„ laudis cupidus ſim, ut aliis injuſtè præreptam velim, neque
„ tam audaciſſimus, quin à recta, & vera ratione monear,
„ auguſtiſſimum hunc integerrimi conſilii locum, ſcientia
„ auctoritateque ampliſſimum, Oratorem arte, & dicendi peri-
„ tia facundiſſimum expoſtulare, qui generoſiſſimos Magni,
„ Optimiq; Principis Natales, & Illuſtres ejus animi dotes, egre-
„ gia atque illuſtri oratione digerere poſſit: quæ ad eruditiſſimas
„ tanti Principis, tantique Senatus aures accedere non erubeſcat.
„ Atque non ego tam ſupinus, & mentis inops ſum, qui cognita
„ imbecillis ingenii mei infirmitate, qui arte parum, exercitatio-
„ ne minùs, valere me ſentiam, tantum fiduciæ conceperim, ut
„ poſt tot clariſſimos Oratores, qui ante me dixerunt, glorioſi,
„ ac penè divini Principis res, & pulcherrima gentis ſuæ facta,
„ quæ cujuſuis quantumcumque diſertiſſimi, & exercitati Orato-
„ ris ingenium ſuperare facile poſſint: poſtremus ego, minimuſq;
„ integrè, ac perfectè tractare auſim. Verum ſi quis conſilii mei
„ cauſam, & rationem ſcire deſiderat: ſciat nihil apud me majus
„ ullo unquam tempore extitiſſe, neque nunc eſſe (poſt Deum,
„ & Venetam Rempublicam) quam omnes vitæ meæ rationes,
„ omniaq; conſilia mea, ab Amicorum ſententiis, & voluntate

regi,

„ regi, ac pro libito moderationum ſuarum temperamento duci, „ & obſequiosè gubernari. Eas propter cum Cives, & hi Collegæ „ mei dicendi cauſam uno omnes (uti ajunt) ore injuxiſſent, ne „ minus obſequens, quam ipſi in me officioſi ſunt, viderer, de- „ mandatum munus non ſum auſus recuſare, incompoſitæ, & in- „ ornatæ Orationis, potius quam inofficioſæ voluntatis Judicium „ ſubiturus. Idq; eò lubentiùs feci quod me ſcirem apud eos ver- „ ba facturum, quibus mos ſemper fuit, & ſi omnes qui huc Loci „ ad dicendum conveniunt humanè, clementerq; ſuſcipere: gra- „ tius tamen, & benignius eos habere ſoliti ſunt, qui ad benefa- „ ciendum ad Sereniſſima Majeſtatis Limina reverenter acce- „ dunt. Nephas itaq; & veluti commiſſi cujuſdam Sacrilegii „ Religionem veritus ſum, ſi ego, qui Amicorum ſententiis nun- „ quam adverſatus, qui vos omnes ergà eos, qui in hunc ornatiſ- „ ſimum Locum conveniunt gratioſos, humaniſſimoſq; ſemper „ exiſtimavi: quiq; præclariſſimas Lauretanæ Gentis res, prò „ Veneta, & universa chriſtiana re ſuſtinenda: Terra, Mariq; „ *geſtas, prædicare ſolitus ſum* in præſentiarum, quando majora „ Dux Inviċtiſſime, tuo ductu, tuiſq; auſpiciis nunc parantur „ ſilentio, taciturnitateq; pertranſiſſem.

„ Cum ſingulas itaq; Princeps Eminentiſſime Corporis, animiq; tui „ dotes: & virtutum tuarum ornamenta percurro: is mihi profe- „ ctò videris, qui unus ex omnibus, & ab omnibus unus eligi „ debueris. Quis enim inficiabitur, ut ſi de Principe eligendo, in „ quodam Italiæ, vel Chriſtiani Orbis comitio quæratur, qui „ Italiæ dignitatem, & totius Chriſtianæ rei publicam cauſam, „ adverſus Barbarorum inſidias, quæ nunc Italiæ imminent, „ tueri, & ſuſtinere queat, quin ab omnibus talis optetur: cui „ fœlix patria, domus clara, forma propè divina, ætas gravis, & „ matura, cuiq; privatarum, & publicarum rerum cognitio, uſus, „ & aſſidua exercitatio inſit: qua regere conſiliis Rempublicam: „ firmare legibus Civitates: emendare judiciis Prævaricantium „ iniquitates poſſit: & futuris rerum Eventum (tamquam de „ altiſſima ſpecula longè proſpectans) providentia, conſilio, & „ virtute ità occurrere ſciat, ut tantam Imperii molem ſubire „ dignus habitus ſicut, & judicatus. Hæc omnia ſi quis rectè con- „ ſiderabit in te Princeps Ornatiſſimè concurrunt: nam tibi pri- „ mum Urbs Veneta Mater eſt: quam Orbem, rectiùs quam „ Urbem appellandam dixerim, cujus una Domus, cujuſvis „ Urbis habebit opes: hæc eſt illa, quam patentem anteà malo „ noſtro Fori Julii Portam Barbaris Potentia, & auctoritate ſua „ clauſit: hæc eſt illa, cujus cum multæ, innumeræq; commen- „ dationes latiſſimè pateant: hac in re ſingularis, & admiranda „ una eſt: ut cum cœteræ Orbis Terrarum Urbes, Opibus, & „ humana induſtria, jactis humi fundamentis conditæ: huic adeò „ Cæleſtium favor proſpexit, & ſupremus ille rerum Fabricator

indul-

„ indulſerit: ut divino quodam nutu ipſa rerum naturā ceſſiſſe vi-
„ deatur: cum intrà procelloſos Maris impetus, & medios Pelagi
„ vortices, per tot Templa, per tot Regias, & magnificas Do-
„ mos, Turres, Portus, & Navalia inſurgens, tantum inter alias
„ caput extulit Urbes, ut Regia Regum, potius quam Civitas
„ Civium, jure meritoque appellanda ſit. Quæ & ſi à quampluri-
„ bus Orbis Civitatibus hac una in re vincitur quam fundamento,
„ & conſtitutione ante ſtant: Gentis tamen origine, & antiqui-
„ tate, ac rerum gloria, amplitudineq; non cedit, cujus initium,
„ augmentum, & geſtarum rerum magnitudinem, ſi narrando
„ proſequi voluero, alius Saluſtius, aut Varo, Trogus, vel Livius
„ in hanc lucem ab Inferis revocandus erit, qui molem, quæ viri-
„ bus meis impoſſibilis videtur, validioribus humeris ſuis cum
„ Sabellico veſtro, qui tàm præteritarum, quàm præſentium
„ rerum ignorat nihil ferre, ac ſuſtinere poſſit. Et cum locum, in
„ quo Mortales habitent nullum eſſe crediderim, in quo Vene-
„ torum virtutes eximiæ, victoriæ ingentes, triumphi admirabiles
„ non laudentur, prædicentur, & extollantur: ullum pariter ex
„ tot tantiſq; præliis, terra, mariq; geſtis, in quo Lauretanus Vir
„ Militis, vel Præfecti, vel Imperatoris Officium gerens, ſtre-
„ nuè, fortitèr, & laudabilitèr pro patria, & Diis Pænatibus non
„ egerit, reperiri vix poſſe æque exiſtimarim. Atq; ut è multis
„ (ex quorum copia difficultatem patior) aliquos memorem
„ Georgium, & Petrum Lauretanos Fratres, Ludovici Filios
„ (qui primi nunc in mentem veniunt) memorare ſat puto, quo-
„ rum alter Turchorum Claſſem Chalili Duce, quam plurimas
„ Ægei Maris Inſulas vaſtantem, Proprætor non priùs inſequi
„ deſtitit, quam acri pugna commiſſa, bellicis artibus ſuperatam
„ fuderit: & in Venetam redegerit Poteſtatem. Poſtque hanc
„ (quam dixi) & Heleſpontiacam Pugnam, quam ſimul cum
„ Fratre egregiè geſſit, dum de mittendis ſupplementis Jacobo
„ Triviſano, qui Ambroſium Spinulam veſtræ Reipublicæ Ho-
„ ſtem, in Cajetæ Portu occluſum obſidebat conſulerentur: ſtu-
„ dioſus Patriæ Vir, ingentem quam ergà Patriam pietatem
„ obſervabat oſtenſurus, non expectata Civitatis voce, habito
„ novo delectu, qui navibus imponeretur, cum ſe Præfectum
„ propria iturum impenſa ultro obtuliſſet, jamq; trans Siciliæ fre-
„ tum navigaſſet, balearica fraude (cum quibus nullæ inimicitiæ
„ fuerunt) circumventus, ſuſcepta ex improviſo cum Hoſte ad
„ periclitandas virtutis ſuæ vires, & promptiſſimo, & ferociſſimo
„ pugnamine prò Republica hac veſtra intrepidè, ac conſtan-
„ tiſſimè dimicans, ac vitam cum laude paciſcens occubuit: ſic ut
„ viventibus magnum ſui deſiderium, Poſteris verò virtutis ſuæ
„ memoriam reliquerit ſempiternam. Alter rebus Bello geſtis
„ adeò Inſignis, victoriarum, & triumphorum adeò clariſſimus
„ extitit, ut Veneti alterum Apium Claudium in patria habuiſſe

meritò

„ merito gloriari poſſint, qui & ſi ab eo in hoc tantum abſuerit,
„ quod Romana, & Latina Oratione caruerit, ingenio tamen
„ adeò fæcundiſſimo, abundantiſſimoq; fuit ut omnia, quæ ætate
„ ſua Mari geſta ſunt, quorum ipſe pars magna fuit, nec non navi-
„ gandi Maris portuoſitatiſq; rationem Veneta, & ſui temporis
„ lingua proſequtus, non tàm militaris gloriæ, quàm litterariæ
„ diſciplinæ nomen apud Poſteros tranſmiſerit celebrandum.
„ Prætereo Marchos, Andreas, Paulos, Laurentios, Aloyſios,
„ Jacobos, quæ cum cæteris Hoſtibus tum maximè Turcis formi-
„ doloſa, Lauretanæ Gentis præclariſſima nomina: ſive enim
„ Terreſtrium Copiarum Duces, & Moderatores: ſivè mariti-
„ marum Claſſium Imperatores fuerint tantum Venetæ Reipu-
„ blicæ gloriæ addidere: ut quantum eorum tempore Veneti Ho-
„ ſtium habuerint, tantum hæc Belli Fulgura, Victoriarum oſten-
„ tare potuerint, & Triumphorum. Taceo Antonium ſuperioris
„ Jacobi Filium, omniaq; ab eo tum prudenter, cum fortitèr ge-
„ ſta, dum aut Claſſis Imperator, aut in Ferrarienſi Bello Pro-
„ conſulatum gereret, ſi unum mihi dixiſſe ſufficiat; Antonium
„ dum Scodram Epiriopidum: quod vulgus Scutrium: ſivè Scu-
„ tum hujus Imperii adpellarit ab ingenti Turcarum Exercitu
„ undiq; obſeſſum, oppugnatumq; virtute, & præſtantia ſua tue-
„ tur, & defenſat: quantum Horatius Cocles ad ſublicium Pon-
„ tem, ſub eo ſcuto, quo Hoſtium tela excipiebat fruſtrato eorum
„ impetu Reipublicæ Romanæ profecerit, tantum hunc Venetæ,
„ & univerſæ Chriſtianæ Rei ſub Scutrio, ubi Hoſtium vires ſub-
„ ſtinuit, & repreſſit utiliter contuliſſe. Sed quid in recenſendis
„ victoriis, & egregiis facinoribus, quæ à Clariſſimis Domus tuæ
„ Ducibus geſta ſunt inſiſto? Quæ plura, & majora ſunt certè:
„ quam quæ de aliorum triumphis, in Veterum Annalibus hacte-
„ nùs ſcripta comperiantur. Quid Hieronymi Patris tui laudes.
„ Quæ facundiſſimi cujuſq; Oratoris ingenium; ne dicam orando,
„ ſed recenſendo fatigare poſſint, memorare inſtituo? Quid Anto-
„ nii recentioris Equitis, & Jureconſulti inſignia, ac ſingula ejus
„ animi, ejuſque Fortunæ Bona in medium exponere contendo?
„ Quando tu unus es Princeps Excellentiſſime, in quo virtutes
„ omnes vigent, quæ in ſingulis prædicantur. Video, dedignaris
„ hanc gloriam, ſed patere obſecro in Principatus tui ſplendorem;
„ & in eorum, qui tibi hujus Imperii Gubernacula rectè credide-
„ runt laudationem parte conſtitui. Atque ut omnes homines
„ facilè intelligant te Imperio natum, in quem Cæleſtium om-
„ nium vis, atque poteſtas confluxit de te aliqua altiùs repetenda
„ non abre exiſtimavi; primumq; non ſatis videtur fuiſſe te ea in
„ Urbe genitum, cujus pulchritudinem, auctoritatem, & poten-
„ tiam aſpiciens Orbis obſtupeſcit, ni & in ea Familia natus eſſes,
„ quæ antiquæ ab origine Gentis, per tot ducta Viros, Lauretani
„ cognomentum merito, ac jure ſibi comparavit à pacifera Lauri

Arbore

„ Arbore (uti ego exiſtimo) quam prætendi etiam inter armatos
„ Hoſtes, ſicuti quietis (atteſtante Plinio) eſt indicium victo-
„ riarum præcipueq; lætitiæ nuntia, ità Lauretanos, Magnificos,
„ Conſulares, ac planè Regios, & Triumphales Viros eſſe hoc
„ cognomento nobis apertiſſimè declarat, quorum res, & egregia
„ facta contrà hujus Imperii Hoſtes, ſtrenuè, & magnificè geſta
„ non minùs peculiare Lauretanorum Turcas vires infringere,
„ quam fatale Turcarum Gallicam, Scipionum Punicam virtutem
„ ſuperare fuerit, apertiſſimis documentis, comparatis ſingulorum
„ virtutibus facillimè atteſtantur. Et ut longè Principatum tuum
„ fatorum ſeries oſtentaret, tibiq; ingenitam Majeſtatem ineſſe,
„ Hominum pectoribus, ad augendam gratiam, tacitis præſagiis
„ inſinuaret corpus, in quo divinæ virtutes tuæ habitarent, ex
„ omnibus Stellarum temperationibus figuratum, divino decore
„ venerabile conceſſit, nihil profectò aliud iſta corporis tui firmi-
„ tas, & erecta proceritas, ac per ſingulas ejus partes circumfuſa
„ Majeſtas: nihil aliud iſte tuus oculorum fulgor, & micantia
„ ſydereis ignibus lumina: nihil aliud tam clarus ſerenæ frontis
„ honos, oriſque dignitas, & decora facies, in quà Cæleſtes vultus
„ natura ſignavit, portendiſſe viſa ſunt: quam ut futuri Principa-
„ tus tui, Trabeas, Lauros, inclytiſſimoſque Faſces, nobis is
„ præſagiis declararet ſi remotarum artium ſtudioſis, & his, qui
„ Cœli ſecreta diſquirunt, tantum fidei adhibere voluerimus,
„ quantum Plato, Ariſtoteles, Pythagoras, Palemon, Loxus,
„ Philomuſus, Ptolemæus, & Albertus doctiſſimi Viri, per natu-
„ ræ inditia (quam Græci phiſionomiam vocant) mores, natu-
„ raſq; hominum conjectantes, de oris, & vultus ingenio, habitu
„ atq; decore membrorum, certis quibuſdam rationibus, & ſignis
„ prodi, arbitrati ſunt. Sivè enim divina illa Animæ virtus cadu-
„ cam ſervientis ſibi corporis fragilitatem intratura, dignum ſe
„ priùs receptaculum dimetiatur, ſivè cum intrarit, explicata
„ divinitatis ſuæ per omne circumfuſum ſubſtantia, habitaculum
„ pro habitu ſuo, ſibi componat, ſivè anima, & corpus, pari neceſ-
„ ſitatis ratione conjuncti, & invicem ſe propriæ naturæ poteſta-
„ tibus, ac viribus ſuſtinentes, congruam, uniformemq; compa-
„ ginem efficiant ut cumq; ſit, opinione ſapientum, experimentis
„ comprobata, quantus in terreſtre corpus, Cæleſtis ſpiritus ha-
„ bitator intrarit, per vultus, oriſq; inditia demonſtrari, jam
„ dudum apud omnes exploratæ, & manifeſtæ cognitionis eſt.
„ Illud magis admirarer, quod arcanum veritatis Plato, nomina
„ quaſi quædam futurarum rerum prænuntia, cælitus dari credi-
„ derit, niſi ab his, quos ſacrarum litterarum monumenta dele-
„ ctant edoctus, didiciſſem: Iſmaeli, & Jacobo, ac aliis quam
„ pluribus Prophetis, & ipſi Johanni Prophetarum Principi (ne
„ de Chriſto Jeſu indignus loquar) nomina cælitus inſpirata,
„ inclytaque fuiſſe: quale ſortitum te nunc Leonardi nomen

cælitus

„ cælitus eſſe crediderim fortitudinis, & Regiæ Majeſtatis radiatione refulgens, cum jucundiſſimi odoris ſuavitate conformatum: quò magis quamdam veluti divinitatem redoleret, & Majeſtatis tuæ ſplendore paventes, odore virtutum illectos, è longinquo invitares, attraheresſque. Sunt hæc profectò maxima Fatorum dona, & feliciter exorſa naſcentis initia, ſed longè auguſtiora ſunt mentis tuæ ornamenta, quibus generis tui claritatem, & fortunæ merita virtute propria ſuperaſti: ſi enim quam benè feliciſſimis primordiis copulata ſuccedunt, per ſingulas animi tui partes, & mitiſſimos ſenſus tuos, penſiculatè ſciſcitari voluerimus nihil pulchriùs, aut præſtabilius, & quod magis perſpicuum ſit, quam pectoris tui bonitas, reperiri poſſe judicabimus per quam tantus Divinorum cultus, & ſacrarum rerum veneratio apparet, ut nihil ampliùs reliqui ſit, quod ad veram Religionem addi poſſit. In Patriam verò, & Parentes, Charitas, Pietaſq; penè incredibilis. In Conjunctos, & Propinquos quantus es obſervantia, & cultu, tantus in Amicos benignitate, & diligentia cæteros antecellis nullos debitis honoribus fraudans: ergà omne Hominum Genus ſua vice fungens majores Reverentia, Pares Honore, Infimos Humilitate, & manſuetudine Benevolos, Amiciſſimoſq; tibi ſemper comparaſti. In omnium deniquè hominum benevolentiam, tàm Pronus, & Liberalis, ut quod de M. Antonino Pio optimo Principe Romano Herodianus ſcripſerit, de te meritò dici poſſit. Nihil umquam te præcipuum habuiſſe, quod & idem commune non extiterit in omnibus vitæ commodis his quorum Amicitiæ te addideris, nihilq; reliquum feciſti, quod poſſit alteri quam ſibi imputare, qui tua Amicitia uti noluit: nec ſe dignum beneficio tuo judicavit. Tu in omnes pius, clemens, largus, beneficus, & liberalis exiſtis. A te omnia exorari facilè poſſunt, quibus Religio non obſtitit aut Jus, vel Honeſtum non refragantur. In te gravis, & matura Providentia: In te probè moderata rerum Temperies: In te maxima animi Fortitudo: In te conſtans, & perpetua Juſtitiæ voluntas, virtutum tuarum magnitudinem oſtendit, quarum ſplendor tantum te ornat uti ſi quas ex illis dignitates, & officia conſecutus ſis recenſere voluero copia delectum retardabit. Undè ſi quam benè de Veronenſi Præfectura meritus es dicere aggrediar, jam ſe ſe mihi Patavina Prætura obiciet, ſi reliquos denique faſces, & primarias hujus Imperii dignitates, quæ foris ſunt, à te juſtè recuſatas, aut rectè adminiſtratas referre inſtituam, revocabunt me, quæ Domi, & in Urbe probabiliter, & modeſtè officia geſſiſti. De decem Viratu loquar, occurret Ordo Senatorius, in quo ſi dixero per Annos viginti te in eo conſumatiſſimum extitiſſe: offeruntur, & quæ divinitùs in Divi Marci procuratione per te acta ſunt, quæ tantam mentis tuæ divinitatem, & immor-

„ talitatem oſtendunt: ut cum integritatis tuæ omnium animos
„ admiratione compleveris virtute integerrimus, ætate quæ in
„ dandis officiis ſpectari ſolet gravi, & conſumatiſſima dignus
„ habitus es, & judicatus: cui tanti Imperii Gubernacula rectè
„ committerentur, & commiſſas habenas juſto ſcires modera-
„ mine frænare. Plura de hoc tuo feliciſſimo Principatu (quam
„ quæ dicta ſunt) reſtarent dicenda: ſed temporis brevitas, quæ
„ prò rei magnitudine non ſufficit, & dicendi ratio, quando
„ ignarus non ſum me apud eos verba facere, quibus longè quam
„ mihi Excellentiæ tuæ virtus eſt notior: & regiæ tuæ aures,
„ quas alii, atque inſuper aliis occupationibus fatigatas, longio-
„ ribus verbis obtundere non decet, caſtigatus quam ſe ſe Re-
„ rum copia ſuggerebat, & felicis curſus Navigatio ſecundabat,
„ dicentem ad metam præſtringere compellunt collectis itaq;
„ (uti ajunt) velis, ad quietis, taciturnitatiſq; Portum properans
„ primum ſempiterno, & immortali Deo gratias habendas cenſeo:
„ quam cum hæc tempora prudentem, magnanimum, & ere-
„ ctum, ac vi, & majeſtate arduum, & potentem Virum expo-
„ ſtularent propter ingentem Barbarorum vim Italiæ *ingruen-*
„ tem, Divina Providentia talis oblatus ſit, qui dignus eſſet
„ hunc Thronum poſſidere, & ab his eligeretur, quorum Judi-
„ cium nec fallit, nec fallitur umquam. Meritò igitur Cremo-
„ nenſis Populus Numinis, Majeſtatiſq; tuæ, & hujus glorioſiſſi-
„ mæ Reipublicæ Devotiſſimus, qui te Principem divinitùs
„ conſtitutum agnoſcit tanta completus eſt electionis tuæ læti-
„ tia, & exultatione, ut poſteà quam ea vox fauſtis, felicibuſq;
„ acclamationibus, communi omnium applauſu excepta eſt:
„ Omnium Civium noſtrorum animos, juſto conſalutandi te
„ Principem deſiderio tantum inflammavit, ut qui per ſe, aut
„ per ſuos, ſalutato te Principe fæliciſſimo, glorioſiſſimo Senatui
„ gratias non haberet, quantum à debitæ fidelitatis reverentia
„ abeſſet, tantum à deſiderio ſuo longè eſſe ſe exiſtimaret. Et cum
„ omnes iſtic accedere, tàm indecorum, quàm difficilè, & pene
„ impoſſibile videretur conſulto de hac te pluries, ac pluries
„ Urbis noſtræ Senatu, habitiſque ſupremis comitiis, in quibus
„ totius Cremonenſis Rei Vis, & Univerſa Civitas repreſentata
„ figurat: nos omnes (quos hìc cernitis) ad id Officii peragen-
„ dum partim delegit, partim clariſſimorum Hieronymi Donati
„ Juriſconſulti, & Prætoris graviſſimi, ac Pauli Piſani Equitis
„ ſplendidiſſimi, Urbiſque Præfecti diligentia delectos confir-
„ mavit ità enim Civitas noſtra ob ſingularem induſtriam ex-
„ plorata eorum gravitate, ac fide chariſſimos habet, ut non tàm
„ privata, ſed & publica ſemper ad eorum arbitrium libentiſſi-
„ mè referat: & ſi Dii immortales mortalium votis annuerent,
„ aut hos perpetuos, aut ſaltem omnes ex hoc ornatiſſimo con-
„ ſeſſu ad eam Urbem Proconſules his ſimiles darent. Quapro-

pter

„ pter non omnes ità delecti communi omnium deſiderio, &
„ publica totius Urbis auctoritate, te Principe glorioſiſſimo ejus
„ Populi verbis conſalutato prò hoc tuo feliciſſimo Principatu,
„ quod tibi, ac nobis felix, fauſtum, fortunatumq; ſuccedat.
„ Hujus ampliſſimi ordinis Senatoribus, qui nobis talem Princi-
„ pem dedere, cujus ductu, & auſpiciis, omnia Urbis noſtræ
„ Statuta, Privilegia, & conventa integrè, inviolabiliterque
„ obſervari hoſtes procul repelli Urbem, Domos, Parentes,
„ Liberos, Uxores, Conjunctos, & Propinquos, reſque omnes,
„ & Fortunas noſtras ab omni calamitate, & iniquitate illæſas
„ conſervari ſpe optima, & fide indubitata concepimus, quas
„ maximè poſſumus gratias habemus, ac referimus. Noſtręque
„ Urbis homines, & qui ſub Cremonenſi nomine cenſentur tan-
„ tum commendamus, quantum firma in vos Dominos noſtros
„ benevolentia, & inviolabilis Urbis noſtræ fides exigit, quæ
„ tanta eſt, ut ſi quam præcipuum quamq; certiſſimum conſtans
„ fidei exemplum Civitas noſtra ſemper extiterit cum omnes
„ gentes experimento ſenſerint, vobis etiam paucis, nobiliori-
„ buſq; exemplis, quam breviſſimè recitatis, me dicente reco-
„ gnoſcere liceat nihil profectò abfuturum dubito, quin vos
„ omnes, Cremonam, templum fidei, ſemper & continuo appel-
„ letis. Cujus ſervandæ quantum curam, quantumq; ſtudium
„ majores noſtri ſemper habuerint, conſtantia, & fide qua pro
„ Romano Imperio, & Urbi noſtræ principantibus adverſus
„ Hamilcarem Pænum, & Gallos cæteroſq; Civitatis noſtræ
„ hoſtes, uſi ſunt ſi vobis placeat liquidiſſimè declarabitur. Poſteà
„ quam veſtrum omnium aures benignè accomodari video,
„ æquum videtur, quod priùs de Hamilcare, & Gallis propoſi-
„ tum eſt, ſtricta, & clara quantum fieri poſſit oratione dilucidari.
„ Dum enim Galli Inſubres Cydnomani, & Boi, excitis ſenili-
„ bus Pluatibuſq; ac cæteris Liguſtinis populis, Hamilcare Pæno
„ Duce, direpta Placentia, ac per iram magna ex parte incenſa
„ (ſicuti Polybius Celius, & Livius atteſtantur) ad diripiendam
„ pariter Cremonam, trajecto cum quadraginta hominum mil-
„ libus Pado, veniſſent, noſtræque Urbis progenitores, miſſis
„ ad Rom: Populum litteris, nuntiiſq; qui rem ſignificarent occlu-
„ ſis portis, diſpoſitiſq; præſidiis, omnia, & quæcumque, vel ad
„ oppugnationem, vel ad obſidionem diutine ſuſtinendam neceſ-
„ ſaria comparaſſent, non vicinæ Urbis excidio, calamitateque
„ territi, non barbarico tumultu impetuque commoti, non blan-
„ dis hoſtium ſuaſionibus, non damno rerum ſuarum, quæ de-
„ populationibus, & incendiis undiq; vaſtabantur, non deniquè
„ continuatis oppugnationibus (quibus vix reſiſtebant) ne dicam
„ ad deditionem, ſed nec ad nutandum trahi umquam potuere,
„ quin omnia aſperrima, & quæcumq; extrema, prò conſervanda
„ fide tollerarent, donec Lucius Furius Purpureo, Provinciæ

„ Prætor, ab Senatu ad liberandam Coloniam cum exercitu
„ miſſus, juſta cum obſidente acie dimicans, acri pugna com-
„ miſſa, in qua Hamilcar Dux Pænus, & tres Nobiles Imperato-
„ res Gallorum cæcidere, cæſis, & captis ſuprà quinq; & triginta
„ hominum millibus, cum ſignis militaribus. LXX. Gallicam
„ virtutem Victor ſuperarit, ut ex ea tàm inſigni victoria tantum
„ Romanorum gloriæ additum non fuerit, quantum Cremo-
„ nenſium fidei laudis datum apud omnes exciterit. Bello item
„ quod inter Octavianum, & M. Antonium de Romani Orbis
„ imperio fuit, cum parentes noſtri, Antonio, ſiniſtra magis
„ fortuna quam judicio adhæſiſſent, ſuperantibus Octaviani
„ fatis, dulce ſolum patriæ, dulceſque penates; quam fidem lin-
„ quere ſatiùs exiſtimantes rerum ſuarum amiſſionem conſtan-
„ tiſſimè paſſi ſunt ſervatam fidem cum deperdita facultate
„ heroica virtute compenſantes. Iterum cum Vittellium Romæ
„ imperantem Veſpaſianus de imperio dejicere adniteretur,
„ translata belli mole in Urbem noſtram, quam Vitellianus
„ Exercitus obtinebat cum eam Veſpaſiani exercitus, cui Anto-
„ nius cognomento primus Dux præerat ſumma vi oppugnaret:
„ non ſolum Viri Cremonenſes, ſed & eorum fæminæ ſervandæ
„ fidei ſtudio in prælium contrà communem ſexus naturam pro-
„ greſſæ, cæſæq; tantum odii ad Urbis excidium excitarunt: ut
„ ab hoſte obtenta nihil per quatriduum illiciti prætermiſſum ſit.
„ Ferro, igneq; omnia ſacra, ac prophana ubiq; abſumente opinan-
„ te exercitu Victore nunquam Cremonenſes fidei reſpectum
„ depoſituros, niſi & cum totius Urbis excidio fides ipſa expiraret.
„ Tranſeo quod cum Athila Hunnus, qui flagellum Dei dictus
„ eſt, vaſtata Aquilea, ac cæteris Iſtriæ, Liburniæ, Carnorum,
„ & Venetæ oræ oppidis adverſus reliquos Ciſpadanæ Galliæ
„ populos duxiſſet, inter eos, qui excidii terrore à fide deficientes
„ barbaro deditionem feciſſent Cremonenſes numerari hactenùs
„ à me compertum non habetur. Longobardi Italiam ingreſſi
„ cum fermè totum parvo negotio occupaſſent, Cremonenſes
„ neque vi, neq; ingenio à fide deflectere potuerunt, & cum ab
„ ipſis Cremonenſibus ſæpiſſimè agitarentur, convocatis tandem
„ totius Longobardæ gentis viribus, petitiſque à Cachano Ava-
„ rorum Rege, quam maximis ſupplementis, dilatata duorum
„ annorum ſpatio ad contrahendas vires expeditione, quam
„ primum imperium apud Conſtantinopolim (ob res novas à
„ Foca intentatas) vacillare intellexerunt audaciam indè ſumen-
„ tes, tantis Longobardorum, & Sclavorum, quos Cachanus
„ miſerat apparatibus: Cremonam nullis (tunc titubante impe-
„ rio) firmatam præſidiis adorti ſunt. Quam expugnatam, ad
„ ſolum uſque intrà trigeſimum diem demoliti ſunt: anno ſecun-
„ do, & vigeſimo ſuprà centeſimum poſteà quam in Italiam ve-
„ nerant; hactenùs inhabitare, veluti in archano fidei Romanæ

„ tem-

„ templo edicto prohibentes. Dicet veſtrum quiſpiam fortaſſis,
„ decidere hominum memoria, quæ Cremonenſis fidei obicis
„ exempla, tanto à præſenti cognitione obſcura, quanto remo-
„ tiora ſunt, quare ſi qua recentiora, & noſtri temporis exempla
„ ſuperſint, quò res dilucidior, & apertior nobis fiat, ex templo
„ manifeſta. Dicam quæ viventium memoriam excitare facilè
„ poſſint, nec erunt à vetuſtiſſimis fidei noſtræ exemplis humiliora.
„ Philippus Vicecomes, ille Milanenſium Dux III. cum quò
„ veſtra Reſpublica ſemper in armis ſtetit: dum Cremonam, &
„ univerſum Cremonenſem agrũ cis Padum, Picyleone excepto,
„ cujus loco Pontemtremulum inter Apuanos Ligures ſuppoſue-
„ rat: Franciſco Sfortiæ dediſſet graviq; poſtmodum ira (ob Cer-
„ peloni necem) adverſus eum animatus recipiendæ urbi ani-
„ mum daret ſperans eam ad conſueta gubernacula facilè rever-
„ ſuram tentatis primò civium animis: quos Vicecomitum no-
„ minis ſtudioſos eſſe arbitrabatur, cum nihil profeciſſet, ad
„ apertam vim delatus, magnis viribus, majoriq; ſtudio Urbem
„ aggreſſus, Franciſco Picenino omnium copiarum Duce, &
„ moderatore à terra, & à flumine comparata jam claſſe obſedit,
„ diſpoſitiſq; in Padi inſula (quam Mezanum vocant) quam plu-
„ ribus magniſq; tormentis ex quibus pilæ ingentes ſiliceæ, mar-
„ moreæq; vi ſulphuris excuſſæ, die noctuq; in urbem torqueban-
„ tur: quam conterritam ob populi frequentiam motum excita-
„ turam ſperabat. Verum cum nihil ex Sententia ſucceſſiſſet;
„ cognita parentum noſtrorum conſtantia, & fide, ſoluta ab urbe
„ obſidione, ad Caſtrumleonem munitiſſimum Cremonenſis
„ agri oppidum declinavit. Ubi admotis quam celerrimè caſtris,
„ cum eum non multos poſt dies in deditionem recepiſſet
„ invento ibidem Armanino Burgo Patre meo, multa de Fran-
„ ciſco ejus genitore, idemq; Avo meo conqueſtus, cujus ſtudio,
„ & vigilantia Moſiæ Portane per nocturnas Johannis Illirici pro-
„ ditiones in Philippenſium manus deveniret cuſtodita, ac con-
„ ſervata fuerat graviter, ac ſeverè in ejus vitam cominatus eſt:
„ cui pater intrepidè reſpondiſſe ſe: nobis filiis (ad memorabile
„ ſervandæ fidei exemplum) ſæpiùs dicere ſolitus erat: minimè
„ ſe probi, & moderatiſſimi Ducis minas obſervatam à patre
„ ergà Dominum ſuum fidem vereri: quando virtus apud præ-
„ ſtantiſſimos, & honeſtæ gloriæ intendentes, ſemper clara æter-
„ naq; haberi debeat, patremq; ſuum, quod prò Franciſco Sfor-
„ tia feciſſet, id ad obſervantiam Cremonenſis fidei Franciſco
„ datę, jure feciſſe ſe exiſtimare quando Urbis imperium Phi-
„ lippi voluntate (cui etiam ſe fidiſſimum dum Urbs in ejus Do-
„ minio eſſet experimentis comprobaverat) ad Franciſcum tran-
„ ſlatum eſſet, quodq; in unius patris ſui fuerat exemplum, idem
„ deberet in reliquis Cremonenſibus exiſtimare: cum Cremo-
„ nenſes ſine fidelitatis proprio, & præcipuo cognomento neq;

uſquam,

„ uſquam, neq; umquam ſint nominati: proindè eos cum omni
„ eorum poſteritate, Sfortiadis (donec Deus cujus eſt imperia
„ mutare, alios Dominos dediſſet) à fide nunquam defuturos
„ liberè judicaret. Idque quam probe obſervatum fuerit: non
„ meum eſt apud vos diligentiſſimos quarumcunq; rerum per-
„ ſcrutatores alitèr declarare. Petentibus enim Melchione Tri-
„ viſano, & M. Antonio Mauroceno, veſtri exercitus legatis
„ Ludovico regno excedente urbis deditionem Veneto fieri.
„ Indè eorum patres, qui Urbis curam gerebant exiſtimantes à
„ fide, quam præſtiterant deviare non priùs dedendæ Urbis men-
„ tionem habuere, quam fidelitatis debitum; miſsis ad hoc legatis
„ perſolviſſent. ità natura ipſa per hæc conſtantis fidei veſtigia à
„ majoribus tradita nos ad deditionem deduxit, quam tanto
„ vobis cariorem fuiſſe exiſtimamus, quanto meliorem firmitatis
„ noſtræ ſpem, ex fide noſtra concipere potuiſtis, cum dubium
„ non ſit ea, quæ maturè, & cum conſilio rectè geruntur, effectu,
„ & firmitate niti: illa verò quæ repentino, & ſubitaneo quodam
„ motu proveniunt ea infidelitèr inconſtanterq; prolabi. quod &
„ in arborum fructibus evenire, ut quæ lentiùs matureſcant, tar-
„ dius quoq; marceſcere, quam quæ celerrime perficiuntur, ipſa
„ rerum artifex, & magiſtra noſtra docuerit. Nobis autem tanto
„ gratior, & jucondior eo maturatior fuit; ut cum nihil præter-
„ miſerimus, quod ad avertendam infamiam, vel periculum
„ præſtaret, oſtenſa vobis firmitatis, & conſtantiæ noſtræ ſpe
„ rectiùs iuſtiuſq; ſub fide, & tutela veſtra, conſenſu omnium
„ lubentiori animo conceſſerimus. Si quis autem ſtudioſus futu-
„ rarum rerum indagator quam plena, quam perfecta, & quam
„ incorrupta deditio fuerit, altius ſpeculari velit: ut quam diutur-
„ na, & quam per immenſa temporum ſpatia duratura ſit agno-
„ ſcat: hunc numerorum plenitudines, & perfectiones (quas om-
„ nes tàm liberalium, quàm remotarum, & ſecretarum artium
„ ſtudioſi in quibuſcumq; ſcientiis perquiſivere) in perficiendo
„ noſtræ deditionis actu, ſcrutatis diligenter rationibus, recogno-
„ ſcere oportebit. Nec ad principium, & publicarum rerum
„ ſtatum, & mutationes: & ad cæteras humanæ fragilitatis con-
„ ditiones; vim, poteſtatemq; numerorum, divino artificio por-
„ rigi, ac pertinere dubitabit; per quam homines, quorum cauſa
„ cuncta creata ſunt, concipi, formari, edi, vivere, ali, ac per
„ omnes ætatum gradus ſenectuti tradi, periculaq; & clades cor-
„ poris: aut vitæ interitus, aut ægritudines animi, aut ipſam
„ deniquè animam numerum eſſe ſe moventem, ſapientiſsimi
„ viri pronuntiare non dubitarunt. Cum itaq; Urbis noſtræ dedi-
„ tio, à veſtri exercitus legatis petita tardaretur, nobiſq; tunc
„ ſolius fidei, & periculi ratio in cauſa verſari viderentur occultior
„ quædam, & incomprehenſa cæleſtium vis, quæ tunc demum à
„ nobis compertè, & cognita eſt; quum rationes, & vires ſuas
adim-

„ adimplerit, cuncta rerum menſura componens juſtas temporis „ numerorumq; dimenſiones digerebat, ut cum de ſupremo „ Urbis ſtatu conſulendum eſſet, non priùs ſuprema comitia co„ gerentur, haberenturq; quam ſeptima Ebdomadis die (quæ in „ ſacræ Scripturæ monumentis fidem laborum atteſtatur) quæ „ tunc illuxit ſeptimo die, ejus menſis, qui ſeptimus ab imbre „ nominatur, ità ſeptennarium, ut oſtenſa duorum perfectiſſi„ morum numerum copulatione, per quam duæ virtuales emi„ nentiæ ſimul junctæ altiùs tollerentur, triplicavit, & cum tres „ etiam Urbis ordines eſſent, ſinguli tres virorum ſeptimanas, „ quæ cumulata novies ſeptem, tres & ſexaginta conficiunt, dele„ gere; qui cum Urbem vobis dedendam, communi omnium „ ſuffragio ſtatuiſſent XII. viris: concipiendæ deditionis formu„ læ negotium dedere. Hi autem nono die, anni noni, & nona„ geſimi, poſt bis ſeptiès centeni, & ſeptimam horam, deditionis „ formulam pertractarunt; tertio autem à comitiis die, urbis in„ greſſus à veſtri exercitus Ducibus factus eſt. Ità per omnia „ conformis, & ſibi conveniens jugalis competentia concurrit, „ ut ternarius numerus in quò tota animæ noſtræ vis conſiſtit, & „ in quem immortalis eſſentia gaudet: cum nulli aptiùs jungere„ tur, quam incorruptæ virginitati, ſeptennario numero, qui & „ virginalis dicitur, complicatus eſt. Et cum nullus alius nume„ rus, tàm varia ſit majeſtate ornatus, ut ferè rerum omnium „ (affirmante hoc Macrobio) nodus ſit: per tris, trina ſepten„ naria, perfecto triangulari, in novem ſeptimanas creſcens, ter„ tium, & ſexageſimum, quem Græci climactericon: Latini „ Priſci ſcalarium: nos coronam Virginis dicimus (quo etiam „ die deditio primum tractata eſt) compoſuit, qui cum in duo„ denarium (qui etiam ipſe inter numeros eſt perfectiſſimus „ terminaſſet: per ſingulas priorum numerum plenitudines per „ quas progreſſum erat regrediens: qualis, & quam incorrupta „ deditio eſſet, per incorruptos numeros deducta: tacitis quibuſ„ dam rationibus, ſuperne dimiſſis ſignificavit, ut cum duo ſine „ medio colligante convenire non poſſent: hac occulta numero„ rum vi, & poteſtate veluti quadam medietate interiecta fidem „ noſtram, incorruptis vinculis tutelę, ac patrocinio veſtro, in quo „ Urbis noſtræ ſalutem repoſuimus, colligavit. ità recta ſunt ſem„ per fortunæ conſilia: ità occulta ſunt Dei judicia. Propterea „ Deum optimum maximum Jeſum Chriſtum: qui eſt cauſa „ omnium cauſarum, piè, ſolliciteq; rogabimus, ut quod nobis „ optimum dedit id permanere faciat ſempiternum, & quan„ tumcumq; nobis temporis ſupereſt: id ſalvis vobis, in ſtatu „ hujus Reipublicæ feliciſſimo per omnes ætates in terris tradu„ cere liceat, faciatq; non nobis ſolis, ſed & poſteris noſtris, & „ poſterorum noſtrorum poſteris infinitis ſæculorum continuatio„ nibus tàm juſtè, tàm ſanctè, tàm æquè, tàm proſperè & feliciter

impe-

„ imperare, ut ſicuti nos hæc publica Urbis noſtræ ſigna fidei
„ monumentum, & pignus amoris teſtantia, vobis dominis, &
„ patronis noſtris, in aurea Divi Marci æde coloranda, publico
„ nomine, ſtudioſè, & gratè offerimus, ac petimus, ità malorum
„ omnium acerbitate depulſa nos, poſteriq; noſtri quietè, ac per-
„ petuè fælicitatis munera conſequamur. Ad laudem Summi,
„ & Æterni Dei; quem unicum in trinitate colimus, & adoramus.

MDIII.

HOrtenſius Caſalorcius Præsbyter Secularis in litteris Canonicis magna diligentia, multoq; ſtudio inſtitutus. Scripſit

De Reſidentia.

De Penſionibus.

Breſſianus in hiſt. Eccleſiaſtica MS. ubi de Galeotto Franciotto à Rupere Julii II. Sum. Pont. Nepote Epiſcopo Cremonæ.

Quum Prætor eſſet Cremonæ hoc anno Hieronymus Donatus Patritius Venetus ædes Prætorias inſtauratas voluit ex Epigrammate quod in fronte, illarum, ſcalæ majoris legitur.

MDIII.

Jampridem addictas Urbis Rectoribus ædes
Sors mala Cauponæ verterat in faciem
Sic neglecta ſitu propè jam collapſa ruebant
Atria ſub tenebris ſquallida perpetuis.
Donatus Prætor cuncta inſtauravit, & auxit.
Pulchrior, ut ſub ſe Pulchra Cremona foret.

MDIV.

ANtonius Trecchus Juriſconſultiſſimus in Patriæ Ampliſs. Coll. hoc anno die 12. Novembris cooptatur, Orator apud Ludovicum Sfortiam Mediolanenſem, ſedit exindè Senator, & à ſecretis Conſiliis Maximiliani Ducis delectus fuit, non quidem ſemotus à Ludovico, & Franciſco primo Francorum Rege, indepto Mediolani Dominio meritis plenus ad immortalitatem coactus eſt die 12. Octobris 1527 quà die, pro eod. plura compoſuit Epitaphia *Daniel Cajetanus* doctiſſimus ille Vates, ut vidimus ex ſuis Carm. MS. inter quæ duo hæc ſubnectam.

Trecchus eram, modò nil ſum
Dives eram, modo inops ſum,
Me memorem facit alma virtus,
Omnia vana tamen, cinis, & umbra.

Aliud.

Leges, Jura ſilete, valete fili
Longa propago mane Nepotes,
Sit fortuna comes, comeſq; virtus.

Antonius Campus de eod. hiſt. ubi de familia Treccha.
Breſſianus in Coll.
Syllabus J.C. de Coll.

Habuit

Habuit Antonius una cum Ludovico, & Hieronymo ejus Fratribus ampliſſimum Imunitatis privilegium à Lud. Francorum Rege, tunc Mediolani Duce datum Mediol. die 13. Julii 1519. *ut in regeſtis Archivii Cremonæ obſignatis D.D. fol.* 68.

Eod. Anno.

Hieronymus Ponzonus Vir in Legibus peritiſſimus, qui Ricardo Malumbræ ſuppar habetur à *Leandro Alberto in deſcriptione Italiæ*, ubi de inſignioribus Cremonæ Viris verba facit. Ipſum quoq; amenioribus litteris inſtructiſſimum teſtantur erudita aliquot ejuſdem Epigramata in mortem Seraphini Aquilani Poetæ, Bononiæ apud Caligulam Bazilerium 1504. ſcripſit.

Conſultationes Civiles, & Criminales.

Collegium ingreſſum die 4. Decembris 1506. Hieronymum fuiſſe ex ejuſdem Collegii regeſtis habemus.

De eod. *Breſſianus in Coll. & ex Syllabis J.C.C. typis editis, & MS.*

Eod. Anno.

Petrus cognomento Baptiſta Hippocraticæ Artis Profeſſor eximius, dum eſſet Nannetis in Galliis, illius præſtantiſſimæ Urbis Univerſitatis, omnibuſq; meliorum diſciplinarum Cultoribus, ne dum Medicis, dicavit opuſculum anno 1504. Pariſiis cuſum in Via Jacobea cui tit.

Epiſtolæ tres, ut non indoctæ, ità nec ingratæ futuræ doctis præcipuè Medicis: ac nunc primum natæ, & excuſæ &c. Opuſculum mihi dono tranſmiſit eruditiſſimus Lazarus Auguſtinus Cotta J.C. ex Ameno Oppido Novarienſi, quò vix recepto, cum domi meæ reperiretur Homobonus Piſo Egr. Medicinæ Doctor, & in litteris humanioribus præclarus nunc in celeberrima Univerſitate Patavina Art., & Med. Profeſſor publicus, eumq; librum vidiſſet de re medica pertractare eveſtigio ſecum aſportavit, exindè nobis cum hac Epiſtola reſtitutum.

Franciſco Ariſio peritiſſimo J.C.
Homobonus Piſo. S.

Curſim perlegi Petrum Baptiſtam, eumq; tùm humaniorum litterarum, tùm medicæ facultatis laudabilitèr eruditum inveni; Narrat in illo opuſculo ſe Nannetenſi Civitati appulſum præſciviſſe poſtero die ſequturum litterarium Certamen inter Capallam Medicum Italum, & alios Nannetis Medicinæ Profeſſores, atque inviſis Capallæ Concluſionibus, ſivè propugnandis Theſibus ſtatim eum commoviſſe ne tàm arduo ſe ſe committeret conflictui. Non paruit, ut ipſe inquit, Capalla Amici monitis, ſed ultrò pugnam aggreſſus in ipſa oſcitanter ſe geſſit, & ſpreti conſilii pœnam in arena luit. Capallæ impares propriis viribus auſus condemnari, dum cæteri Baptiſtæ moderationem in amico admonendo commendant. Vale.

Eod. Anno.

BErnardinus Bologninus in carminibus latinis pangendis valdè eruditus, de quo nil aliud nobis conſtat quam quod in Collectaneis Græcis, Latinis, & Italicis diverſorum Authorum in Morte Seraphini Aquilani factis per Joannem Philotheum Achillinum Bonon. impreſſis Bonon. per Caligulam Bazalerium 1504. vidimus quatuor ejuſdem non ſpernenda *Epigrammata*, ac alia carmina. Ibi pariter ſunt ut recenſuimus in primo volum.

Bernardini Licinii Cremon. Epigr. ac alia Octavii Crotti Cremon.

MDV.

JUlius Supertus amœniſſimi ingenii, & exquiſitiſſimæ doctrinæ Vir, facundię ſuę clara dereliquit monumenta, ut *Breſſianus in V. R.*

Collectanea Sententiarum ex celebrioribus Philoſophis excerpta.

Herculei Labores Heroicis carminibus explicati.

De Honore Fœminarum Dialogus.

De Amore Conjugali Tractatus.

Quomodo inter conjugatos circumſpectè agendum ſit placet, licet è via in diverſiculum, hìc adducere quæ *S. Auguſtin. ſuper Matth. 37. quæſt. 2. Quidquid inter ſe conjugati immodeſtum, inverecundum, ſordidumve gerunt, vitium eſt hominum, non culpa nuptiarum. Jam in ipſa quoq; immoderata exactione debiti carnalis, quam eis non ſecundum imperium præcipit, ſed ſecundum veniam concedit Apoſtolus, ut etiam propter cauſam procreandi ſi miſceantur, & ſi eos pravi mores ad talem concubitum impellunt, nuptiæ tamen ab adulterio, ſivè fornicatione defendunt. Neq; illud propter nuptias mittitur, ſed propter nuptias ignoſcitur. Debent ergò ſibi conjugati non ſolum ipſius ſexus ſui commiſcendi fidem, liberorum procreandorum cauſa, quæ prima eſt humani generis in iſta immortalitate ſocietas, verum etiam infirmitatis invicem excipiendæ, ad illicitos concubitus evitandos, mutuam quodamodò ſervitutem, ut etiam ſi alteri eorum continentia perpetua placeat, niſi ex alterius conſenſu fieri non poſſit.*

MDVI.

ANtonius ſeù melius, Jo: Ant. Plebanus humani, diviniq; Juris Doctor, inſignis Rethor, & Poeta, Hebreæ, & Arabæ linguę Interpres in Patria Phrontiſteriū aperuit, & doctiſſime elucubravit.

Compendium rerum Italicarum ſui Ævi celebriorum Epigrammata Sacra.

Carminum, fragmentum, inſcriptum *de Beatrice Bononienſi pulcherrima puella*, quod legitur apud Joannem Biffum.

Ejuſdem leguntur Carmina ad laudem Petri Ravennatis in illius Opuſculo de Artificioſa memoria. Decenereſcit ab anno 1531. ut notat *Cavitell. in Annal.*

Vide, & *Jo: Thom. Muſconium in Carmin. lib. 1. Elegiarum*, ex quibus videtur innuere Plebanum ſcripſiſſe Equicum Poema.

Eod.

Eod. Anno.

MAttheus Multidenarius Lud. Sfortiæ Med. Ducis Cancellarius non minùs moribus, quam literis ornatus Platini Plati Mediol. Poetæ impensè neceſſitudinem excoluit.

In opere enim Platini legimus noſtri Matthei.

Epiſtolas. Habemus hanc editionem Mediolani quinto decimo Kalen. Septem. MDVI.

MDVII.

JO: Petrus de Gibertis Antonii F. J. C. in Coll. Patriæ aſſumptus die 20. Novembris 1507. Rector in Univerſitate Ticinenſi nec non publicus Legum Interpres. Patriæ Decurio, & Mediolani Orator effloruit, ibi pleraq; maximæ virtutis exhibuit inditia; poſt ejus mortem ſecutam die 25. Julii 1516. ſepelitur in arca marmorea ſuprà Januam in ingreſſu ad lævam Cathedralis Eccleſiæ Cremonæ ad Altare B.V. Gratiarum nuncupatæ cum hoc epitaphio enigmatico

Jo: Petrus Gibertus Jur. Conſ. Patriæ, qui vixit, & obiit tribus quicquid Parcis hìc cui priſcis, quam vita hìc quoq; poſthumiſq; temporibus.

Bordigallus de eodem in Epitaphiis.

Syllabus J. C. Coll.

MDVIII.

LUcas Seriagus, ſeù de Seriate Vir ingenio amæno latina, & græca facundia celebris. Romæ diù verſatus, ab Julio II. cui familiaris erat, Dunenſis, ſeù Duudelegalenſis Epiſcopus in Hibernia declaratus eſt, non autem Lucenſis, ut ſcribit *Breſſianus*. Patriam conceſſit, & ſuffraganeus Hieronymi Treviſani Epiſcopi Eccleſiam Cremonenſem omni vigilantia, & religione adminiſtravit ut multum nominis, & laudis apud Poſteros ſit conſecutus. Sciebat illud in *Epiſt. Petri 2. cap.* 5. Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, providentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum, neq; turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti greges ex animo. Anno 1516. Templum Sacratiſs. Chriſti Corpori dicatum conſecravit, ut innuit. *Merula in Sanctuario Cremonæ*. In fata conceſſiſſe legitur apud eumdem *Breſſianum in Roſ., & Viol. anno* 1525. eiq; juſta perſoluta fuiſſe in ædibus D. Laurentii, verum in carminibus MS. Cajetani legi aliqua carmina eidem Lucæ directa hoc titulo. *Ad Lucam Seriagum Epiſc. Cremon. Mediolani* 12. *Maii* 1527. & in calce pariter hæc verba *nundum miſſum eſt*, ex quibus dilucet ejus obitum ſecutum haud fuiſſe illo anno 1525.

Eod. Anno.

HEliodorus Oldroandus Carmelita Philoſophus, & Summus Theologus non tàm doctrinæ, quam morum incorruptilitate conſpicuus Ciſalpinorum Provinciæ caput ſui Ordinis præſidet,

in magnificè amplificandis ſuæ Religionis Cœnobiis, & præſertim in Patria ſua jugi ſtudio verſatus fuit. Obiit anno 1509.

Scripſit *Super Alberti Regulam lib.* 1.
Pro Defenſorio Pietatis lib. 1.
Orationes, & Epiſtolas lib. 1. atq; alia ut teſtatur
De Eo Conradus Geſnerus in Bibliotheca Inſtituta.
Petrus Lucius Belga in Bibl. Carmelitica, Bordigallus in Epitaphiis.
Breſſianus in Corona Vir. Ill.

In aula Cœnobii S. Bartholomæi Cremonæ legitur.

Heliodoro Oldroando Philoſopho, ac Theologo Summo Ciſalpinorum Carmelitarum Præpoſito Patriæ Cremonæ Alumno non ingrato Templi bujus Reformatori Relig. unico Exemplo M. H. P. Ann. 1508.

Laudatur *à Creſcentio in Præſid. Romano lib.* 3. ubi de Carmelitis eum commemorando inter Auctores librorum Aſceticorum, ac diſciplinæ Religioſæ.

Eod. Anno.

HIeronymus Treviſanus Monacus Ciſtercienſis Venetus Patritius defuncto Galeotto Franciotto de Rupere Cardinali Cremonæ Epiſcopo ad hanc ſedem (Julio II. Pont. Max.) evehitur in quà vixit uſq; ad annum 1523. inter Literatos Cremonenſes ipſum locandum cenſeo, cum de eo ſcribat *Carolus de Viſcb. in Bibl. Ciſterc. pag.* 150. *Hieronymus Treviſanus illuſtri in Italia Treviſana familia natus, Religioſus, & Abbas Monaſterii S. Thomæ in Urbe Torcellana ditionis Venetorum, ac poſteà Cremonenſis Epiſcopus, Philoſophus, & Juriſta fuiſſe perbibetur ſcriptis ſuis clarus per univerſam præſertim Italiam, quorum tamen titulos nondum aſſecutus ſum. Jangelinus in Origin. Monaſteriorum Ordinis.*

Ejuſdem meminere *Blaſius Rubeus in Tab. dyptica.*
Cavitellus ad annum 1523. *Ughellus in Italia Sacr. Tom.* 4.

Eod. Anno.

AGathus Nob. Cremonenſis hoc anno in celebri Ferrariæ Univerſitate non inglorius inter alios variarum eruditionum Profeſſores ſub diſciplina Mag. Nomici Parmenſis efflorebat. Id eruitur ex libro Nicolai Liburni inſcript. *Selvette &c. anno* 1513. *Venetiis vulgato, per Jacobum de Penciis à Lecco.* Inter Sodales Agathi memorantur ibi Franciſcus de Nichino gemmarum ſculptor eximius, Partenopeus è Mantua, & Alceus Romanus, ex allegatis Sodalium nominibus illud Agathi fictitium eſſe percenſeo, & more Academico ſibi impoſitum, ut nunc quoquè ſimilis viget ritus celeberrimo in cætu Arcadum Romæ (ubi ego Euphemus Bathius appellor) proptereà quis ſanè fuerit Agathus hìc ignoro; verum non ſunt aſpernanda

Carmina Italica

quæ

quæ in laudem ejuſdem Franciſci de Nichino Ferrarienſis ipſe conſcripſit, nec non

Epitaphium in Morte Idaliæ Nomici ejus Præceptoris filiæ.

Quæ omnia leguntur in Liburni libro apud Amicum meum eruditiſſimum Hieronymum Baruffaldum Ferrarienſem à quo hæc accepimus.

Dum Arcadum Romæ paulo ſuperiùs præclariſſimi Cœtus meminiſſem, ſilentio hìc nequeo præterire quia nominem, honoris cauſa, duos doctiſſimos Coacademicos, & ſcilicet illius Cuſtodem Johannem Marium de Creſcimbenis, ac Jo: Baptiſtam Lucinum Patritium Anconitanum, quibus ſemper plurimum obſequium dependere non deſiſtam.

Eod. Anno.

ANdreas Piperarius Presbyter ſecularis, & J.U.D. varia eruditione maxima dicendi præſtantia memorandus inter pręcipuos Ævi ſui Oratores præſtantiſſimus, ab Julio Secundo plurimi factus, & in familiaritatem receptus ab eo, præclariſve ornatus titulis; nam & Apoſtolicum ut vocant, Protonotarium, & primarium ſui Cubicularium fecit, Oratoremq; frequentèr adhibuit. Tabulis ipſe proindè conſignavit

Orationes diverſas, ex quibus extat quam habuit coram ſummo eodem Pontifice.

Oratio de Paſſione Jeſu Chriſti Redemptoris noſtri Romæ 1508. Hanc nuncupavit Jo: Antonio Epiſcopo Præneſtino S.R.E. Card. Alexandrino, quamobrem Joannes Maria Cataneus Novarienſis Vir doctiſſimus modulatum reliquit.

Sit licet amplexus graviter tormentà, crucemq;
Illuſtrata novò lumine cuncta licet.
Atq; Prophetarum divinas explicet umbras
Et Chriſti crudum defleat interitum.
Adde quod inſtabunt multorum Vota: libellus
Mallebat tamen hìc tutior eſſe domi.
Verum ubi Cardineo ſe fultum numine ſenſit,
Sub Præneſtino Judice tutus abit.

Hæc habuimus ab Amico noſtro doctiſſimo Lazaro Auguſtino Cotta J. U. D. Muſei Novarienſis Auctore laudatiſſimo.

MDIX.

VIctoria de Baroncellis honeſtiſſimo loco in oppido inſigni Caſtrileonis Agri Cremonenſis nata pueriles annos ea modeſtiæ lege cohibuit, ut Adoleſcens Virginitatis flore, ſummæ abſtinentiæ, admirabilis patientiæ, & humilitatis exemplo, plurimiſve aliis virtutibus præclara; Regularis vitæ laude incenſa ibi cætum Sanctimonialium ſub Sanctæ Claræ tutela inſtituit eiſq; prębuit.

Regulas

quas

quas ipſa pro ſtrictioris obſervantiæ ſtudio conſcripſit, ut in Regeſtis ejuſdem Monaſterii, ex quibus etiam apparet prodigiis floruiſſe poſt ejus feliciſſimum obitum in graviori ſenecta ſequutum.

Clemens Flamenus in ſuo libro, cui titulus *Caſtellionea in ſeptima Cinquantena*, ut ipſe ait, præter alia quæ ſcribit ad laudem hujus Venerabilis Dei Ancillæ refert ſubſequentia verba Teſtamenti cujuſdam Jacobi de Figaſis à Notario Arnulpho anno 1510. recepti.

Item legavit Monacis Sanctæ Claræ de hac Terra Caſtrileonis redditus librarum centum Imperialium expendendarum per uſum menſæ ad prandium omni anno in perpetuum in die etiam xxix. Menſis Decembris in memoriam Beatæ Sororis Victoriæ Fundatricis dicti Monaſterii, quæ ſimiliter in tali die ſuum extremum clauſit diem.

Eandem etiam memorat Avunculus mei Amantiſſimus *Joſeph de Nigris in ſuo Martyrologio Eccleſiæ Cremonenſis.*

Hæc Ven. Fœmina erat Amita Macir Matris Luciæ de Baroncellis Aviæ meæ Paternæ, in cujus affinitatis argumentum ipſius effigies in meo muſæo ſervatur.

MDIX.

VAlerianus à Soncino Ord. Præd. Vir erudiſſimus, Concionator ad invidiam magnus, Italiæ Apoſtolus ab illius Ævi approbatiſſimis Viris appellabatur. S.T.M., ac Lector in Cœnobio ejuſdem Ordinis. Scripſit Volumen amplum

Sermonum de Tempore.

Sermonum de Sanctis.

Fragmenta quædam diſertiſſima de Laudibus B.V.

Memoratur cum laude à *Seraphino Razzio in hiſtoria de Vir. Illuſtr. Ord. Præd.* de eo quoque.

P. Inquiſitor Rovetta in Bibl. Chronolog.

Eod. Anno.

NIcolaus Parma ex Monacis Heremitanis S. Hieronymi Congr. Italiæ hoc anno ad Præpoſiti Generalis apicem elatus eſt: in miniſterio ſe prudentiſſimè geſſit incauta nunquam locutione notatus; & verè non eſt eloquentis multa loqui, ſed apta, ait *Contzen in Aulę Speculo;* Vigilanti etiam ſit linguæ quies, & prudentis animi munus ſit ſilentium. Locutus quippè fuit ut eum viderent, nam carminibus, & ſoluta Oratione varia reliquit opera, & ſpeciatim ut indigitat *Creſcentius in Præſidio Romano lib.* 1. *narrat.* 9. *n.* 17.

Homilias.

Sermones.

Epiſtolas latinas, ac

Opera varia cum Poetica, tum Oratoria.

Idem *Creſcentius in opuſculo prętitulato Euſebio Cremoneſe* Parmam vocat à Placentia verum inter Cremonenſes reponitur *à Breſſiano in V.R. nec non à P. Coronello in Catalogo PP. Generalium ejuſdem ordinis nuperrimè edito Venetiis.*

Eod.

Eod. Anno.

PEtrus Jo: Schinchinellus Alexandri F. Viciniæ S. Helenæ à Patre Viro cordatiſſimo maxima cum cura, ac diligentia educatus, unde multiplici variarum diſciplinarum cognitione in gerendis negotiis admirabilis fuit; Juriſprudentia quippè perſpicuus: Ordinem Inſignem Judicum Patriæ die Lunæ 20. Julii 1513. ſibi promeruit undè, ut ex illuſtri Virtutum Seminario Mediolani apud Principes Orator prudentiſſimus ejus ingenii fœtus emiſit, præmium utiq; dignum laboribus ſibi promerendo, illum namq; Maximilianus Inſubrum Dux inter ejus Senatores, ac Conſiliarios adſtipulari voluit. hujus enim rei teſtis erit diploma ab archetypo ex ſcriptum infrà recenſendum. Papiæ primum anno ſcilicet 1533. & Alexandriæ anno 1537. Præturas præſtantiſſimè adminiſtravit, ut meritò inter illarum Urbium Cives una cum eis deſcendentibus creatus eſt, illarumq; Pater, ac Protector omnium ſuffragiis acclamatus.

Daniel Cajetanus in ſuis Carminibus MS. de eod. plura cum laude.
Jo: Jacobus Crottus in Oratione funebri Nicolai Lucari, ac Syllabus J.C. de Coll.

Diploma ſuprà recenſitum cum aliis honorificis atteſtationibus ibi ad ejuſdem Schinchinelli gloriam ſubnectuntur.

„ MAXIMILIANUS MARIA SFORTIA VICECO-
„ MES, Dux Mediolani &c. Papiæ Princeps Angleriæq;
„ Comes, ac Genuæ, Cremonæ, & Haſtæ Dominus. In optatis
„ habemus his omnibus, qui de Illuſtriſs. gente noſtra, atque
„ paritèr de nobis benemeriti ſunt, ac virtutibus aliquibus floruerunt,
„ florentq; adhùc gratias promeritis, & virtutibus referre,
„ ſaltem aliquibus eos ornando dignitatibus, poſtq; nobis in præ-
„ ſentiarum facultas non ſuppetit in eos alia munera conferendi:
„ quandò nil ferè magis naturæ convenire arbitremur: quam gra-
„ tum, memoremq; acceptorum Beneficiorum ſe præſtari in
„ omnes: præſertim in hujuſmodi hominum genus; itaq; cum
„ hoc ità ſit, & ſi ergà quam plurimos teneri iis ex cauſis fateri
„ ingenuè debeamus: tamen inter alios tenemur planè verſus
„ Nobilem familiam Schinchinellorum Cremonenſem tum quod
„ ab ea, ut ſimus plenè docti, & alias in progenitores noſtros, &
„ etiam modo in nos collata, prò ratione temporum fuerint
„ merita ingentia, ac præſtita fidelia ſemper officia, tùm ob
„ ſplendorem totius hujuſmodi domus, quæ inter alias Nobiles
„ Familias Cremonenſes non poſtremum ſibi vindicat locum,
„ aliaſq; virtutes, quibus ſemper antehac emicuit; atq; etiam
„ modo magis, atq; magis emicat, in ea domo fuere ſemper viri
„ præſtantes, & virtute, & dignitate, ut etiam modo ſunt, ſed ne
„ ſingulos commemoremus brevitatis gratia, vivebat tempore

„ Illuſtriſs.

„ Illuſtriſs. quond. Avi noſtri Colendiſſimi ſpectatus Vir Dñus
„ Chriſtoforus Schinchinellus, inter alios artium, & Medicinæ
„ Doctor, qui ob ſingularem doctrinam, & ſcientiam, quà ea in
„ arte excellebat aſcitus inter Medicos illius Excellentiæ tanta
„ ejus virtutis, & fidei documenta exindè edidit, ut non ſolum
„ indè præfato Excellentiſs. D. Duci gratiſſimus eſſet, ſed etiam
„ palam ab omnibus laudaretur. Nunc verò extat maximè ſp.lis
„ Jur. Conſultus D. Petrus Joannes Affinis præfati quond.
„ D. Chriſtofori, qui legibus plurimum præſtat, prudentia pollet,
„ multiſq; aliis egregiis virtutibus ſplendet, & qui prætereà ità
„ nobis devotione afficitur, ut profectò dignus ſit, quem, & nos
„ unicè diligamus, & aliqua dignitate omninò decoremus: quo
„ partim hujuſmodi virtutum ſuarum, & etiam fidei ergà nos,
„ partim meritorum præfati quond. Affinis ſui, ac totius dictæ
„ ejus familiæ in nos rationem habuiſſe, atq; habere prò ut decet
„ videamur. Harum igitur ſeriè præfatum D. Petrum Joannem
„ in Senatorem noſtrum Conſilii Juſtitiæ hujus noſtræ Civitatis,
„ loco quond. ſp.lis D. Franciſci Gadii Senatoris olim in dicto
„ Conſilio nuper defuncti, facimus, creamus, & conſtituimus
„ adiungentes, & cooptantes eum cætui, ac numero aliorum
„ Senatorum ejuſdem Conſilii Juſtitiæ cum auctoritate, arbitrio,
„ & facultate in eodem Senatu ſedendi, ac cauſis ibi tractandis,
„ ac aliis omnibus, quæ ex natura Officii ibi fiunt intereſſendi,
„ votumq; ſuum ſimul cum Collegis in medium afferendi atq;
„ demùm omnia alia agendi, mandandi, & faciendi, quæ ordo,
„ ac natura dicti muneris exigit. Cæteriq; Senatores præfati Se-
„ natus facere poſſunt, nec non cum ſalario honoribus, emolu-
„ mentis, præeminentiis, commoditatibus, & prærogativis
„ ejuſmodi offitio debitè ſpectantibus, & per alios ejus Collegas
„ legitimè haberi, & percipi ſolitis. Mandantes proindè ſp.li
„ D. Priori, ac Senatoribus ipſius Conſilii, ut ipſum D. Petrum
„ Joannem in poſſeſſionem dicti Officii, & in Collegam benignè
„ admittant loco præfati quond. D. Franciſci admiſſamq; in
„ omnibus prò ut ordo, & dignitas Senatoria poſtulant. Rever.
„ verò D. Theſaurario Generali, Regulatori, & Magiſtris Intra-
„ tarum noſtrarum, ut ipſi de ſalario, & emolumentis debitis,
„ temporibus debitis reſpondeant, faciantq; integrè reſponderi.
„ In quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus, & regiſtrari,
„ noſtriq; Sigilli impreſſione muniri. Dat. Mediolani die octavo
„ Januarii MDXIV.

MAXIMILIANUS &c.

Aug. Somentius &c. cum Sigillo magno.

CARO-

CAROLUS divina favente clementia Romanor. Imperator Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriuſq; Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ &c. Comes Hasbpurgi, Flandriæ, Tirolis &c. Univerſis, & ſingulis Capitaneis noſtris Generalibus, & particularibus Armorum Ductoribus, Locatenentibus, Signiferis, Tribunis, Commiſſariis, Proviſoribus, Metatoribus majoribus, & minoribus, nec non militibus, & ſtipendiariis noſtris tàm Equeſtribus, quàm Pedeſtribus, cujuſcumq; linguæ, aut nationis exiſtant, ſub ſignis, & ſtipendiis noſtris militantibus, cæteriſq; Officialibus, & Magiſtratibus noſtris quibuſcumq; ad quos præſentes noſtræ pervenerint, vel quibus exhibitæ fuerint, vel oſtenſæ, Gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonum. Quoniam ſpectabilem Jur. Utr. Doctorem noſtrum, & Sacri Romani Imperii fidelem dilectum Petrum Joannem Schinchinellum Civem Cremon. ac Senatorem, & Prætorem Civitatis Alexandriæ, cum omnibus ejus bonis, & rebus, ubicumq; fuerint, & præſertim, in Civitate, & Agro Cremonenſi, in noſtra *ſpeciali protectione, & ſalvaguardia* conſtitutum, ab omni gravamine, & moleſtatione tutum, & ſecurum eſſe volumus: Ideò vobis omnibus, & veſtrum cuilibet ſeriò: & ſub pænis gravis indignationis noſtræ mandamus, ut præfatum Petrum Joannem cum bonis, & rebus prædictis contrà hujuſmodi ſalvam guardiam noſtram nullo modo gravetis, nec à quocumq; gravari patiamini, ullo onere hoſpitationis, aut quacumq; Militum incurſione, exactione, ſeù deprędatione; vel alteriùs cujuſcumq; generis moleſtatione, quin potiùs ab omni iniuria, & gravamine noſtro nomine, & vice defendatis, & conſervetis: quatenus præter gravem noſtram indignationem, alias etiam pænas noſtro arbitrio imponendas cupitis evitare facturi in hoc expreſſam noſtram voluntatem. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & Sigilli noſtri impreſſione à tergo munitarum. Dat. Aſtæ die ſeptimo Menſis Junii Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo ſexto, & Regnorum noſtrorum vigeſimo primo, Imperii verò decimo ſexto.

Signata CAROLUS.

Cum Sigillo Magno.

Sequuntur aliæ honorificæ atteſtationes tùm ejuſdem Petri Joannis, tùm familię Schinchinellę.

Molto Magnifico Signor.

„ Con grave dolore, & afflittione d'animo per lettere ſue il
„ Prencipe mio figliuolo m'hà ſignificato la morte del Sig.
„ Camillo figliolo di Voſtra Signoria; della cui doppo eſſermene
„ meritamente dogliuto con me ſteſſo, non hò volſuto mancare
„ di condolermene con lei, & allegerire il giuſto cordoglio del
„ Padre, cauſato dalla perdita de così raro figliolo, nel quale
„ appareva la perfezione di tutte le virtù, che ſogliono alzare
„ ogni loro imitatore al colmo di vero honore, & laude perpe-
„ tua, nel qual ſuo Patrone haveva poſto tanta amorevolezza
„ per la fedel ſervitù, con la quale commendava l'integrità dell'
„ animo ſuo preſſo ogn'uno, che io mi toglievo non volgar con-
„ ſolazione, che egli fuſſe accompagnato di sì fatta perſona: In
„ tanto che ſi come à V.S. ſarà dura la privatione del figliolo,
„ ſara anche moleſtiſſimo (come è à me) al predetto mio figliolo
„ di vederſi privo dell'acquiſto, che egli *n'haveva fatto*. Mà
„ perche io non paja di voler più preſto accreſcere il dolore, che
„ V.S. n'hà conceputo, che mitigarlo, mi convertirò in pregarla
„ di voler conſiderare, che ſuo figliolo è morto non meno hono-
„ ratamente, che chriſtianamente; l'uno perche hà combattuto
„ in viſta de tant'altri Cavaglieri contro li Perſecutori di noſtra
„ fede, l'altro, che con mirabile conſtanza conoſcendolo richia-
„ mato à quel ſanto ripoſo, in fine delli ſuoi giorni hà compito
„ quell'Ufficio, che deve ogn'uno, che deſidera pervenire alla
„ gloria eterna. Della quale nè faccia N.S. Iddio capaci, & con-
„ ſoli V.S. offerendomele di core, & à tutti i ſuoi. Di Vercelli
„ alli 4. di Novembre 1546.

Di V.S.

Sottoſcr. &c. — Buon'Amico Il DUCA di Savoja C.—

A tergo &c. Al Molto Magnifico Sig. il Sig. Petr. Gio: Schinchinello
Jur. Peritiſſimo.

Illuſtriſs.

Ill.mo, & Ecc.mo Sig.re

„ NOn contenta la ſorte d'haver travagliato la Caſa di Schin-
„ chinelſo per la Morte d'un M.r Camillo mio Scudiere,
„ quale alla Guerra d'Alemagna combattendo valoroſamente
„ finì la vita ſua, hà fatto che in queſta venuta del Prencipe il
„ Fratello ſuo Giulio ſendo ancora in Spagna è paſſato di queſto
„ ſecolo. Di maniera che li Fratelli rimaſti ſi trovano molto ſcon-
„ ſolati, & tanto più quanto che à M. Aleſſandro uno di eſſi Fra-
„ telli ſi danno infinite moleſtie, & impedimenti nelli beneficii
„ laſciatoli dal detto Giulio, & perche l'uno, & l'altro, erano
„ divotiſſimi, & fideliſs. Servitori di Sua M. nel ſervicio della quale
„ ſi può dir eſſer' morti, per il che ſi deve à detta Caſa ogni favore.
„ Hò ben' volſuto pregar V. Eccellenza eſſer' ſervita d'haverla in
„ protezione, & non permetter che ſia travagliata in modo alcu-
„ no; Et oltre che ella farà opera degna, ſarà dar occaſione à pari
„ loro di metter, e la facoltà, e la propria vita in ſervicio di Sua
„ Maeſtà come hanno fatto eſſi Fratelli, & Io ne reſtarò in per-
„ petuo obbligo à V. S. Eccellentiſs., alla quale di core m'offero,
„ e raccomando, e N. Signore la conſervi, & proſperi felice.
„ Da Bruſſeles alli 27. Aprile 1549.

Firmata Alli Servici di V. E.

Il Principe di Piemonte &c. FILIBERT de Savoye.

A tergo. All'Illuſtriſs., & Eccellentiſs. Sig.re Il Sig. D. Ferrante di Gonzaga Prencipe di Molfetta Governatore dello Stato di Milano, e Cap. Generale per S. M. in Italia.

Eod. Anno.

JOannes Ludovicus Ariſius Franciſci Filius, & Hieronymi Tritavi mei Pater præſtantiſſimis diſciplinis, ac Poeticis ſtudiis apprimè deditus optimè in literaria cùm Nicolai Lucari tùm Danielis Cajetani Summorum Rethorum paleſtra cùm græcis, tùm latinis litteris inſtitutus. Ejuſdem apud me tantum leguntur

Variorum Carminum Libri.

non adhùc extrema pumice expoliti, cum in properata Genitoris morte lugens ad ejus tumulum ibi omnem, amœniores muſas colendi, ſpem depoſuerit, ut ipſe ſuis verſibus innuit. Cæterùm Vir fuit prudentia ſingulari perſpicuus, & in publicis Patriæ negotiis ſummè verſatus, & exquiſitus. Nobilis, & Egregius vocatur in tabulis per inſigniores illius temporis Tabelliones receptis.

In anteriori peryſtillio Cœnobii S: P. Franciſci Cremonæ proſtat ex marmoreo lapide cum inſigniis familiæ hoc Epitaphium.

Jo: Lud. Ariſio Franciſci F.
Muſarum Alumno Pat. Optimo.
J. Paulus J. U. D. & Hieronymus H. M. P. P. MDXLI.

Extat & aliud de eo monumentum in patriis ædibus D. Joanni Novo, ut ajunt, dicatis ubi aram B. V. ac Divis Rocho, & Sebaſtiano anno 1505. erexit.

Jo: Jacobus Crottus in Orat. pro Lugaro Ticini edita, ut pluries diximus, noſtrum Ariſium laudat, ità &

Daniel Cajetanus in ſuis Carm. MS.

D. Deſiderius Monacus Hieronymianus Frater meus amantiſſimus in editione facta anno 1695. opuſculi Andreæ Guarnæ *Bellum Grammaticale* inſcripti, typis tradere carmina noſtri Jo: Ludovici pollicetur in Epiſtola ad Lectorem cujus promiſſa, ut quantò citiùs exequatur ſanè curabo.

Eod. Anno.

JAſon Picenardus Vir Juriſconſultiſſimus, & eloquentiſſimus, cujus juriſprudentiam id unum ſatis ſuperque teſtatur, quod ab illo celeberrimo J. C. Jaſone Mayno, cujus fuit auditor dignus legali lavrea fuerit judicatus; Adeò enim præſtantiſſimus ille Vir in promovendis Doctoribus exacta, & ſevera utebatur cenſura, ut neminem niſi ingenio, & juditio excelleret optimeq; univerſam Juriſprudentiam teneret ad illius dignitatis faſtigium unquam voluerit promoveri, ſpernens illos jure quidem meritò de quibus *D. Paulus ad Thimot.* 1. Volentes eſſe legis Doctores non intelligentes neq; quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Tales enim Doctores apud nonnullos Comites Palatinos creari ſolent, verùm non dignitas, ſed ipſa ſcientia Doctorem efficit, cum non dignitas ipſa, ſed eruditio, & doctrina illa ſit, quæ alios docere poteſt. optimè *Menoch. de arb. caſ.* 425. *num.* 39. Noſter quidem Auctor vulgavit.

Orationem diſertiſſimam.

quam Civitatis decreto in Adventu Maximiliani Sfortiæ, qui Victor, & opimis Francorum ſpoliis onuſtus paterno Imperio recepto, Cremonam ingrediebatur, & adeò Sfortiæ animum commovit, ut virtutis ergò & torque aureo, & equeſtri dignitate ipſum decoraverit, ut notat ipſius inſignis Familiæ decus æternum *Octavianus Picenardus in Oratione ad laudem Sigiſmundi Picenardi J. C.*

Hinc neque prius calamum ſubtrahere, quam, cum hic de Jaſone Mayno ſermo fuerit, & cujus familia etiam Cremonæ nobiliſſimam fixit propaginem antiquo Bordulani Feudo perſpicua de eo quidquam maximè eruditi adſpergere à Scriptore ejus Vitæ premiſſæ ſuis operibus, negligenter quidem intactum, ſcilicet

Ludo-

Ludovicum Galliæ Regem inter ſubſellia Jaſonis ſediſſe legimus: etiam hoc quod cum ad Collegium perventum eſſet Rex Jaſoni ſiniſter adæquitarit cum his verbis, nunc Jaſon incipit tuum regnũ. *Kempius de oſculis diſſert.* 12. §. *ix.*

MDXI.

LEo Picenardus Georgii F. Vic. S. Eraſmi J. U. D. in Coll. receptus die 5. Martii de tota Juriſperitia optimè meritus ſcripſit doctiſſimè

Allegationes in utroque Jure.

Ejuſdem meminere *Syllabi J. C. de Coll.*

violenta morte oppetiit die 9. Februarii 1517., ut flevit Bordigallus in Epitaphiis.

Quem genuit Picenarda domus Leo clauditur Urna
Doctor, Eques clarus nobilis iſte fuit
Orator patriæ Viduas protexit: egenis
Auxilium pręſtans religioſus homo.
Improba mors rapuit violento vulnere, Virtus
Fama ſuæ remanent, nomen ubiq; bonum
Mille, & quingentis decies ſex fluxerat annos
Nona dies Februi. Dic miſerere mei.

De altero Leone Picenardo legebatur inſcriptio in Templo Divi Auguſtini Cremonæ, quam refert *Breſſianus in inſcript. MS.*

Eod. Anno.

SAmuel Cremonenſis Can. Lat. correxit Auguſtini de Novis Ticinenſis Concanonici

Hiſtoriam Quadripartitam rerum geſtarum ab origine Mundi, ſex thomis comprehenſam, quæ ſervatur Papiæ MS. in Bibliotheca S. Petri in Cœlo aureo libris quinquaginta ſex digeſta.

de Samuele, & Hiſtoria in actis Capituli Generalis, ut refert, *Abbas Roſinus in Lyceo Lateranenſi*, loquens de Auguſtino, legitur, *Committitur Domno Samueli Cremonenſi, ut diligenter videat, & corrigat Librum Hiſtoriarum D. Auguſtini Papienſis, & remittat eos ſic expurgatos in Capitulo Generali, R. D. PP. Definitoribus, & prælo mandentur.*

Eod. Anno.

ANndreas Guarna cognomento etiam Salernitanus Bartholomei F. acris ingenii Vir ex gente Nobili, cultu Sacerdos, litteriſq; humanioribus, & præcipuo ditatus eloquio, præter alia ejus doctrinæ monimenta, quæ ad eruendum deliteſcunt, edidit Cremonæ anno 1511. vividum, lepidum, ac eruditum Opuſculum, cujus prototypon inſcripſit Paulo Cæſio J. U. C. Romano (exindè à Leone X. S. R. E. Card.) per Franciſcum Ricardum de Luere Calcographum, cui titulus.

Gram-

Grammaticæ Opus, novum mira quadam arte, & compendioſa excuſſum, ſcilicet, ut ab eodem explicatur, Grammaticale Bellum Nominis, & Verbi Regum, de principalitate orationis inter ſe contendentium. Pluries formis traditum habetur, & nempè Venetiis anno ſalutis 1537. per Petrum Nicolinum de Sabio Opera Melchioris Seſſæ in 8. annexo Alberti Accariſii Centenſis libello, nuncupato *la Grammatica volgare*, ædito anno ſubſequenti 1538. Prodiit ibidem 1550. in 4. typis Vincentii Valgriſii, & 1565. apud Rampazettum 1581. penes Franciſcum Zilettum; inibi Author perperam vocatur Patritius Salernitanus, Lugduni 1577. & anteà 1548. in 8. apud Theobaldum Paganum, & eodem anno Vvitembergæ apud Clementem Schleic, & 1580. per Antonium Schoy, Baſileæ eodem pariter anno per Robertum Vvinter, & apud Jacobum Parcum, Lugduni iterum penes Trellon 1581. & alibi, ac nuperrimè Amſtelodami; legitur, & inſertum in Amphiteatro Sapientiæ Socraticæ Jocoſeriæ Dornacii anno 1672., & 73. Ab enuntiato opuſculo noſter Author homo emunctæ naris arguitur optimè de regulis grammaticalibus inſtructus, cum eaſdem apprimè doceat ſub Belli figura. Quippè Provinciam Grammaticæ deſcribere aggreditur ejuſq; Regulas, ſcilicet Verborum, *Amo*, & Nominum Poeta, narrat proindè Belli occaſionem, & Regulorum jura, Conſilia de Bello ſuſcipiendo, *Amo* apparatus, & Caſtra, Poeta Exercitus, utriuſq; Epiſtolas ad Participium, ut ſibi ſuis legionibus adiungatur, Participii calliditatem, & commeatum, ac ſuppetias ad utriuſq; Acies. Arguit Catholicon de ignorantia, dicit Priſcianum captum, ac vulneratum. Jacobum Philippum Bergomatem relegatum. Exprimit hinc indè damna Præliantium, Deſertorum ſupplitia, Nuntios ad Regulum *Amo*, prò pace componenda, ac pacis Arbitros leges indicantes, ſcilicet clariſſimos Viros Thomam Phedrum Volateranum, Petrum Marſum Divi Laurentii in Damaſo Canonicum, Raphaelem Lippum Oratorem Florentinum, quos laudat cum Alexandro Zambeccario Patritio Bononienſi, & alia pleraq; ſalaci ingenio, & dulci lepore referta. Operis ideam Andreas noſter quadantenus à Luciano deſumpſit ex codice de Judicio Vocalium, ſeù de Sigma, & Tau, qui Cælio Calcagnino interprete anno 1539. prodiit Baſileæ typis Michaelis Iſing.

Ad laudem Auctoris, Gaſparis Aviati, ac Hieronymi Fonduli Cremonenſium hæc Carmina poſt opellæ abſolutionem leguntur.

* * *
* *
*

GAS-

GASPARIS AVIATI CREMONENSIS.

Carmen ad Lectorem.

Lector candide quid legis Thyeſten?
Sævas Colchidas? auribus placebunt
Quę doctus cecinit magis Salernus
Andreas, dubios movet tumultus
Verbì, & Nominis hinc, & hinc furentum.
Hunc Lector lege, fabulæ faceſſant.
Hìc prompti Ciceronis eſt facultas.
Hìc ſunt ridiculi ſales, jociq;
Quid ſtas? hunc rigidi legunt Catones.

HIERONYMI FONDULI CREMONENSIS

Exaſticon ad Lectorem.

Nominis, & Verbi lector ſtipe ſumito bellum
Quò pax nulla quidem dulcior eſſe poteſt,
Bella recognoſces, quorum ſine partibus, hoc eſt
Eloquio, omnis homo cæderet uſq; feris.
Hic jocus Andreę defluxit ab ore Salerni.
Fluxerunt lepidi cum gravitate ſales.

Ejuſdem Tetraſtichon.

Ranarum, & murum tàm belle haud ponit Homeras
Bella, giganteas non ità Naſo manus.
Andreas quanta cum majeſtate Salernus
Ingenii Bellum Grammaticale canit.

Scripſit, & aliud Opuſculum *Simia* nuncupatum, me latet atqui ad hanc diem illius archetypus.

Memoratur Andreas à *Conrado Geſnero in Bibliotheca Inſtituta*, ex quà deſumpſit æquivocum *Nicolaus Toppius in Bibliotheca Neapolitana*, ſicuti ex memoratis typis Ziletti apponendo Andream Guarnam à Salerno abſq; ulla mentione propriæ Cremonenſis Patriæ, quin imò unicum Opuſculum Gramaticale in duo diſcrevit.

Ab Alexandro Lamo in ſomniis cant. 3. *pag. mihi* 73.

A Thoma Garzonio in Platea Univerſali diſc. 4.

Ab Abbate Secundo Lancellotto in Libro de ingeniis noſtrorum temporum inſcripto Hoggidì P. 2. *cap.* 9.

A Joſepho Breſſiano in Corona Vir. Illuſt. Cremonenſium lib. 1. *part.* 3.

Ab eruditiſſimo Viro *Joanne Cinello* inſigni Medico, & Patritio Florentino in ſua *Bibliotheca Volan. pluteo primo pag.* 14., & ab aliis.

Ex

Ex Bibliotheca Exotica pag. 177. videtur hoc opuſculum gallicà verſione traductum hoc tit. *Andr. Guarna Guerre Grammaticale des Deux Roys le Nom, & le Verb, combatans pour la principant de l'Oraiſon, traduit de Latin à Lyon Mich. Jove, & ab aliis in* 16.

Ejuſdem Andreæ nomen exornat lapidem ad Divi Dominici in Sacello S. Petri Martyris, ut ſequitur.

Ad Æternam Dei gloriam Sacellum hoc à Bartholomeo Guarna Salerno juſſu Jacomatii Patris vita functi anno 1452. *conſtructum, & Divo Petro Martyri cum Ara dicatum, conſtitutamq; dotem ob Miſſæ quotidianæ celebrationem ab ejus filiis Andrea, qui ſub Julio II. Pont. Max. Bellum Grammaticale, & Simiam luſit Ludovico Peditum, Equitumq; Ductore Jacomatio, Benedicto, & Thoma Cremonenſibus Patritiis, & reſſolutam ab Leone, & Andrea Peditum Ductoribus, cæteriſq; ejuſdem Bartholomei Nepotibus ſaxo hoc memoriæ ergo Salerni, nunc ſuperſtites Poſteris teſtatum eſſe voluere Anno ſalutis* MDLXXXVI.

Ità calamo bellicoſus Andreas à Martia majorum propenſione non deſcivit, quos inter præclariſſimi, qui Salernam Gentem Cremonæ fundarunt, Jacobus ſcilicet, qui, & Jacomatius nuncupatus eſt, & Mazeus de Guarna ex Salerno Campaniæ Urbe, unde cognomen traxerunt, cum aliis profecti ad Franciſci Sfortię ſtipendia, ſub quo cum ſtrenui Militum Ductores emerſiſſent Civitatis noſtræ jure donati ſunt, quià, & ipſe Jacobus optimè de nova Patria, meritus eſt, tunc quando in Generum Sfortiam Philippus Maria Vicecomes ejus Socer armatus Cremonam invaſit; tùm ubi eandem adverſus Venetos validiſſimè oppugnantes propugnavit, copiis Præfectus à Blanca Maria Sfortiæ Conjuge, quæ & ipſa, ultrà ſexum generoſi animi fervorem oſtendens cum Jacomatio prodiit armata, & quem primum Marci, Marci nomen iterata, & clara voce, militari ſymbolo jactantem audiit, haſta ori infixa proſtravit, inſigniſq; Victoriæ Cremonenſibus ſuis in Cauſa fuit, ut notant *Campus, & Cavitellus* Hiſtorici Patriæ ad annum 1448. Floruerunt quoquè ex hac gente in Civitate Salerni Romualdus Guarna Patre Petro quond. Romualdi Comitis, qui dictus eſt Craſſus, ſummo loco natus Vir doctus, & prudentia clarus ad Archiepiſcopatũ aſcenſus ann. 1153. *Ughellus in Ital. Sacra. Tom. VII.*

Romualdi Gentilis Fabritius Guarna J. U. D. non ignobilis, quintus, & quadrageſimus Marſicenſis Epiſcopus factus eſt 7. Novembris 1485. obiit 1494. id. J. VII.

Præcitati opuſculi archetypus Cremonæ excuſus anno 1511. cum fuiſſet mihi dono miſſus, ſubannexis aſſociatum carminibus ab

Erudi-

Eruditiſſimo J. C. Amico meo Lazaro Auguſtino Cotta de Ameno Novarienſi, ut iterùm excuderetur typis Fratrum de Zannis Cremonæ, curavit Don. Deſiderius Frater meus amantiſſimus Mon. Hieronymianus, nonnullis ſiquidem ex ſuperiorum cauſa mutilatis.

Ad Franciſcum Ariſium J. U. C. & in Patriæ Foro Cauſarum Colleg. Patronum.

Cum Grammaticale Bellum ANDREÆ GUARNÆ Salernitani Cremonenſis dono mitteret.

ELEGIA.

Pugnaces abige, Ariſi mi chare, Clientes
Ejice rixantes, parce aliquando foro.
Et rabidis rabulis ſuccedant plectra, meloſq;
Mulceat, & curas Calliopeja tuas.
Sic ego dum ferior, conor revocare Thaliam,
Quæ feſſas aures leniat arte meas.
Aſt ea, quæ ſtrepitu me torquent, triſtia fata
Muſarum ad ſtrepitum, memet adeſſe jubent:
Civiles pugnas, quas pandit Guarna Salernus
Andreas, dedit hunc alma Cremona Virum.
Excurro: ac credas, nequeo cohibere cachinos,
Dum Verbum, & Nomen regia ſceptra petunt.
Lallius Hetruſco, prompſit, qui carmine clades
Muſcarum, credas nil niſi leve refert:
O mirum! hìc bacchatur Amo, *furit, æſtuat ira:*
O mirum! Miles fitq; Poeta *ferox.*
Horreat hinc riſus, verum hinc ſubrideat horror
Enſe jocante truci, digladiante joco.
Sed mulctatur Amo, *ſed mulctaturq;* Poeta,
Pacta Poeta *cupit, fœdera jungit* Amo.
Ut tantum Bellum noſcas, noſcaſue Salernum
Otia jucundus faxit Apollo, precor.
Gloria Libetridum Ariſi cultiſſime, *ſalve,*
Muſa recede: ſat eſt; turba moleſta redit.

MDXII.

ANtonius Maria Fodrius Benedicti F. Jureconſultus, hoc anno Patriæ Collegio datus die 12. Octobris, Vir exquiſita doctrina politiſſimus, Caroli V. Rom. Imp. adeò notus, ut ab eodem non ſemel ad Italiæ Magnates ablegatus fuerit. Mediolani tandem dignitatibus, & præmiis ut emineret, Præſes Magiſtratus Reg. Ordinariorum Redituum renunciatur. Ejus ingenii immortalia pandidit monimenta.

De Scriptura privata lib. 2. ſimile proſequutus eſt opus Nicolaus de Paſſeribus Genua Patavinus in ſuo ampliſſimo tractatu de Scriptura Privata, & de Verbis enunciativis impr. Venetiis 1615., & Francofurti 1585.

De pactis juratis lib. 2.

De Legitimationibus lib. 1.

In præſigni Divi Petri Cremonæ Templo habetur.

D. O. M.

Sepul. Magnif. Equitis Benedicti Fodri, ac Illuſtris Antonii Mariæ ejus filii J. U. D. Reg. Ducal Reddit. Præſes, & Hæred. reſtaur. fieri Vol. MDLXXVII.

Ità *Syllab. J. C. Coll., & Breſſianus in Coll. & V. R. Jo Lud. Ariſius in ſuis Carmin. MS.* penès me, laudat.

ANT. MARIAM FODRIUM, & præcipuè.

Antoni Sapientiæ profundæ
Vir, ſpes egregia, & domus, & alti
Fulgor ſanguinis, excipe hoc puſillum
Noſtri pignus amoris &c.

Hiſce temporibus floruit Nicolaus Antonii Mariæ frater J. C. de Coll. & Judex ad ſignum Equi in Civit. Mediolani.

MDXIII.

Nicolaus Aſius Philoſophus, Aſtronomus, nec non Jatrologus doctiſſimus, cui Muſarum cultura haud defuit, poſt ſe reliquit

De vera, & perfecta Philoſophia lib. 3.

De gratia, & Nobilitate Naturæ humanæ.

De exemplis illuſtrium Virorum Italiæ.

Contrà curatores præſtigioſos Morborum lib. 2.

Carminibus inſuper elucubravit

Martyrium S. Ciriæ Virg. Cremonenſis.

In Ædibus Divi Matthęi tumulatur hac Epigraphe.

Stirpe Aſia genitus nomen Nicolaus, in Orbe
Phyſicus eſt, Patria pulchra Cremona manet.

Quę ſcripſit contrà Curatores prę̨ſtigioſos. oh utinam noſtris oculis contractari poſſent. ibi enim legeremus nugas confutatas tùm Paraceleſi *in lib. de occult. Philoſophia de cœleſti Medicina &c.* tùm Trithemii Necromanticam Steganographiam, tum Cornelii Agrippę figmenta in ejus libro pariter *de occulta Philoſoph.* inſcripto tùm demùm, ut cæteros ſimilium Hypermargos ſcriptitatores omittam, *Petri Pomponatii Mantuani* Magi Neſarii, qui in Academiis Italiæ publicè contrà immortalitatem animę diſputavit, & libros edidit de incantatione, in quibus de Verborum Magico-

rum,

rum, imaginum, characterum, & imaginationis occulta poteſtate impiè ſatis diſcurrit. Sunt itaque tales ſuperſtitioſę materiæ, ut ſcribit *Gedelmannus de Mag.*, *Veneſ.*, *& Lamiis lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 31. tàm in curatione magica, quàm ſuperſtitioſa tantùm, ſacramenta Diaboli, in quibus Diabolus non ipſas res, aut eorum qualitates, vireſq; ſpectat, ſed id tantùm agit, ut per eas animos, & mentes hominum perſtringat, illaqueet, & decipiat, quaſi aliter ipſe aut nocere, aut juvare non poſſet, niſi per ejuſmodi ſuperſtitioſas res, & obſervationes.

Eod. Anno.

FRanciſcus Bellintendus Pontificii, & Cæſarei Juris Peritus, Eccleſiæ SS. Egidii, & Homoboni Prępoſitus, pergrandi Volumine compoſuit

De Reſignatione Beneficiorum,

ut teſtatur *Breſſianus in hiſt. Eccleſ. MS.*

De hac materia poſt Bellintendum tractarunt latè Eminentiſs. de Luca in ſuis operibus legalibus toti Orbi notis. Paulus Rubeus in Controverſ. Forenſibus, Sabellus in ſumma Tractatuum tom. 4. Card. Tuſchus in ſuis Concluſ. litt. R. & alii.

Eod. Anno.

THomas Oprandus ex ordine B. V. M. Servorum nuncupato, pietate, & doctrina ſingulari coruſcans, cęleſti calamo digeſſit vernaculo idiomate

Paradiſo Terreſtre di Contemplationi, e Meditationi.

Item latinè *De Eleemoſyna facienda Pauperibus Jeſu Chriſti lib.* 2.

De Laudib. B. V. Mariæ lib. 1.

Id. Author ubi ſuprà, & in V. R.

Eod. Anno.

BErnardinus Alierus Poeta clariſſimus, & multæ lectionis Vir, inter ejus opera latina enumerantur

Phœbi, & Daphnidis Amores,

Phlegreorum Gigantum lapſus.

Italicè verò liquit Poemata inſcripta. *Il Pianto d'Orfeo.*

La Trasformazione di Giove in Toro.

Ad cœleſtia etiam ſuam plumam evexit, & facundo ſtylo occinuit:

Martyrium S. Stephani Protomartyris.

Franciſcus Breſſianus in Coll. Notar. eumdem comendat.

Eod. Anno.

THeodorus Gaviſius, cujus virtutum nulla nobis ſupereſt memoria, quàm ſequens inſcriptio ejus tumulo ſuperpoſita in peryſtilio Cœnobii S. Dominici Cremonę.

Theodoro Gaviſio Muſarum Alumno Pientiſſimi Hæredes Teſtamento ſuo Poſ. Anno MDXV. VI. *Martii.*

MDXIV.

JOannes Jacobus Crottus ex Juriſperitorum Collegio, in eod. admiſſus die 18. Octobris 1514. eloquentiſſimus Orator, in Ticinenſi Prætura ſuccidaneus Judex. extant ex ſuis operibus

Flebilis quindecim Jureconſultorum Cremonenſium Deploratio: qua lacbrymoſa Urbis Cremonæ Strages inſeritur. Ticini apud Jacob. de Burgofranco 1511. *die* 7. *Auguſti.*

Oratio, qua deflet Nicolaum Lucarum Oratorem facundiſſimum. Ibid. apud eumd. 1518. in cujus initio leguntur carmina Franciſci Mariani Cremon. Phyſici, ac Med. & in fine Franciſci Superchii Cremon. Presbyt. jam per extenſum in primo Volum. relatum ubi de Nicolao Lucaro.

Oratio in frequentiſſimo Cremonenſium Judicum Senatu babita, qua die Franciſcus Sfondratus utroque in Jure celeberrimus, in Collegium aſcitus eſt.

Amicitiam maximoperè excoluit cum Joanne Franciſco Quintiano Stoa Poeta laureato, & Oratore facundiſſimo, qui Stoa cum Crotto dicaverit nonnulla ejus Carmina quibus tit. In laud. R. P. Franciſci Columbani Min. Ordinis Primarii ſylva &c. ſuum Eurgalum appellat. Hujus Joannis Franciſci Quintiani à Quintiano oppido Brixienſi nuncupato, vidi ejus laureę Poeticæ diploma, cujus archetypum penès Joannem Gandinum ejuſd. Oppid. Med. Phyſicum præſtantiſſimum proſtat

Eumd. laudant. *Daniel Cajetanus in Carm. MS.*

Fabull. in Oration.

Breſſian. in Coll.

Syllab. J. C.

Dum eſſet Ædilis Eccleſiæ Majoris in arcu poſtremo marmorei peryſtilii ante ejuſdem frontiſpicium leguntur.

Jo: Jacobus Crottus J. C. Lud. Maneſta,
Alphonſus Botta Præſid. MDXXV.

Oratio, in qua deflet jacturam quindecim Jureconſultorum de Coll à Crotto compoſita fuit, dum anno 1505. inaudita peſtilentia Cremonam afflixit, & Summates illos Patriæ, totiuſq; Inſubriæ Doctores enecuit, cujus perrarum exemplar unà cum Epiſtola nuncupatoria in calce hìc ſubnectere, ut tanti Viri nominis auctoritas gliſcat, ac illorum Juriſperitorum nomina exſuſcitentur, operæ pretium ſit.

Jo: Jacobus Crottus Cremonenſis legum auditor conſumatiſſimo Jureconſultorum Cremonenſium Senatui. S. P. B.

„ SApientum omnium auctoritas P. C. rectè monet, neminem
„ onus ſuprà vires aggredi debere: nec ſarcinam humeris ſuis
„ imparem ſubire. Miſerum enim eſt pondus ſuſcipere, quod
„ infirmitas propria recuſet. Homo ſuam nimis imbecillitatem
„ fatigans, in ipſo conatu obruitur, aut in medio curſu deficit.

„ Me-

Mediocria ingenia materias mediocres digerunt: ſublimiores affectantia more Icareo corruunt. Quæ omnia mecum volutans grandem libelli noſtri faraginem expaveſco. Præſtantiſſimos quindecim Patres vita functos luget, & calamitoſam totius Patriæ fortunam percurrit. Provincia conſumato Oratori non puerili facundiæ injungenda. Quomodò tantis virtutibus noſtra tenuis oratio ſuffeciſſet, quæ collegarum veſtrorum uni par eſſe non potuiſſet. Undè altiùs, quàm par eſt, evolavimus, proprias tranſgreſſi vires ſumus, in Mare Icareum decidimus, fatemur audatiam, dignoſcimus errorem. Quaſi pœnitet feciſſe. Unum doleo impudentiam hujuſmodi caſu non confundi, aut temeritatem his confinibus minimè contineri. Ad divinam tanti Ordinis Majeſtatem progreditur. Catoniana, & rigoroſa oculorum veſtrorum judicia ſubire properat. Quem univerſa conventum Italia ſuſcipit, ipſa parùm formidari videt, tantam veſtra facilitas, manſuetudo, benignitas audatiam ſuggerit, nec minorem ejus ergà legalem Senatum amor, fides, obſervantia animum præſtitit. Metimini P.C. Officioſæ voluntatis copiam magis, quàm inculti ſermonis inopiam voluiſſem, ea dicendi gravitas, nitor, elegantia nobis affuiſſet. Quam ipſa rei magnitudo expetebat, quum infantia, & ruditas noſtra votum conſumare nequierit venia ætati nondum quatuor luſtris deductæ indulgeant, & in arduo negotio voluiſſe ſat decorum, magnificum, glorioſum exiſtimetur. Valete terreſtria humanæ ſapientiæ oracula. Ex Ædibus noſtris nonis Martias. M D VI.

Flebilis quindecim Jureconſultorum Cremonenſium Deploratio: qua lachrymoſa Urbis Cremonæ ſtrages inſeritur per Jo: Jacobum Crottum legum Auditorem edita.

THeophraſtum Philoſophum Peripateticorum eloquentiſſimum Patres deſolatiſſimi morientem rerum naturam incuſaſſe ferunt. Quod quædam animantia muta longioris vitæ uſu donaſſet. Homini autem mentis vir natura ſanciori dotato tàm anguſtos vivendi limites circumſcripſiſſet. Hanc ego præſtantiſſimi Oratoris vocem hodierna die uſurpans, & frequentibus humanam imbecillitatem ſingultibus deflere, & vehementi in naturam ipſam impetu ſurgere compellor. Quæ patriam noſtram tanto ſplendore orbavit, tot ornamentis glorioſiſſimis ſpoliavit, ac omni diſciplinarum ingenuarum felicitate denudavit ob divinas, & immortales quindecim Patrum Eminentiſſimorum virtutes parvo temporis curriculo interceptas. Quas quidem ſupremas delitias non iniuria legalis Senatus deſiderat, boni omnes ſuſpirant, patria viduata collachrymatur. Tota ſordida, ſquallens, pullata; Vultus enim populi ſui in humum dejectos concerno, Facies Civium mœrore pallentes occurrunt lugubris ubiq; habitus conſpicitur. Hìc barbam prolixam, & incultam nutrit,

nutrit, hic crines pulverulentos veterum more oſtentat. Gemitus quolibet vico exauditur, omni planctus domo perſonat, univerſa Civitas triſtitia, querimoniis, luctu perficit. Heù publicam jacturam! Heù patriam exinanitam: tuam cladem, diſpendium, pernitiem, quò magis mecum tacitè cogito, eò profundiori crudeliſſimi vulneris aculeo transfixum in me ſentio. Lamentor, doleo, crucior, & laxis uti officioſum decet filium habentis affli-ctor Jam animus mærore tabeſcit, jam mens conſternata eſt, cor anhelitu continuo defatigatur, lugere tecum pauliſper dilectiſſima parens cogor. Intollerabilem pectoris noſtri amaritudinem expulſurus venio. Excipe materna fronte clamores, lamenta, ejulatus meos. Excipe miti funebrem parentalem mæſtam orationem judicio; ipſa enim conditoris, & lachrymoſi, & imperiti vix pubeſcentis ſibi conſcia graviſſimam tuarum aurium eruditarum cenſuram exhorreſcit. Tamen audebit juvenilis temeraria, & imprudens oratio maternæ pietatis, & indulgentiæ non ignara. Cives ſuos, quàm optimè de tui ſplendoris gloria meritos complorabit, miſerandam tuorum viſcerum ſtragem poſteritati noſtræ ennarrabit. Soleo nonunquam, Viri Cremonenſes, animo vehementiùs excrutiari, dum naturæ ſagacitatem circà rerum procreationem contemplor. Quod hominem præſtanti rationis munere exornatum, cunctis præſtare animalibus juſſerit. Tamen ilium cum iiſdem pari ſorte, & extinxerit, & perdiderit. Nam ſi omnia jumenta deficiant, interituique obnoxia ſint, jure optimo declinationem patiuntur. Cum ex materia penitùs corruptibili, terrenaq; conſiſtant. Illud verò Trinitatis incomprehenſæ ſimulacrum, cœleſtem, ſempiternamq; ſortitum fuit animam, nihilq; illo opificio tota Mundi machina mirabiliùs proditum eſt. Idcircò obſtupeſcendum eſt corporis ſui harmoniam diſſolvi poſſe partem immortalem, angelicam, incorruptibilem à mortali humana corruptibili ſuperari. Quem humanæ conditionis ſtatum animo revolvens, ad tales non ſine ingenti lachrymarum fonte querelas ſæpiùs prorumpor. Quid natura parens corpora noſtra cum feris, ac belvis communia effingis? Quid cornices, corvos ſolùm, phænicem, cervos viventium theſauro præſers? Quid variis brutorum vita munimentis protegitur? Homo denudatus, & inermis fortunæ ludibrio exponitur. Cur tempeſtivas fidelis male auſpicantes animantium uni lachrymas largiris? Cæteris non vagitum, non perturbationem, non ploratum dediſti? Cur reliqua omnia protinus edita geſtiunt? aeris intemperiem ſufferunt? Nutrimenta ſua ſpontè, & viribus propriis capiunt? Nos ex utero Matris projecti, nec corpuſculum loco movemus, nec lactis alimentum niſi oblatum appetimus, nec cœli iniuriam ſuſtinere poſſumus. Nimium fragile, caducum, fluxibile, lubricum corpus nobis commodaſti. Quod, & lutum, & cœnum, & vas elementis

„ quatuor

„ quatuor mutuò diſſidentibus contextum eſſe. Calor humori
„ adverſatur, humor calori repugnat, levia ſurſum, gravia deor-
„ ſum reverti laborant. Simili conflictu ſplendidum naturæ fabri-
„ catricis opus citiùs labefactatur. Præterea fames, frigus, labor
„ diminuunt. Sitis, æſtus, ægritudo conterunt. Ambitio torquet;
„ Avaritia corrodit, Libido cruciat, Invidentia vulnerat, Spes
„ allicit, Timor percutit, Lætitia exhilarat, Fletus nubilat, Riſus
„ ſolvit, Mœror conficit, Iracundia exagitat, Labor fatigat, Vi-
„ giliæ extenuant, Crapula inficit, Inertia conſumit, Faſtidia
„ affligant. Modò ætas, ferrum, natura evertunt, Modo tellus,
„ venena, mare obruunt. Nunc hoſtes, Siccarii, Latrones inte-
„ rimunt. Sæpè laquei, incendia, languores finiunt. Mille caſus,
„ diſcrimina, mortes eripiunt. Interdum cauſa inanis, ludibrioſa,
„ levis, concidere facit. Audio Sophoclem, Dyoniſium, Philo-
„ menem gaudio, riſuq; conſumptos. Feruntur Periander Corin-
„ thius, & Menippus Cynicus tantum animi triſtitia emortui.
„ Multum Lutio Firitio, ſitim Thaleti Mileſio, lethum dediſſe
„ comperio. Libido ſola Cornelium Gallum, Nicodemum At-
„ talanum, Titum Ethereum extinguere potuit. Glaucus mel
„ comedens, Appius ovum ſorbens ſublati peribentur. O inanem
„ hujus ergaſtuli compaginem, ò labilem unius hominis vitam!
„ Conſidero attonitus dies illius, & ſomno, & umbræ, & fumo
„ ſimillimos. Ingemiſco jucundam corporis, animæq; ſocietatem
„ modico afflatu deſtrui. Lugeo diverſorium peregrinandi, &
„ hoſpitandi, non ſiſtendi, aut commorandi datum. Suſpiro exi-
„ guam, & nimis circumfuſam in tanta lucis cupiditate vitam
„ oſtendi. Conqueror unum citato gradu crebrò anhelitu, cele-
„ ritate non prævíſa finem aſſequi. Fateor hominem tranſeuntem
„ Viatorem mortis mancipium, parvi temporis incolam; Agno-
„ ſco vitam ejus creſcentem decreſcere, paulatim deradi, quoti-
„ diè mori. Reminiſcor ipſum tantò tempore, ac labore ad con-
„ ſumationem deduci, & unico ictu occidi. Contremiſco nemi-
„ nem tot millium ſub hoc lunari globo degentium uni ætati
„ ſupervicturum. Lamentor immenſum noſtrarum miſeriarum
„ cumulum. Defleo nos tàm variis cruciatibus expoſitos, tàm
„ infinitis caſibus objectos. Doleo univerſam hominis vitam
„ laborioſam, nec ſudoris, aut laborum metam offendi. Ocurrunt
„ Mundi Gemitus, Lachrymæ, Singultus, Calamitates, Ejulatus,
„ Lamentationes, Suſpiria, Fletus, Solicitudines, Faſtidia, Mo-
„ leſtiæ, Dolores, Morbi, Tædia, Sudores, Senectus, Ægritu-
„ dines, Odia, Fallaciæ, Fraudes, Periuria, Seditiones, Inimi-
„ citiæ, Bella, Captivitates, Tumultus, Diſcordiæ, Factiones,
„ Inſidiæ, Proditiones, Mendacia, Ambitiones, Vanitates, La-
„ trocinia, Cupiditates, Rapinæ, Spolia, Sacrilegia, Fornicatio-
„ nes, Stupra, Inceſtus, Flagitia, Cædes, Homicidia, Libidines,
„ Adulteria, Immunditiæ, Crudelitates, Ruinæ, Fames, Predæ,

Obſi-

„ Obſidiones, Incendia, Peſtes, Invidiæ, Servitutes, Anguſtiæ,
„ Rerum varietates nimium ætate noſtra evidentes, Pericula,
„ Caſus, Naufragia humanæ neceſſitati imminentia; Quibus cir-
„ cumſpicio jugum grave continua ſerie ſuper Filios Adam à pri-
„ ma nativitatis hora in diem ſepulturæ impoſitum. Quarè exe-
„ cranda eſt creaturæ rationalis conditio, quæ lex hominibus in
„ terra ſpirantibus, ac ſerpentibus, & fragilior, & miſerior, &
„ brevior naſcitur. Quid jactat miſer homo cæteris ſe præſtare
„ animantibus, ſi cum ignobiliori æqua conditione interimatur?
„ Quid ſibi blanditur nihil naturam ſua formatione excellentius
„ conſtituiſſe? ſi tàm grande parentis naturæ miraculum proprio
„ defraudetur fine. Quid proficit ſe unum rerum cauſas habere?
„ ac diſciplinis erudiri? quum medio curſu corruat, & immatura
„ morte mulctetur, & brutorum more deſtruatur. Utinam ſal-
„ tem, Viros doctrinarum ſplendore, & gloria præcellentes natura
„ reſpexiſſes! Quos reliquum humanum genus præſtantes cum
„ inerti vulgo extingui magno opere dolendum eſt. Quales fuere
„ quindecim noſtræ tempeſtatis Jureconſulti omni philoſophan-
„ tium academia celebriores; tùm anno revoluto, tùm in ſequenti
„ fatorum invidia ſubrepti. Quibus tantum decus, doctrina,
„ fulgor, ſapientia emicuit, quantum priſcis illis tantoperè erudi-
„ tis floruiſſe præſtat. Nihil ætas hæc pulchrius, generoſius, ex-
„ cellentius, neq; hac præclara Patritiorum veſtrorum corona
„ perfectiùs tulit. Soli ea virtutum gratia polluere, quà celebrem
„ omnium gentium memoriam facilè ſuperarunt. Tot maximas,
„ incredibileſq; virtutes amiſſas ne dum Cremonenſis populus
„ luget, verùm etiam univerſa propè ITALIA commiſeratur.
„ quis in tanta rei acerbitate à gemitu temperet? Quis hujuſmodi
„ theſauros profluentibus lachrymis deperditos non ſuſpiret? Fer-
„ reus, Saxeus, Lapideus, Adamantinus, ſi hæc calamitas tua
„ viſcera non movebit, & communis ſortem patriæ non deplora-
„ bis, quæ tonante undique, ac fulminante fortuna crudelitèr
„ dilaceratur. Utinam ſi malè optare licèt aut numquam natus,
„ aut in hæc tempora non incidiſſem, tot patrias delitias brevi
„ mortis incendio depredata penès, quam ſi virtutum ratio vige-
„ ret, ſine controverſia, & mitis, & exorabilis ergà Semideos no-
„ ſtros extitiſſet. Quemadmodum felicitas omnium virtutum
„ ſuprà homines in eis eminentium merebatur. Hæc ſinguli
„ ſingulas, & peculiares laudes aſſecuti, immò quiſq; eorum omnes
„ penè ſapientiæ gradus miro modo complexi ſunt. Poſſem
„ quædam indicia, & quaſi præconiorum ſuorum capita percur-
„ rere, non ſingulares, & egregias tantorum Virorum laudes com-
„ memorare, quæ inexitiabiles, imẽſæ, innumerabiles, ac ſuprà
„ humanam credulitatem evaſere. Cogitanti autem mihi illa-
„ rum multitudinem, agminatim, catervatim undique ſeſe
„ offerunt. Quam aggrediar? Quam aſſumam? Undè priùs ordiar?

Pru-

Prudentia omnium virtutum princeps primum obtineat locum, quæ ità miranda in eis eluxit, ut neque in Neſtore Pylio, neq; Uliſſe Ithacenſi, neque in Alcibiade Attico præſentior fuerit. Multa fortiter egerunt, multa conſtantèr paſſi ſunt, varias hominum mentes, & Urbium mores tractarunt, quibus omnem humanæ vitæ conditionem percalluerant. Non juſtitia in Minoe, aut Solone, aut Lycurgo firma, & tenacior viſa eſt? Potius Solem à præſcripta Zodiaci meta divertiſſes, quàm ſplendeſcentem Patrum noſtrorum integritatem vel gratia, vel largitione violaſſes. Earum fortitudo mentium, & invicta conſtantis animi magnitudo Diogenem, Anaxagoram, Zenonem referebat, nec ſecunda, ridenſq; hos Viros extulit, nec calamitoſa, & novercans fortuna oppreſſit, eadem frons, idem vultus quoſcumq; fortunæ flatus excepit. Tot Curios, tot Catones, tot Fabritios occidiſſe dixerit, qui temperantia admirari voluerit. Auro fulgebant, opibus affluebant, tamen parvo contenti frugaliter vivebant. Omitto probitatem, mores, comitatem, manſuetudinem. Prætereo modeſtiam, affabilitatem, benignitatem, lenitatem, Miſſum facio Dei obſervantiam, egentium commiſerationem, religionis cultum. Quanta prætereà eorum in patriam charitas, Quanta in omnes bonos officia, Qualia in amicos merita. Quis oppreſſus fruſtrà ab eis auxilium imploravit? Quæ phana gratuitam illorum operam deſiderarunt? Quos Dei Servos, Viduas, impuberes patrocinio tutati non ſunt? Anchora, Portus, Umbra, Propugnaculum, Quies, Solamen, Aura, Refugium, Spes, Incolumitas, Salus omnium dici poterant. Quindecim Scevolæ Romani exorti videbantur omnium jureconſultorum conſultiſſimi, quos turma periclitantium petentes reſponſa delphicis certiora referebat. ubi fides purior, conſilium ſalubrius? Veritas ſincerior enituit? ubi innocentia candidior? Diligentia exactior? gratia venuſtior apparuit? Eminentia eorum ingeniorum unicuique exploratiſſima ſilentio involuetur. varia doctrinarum magnitudo, nec meam, nec cuiſpiam commendationem expectat, eloquentia eorum incredibilis, ac penè divina fuit, cui multoties corona oratorum omnis non invita herbam dedit, nulli arguendo, differendo, diluendo acutiores viſi, nulli conſulendo, reſpondendo, judicando graviores habiti in omni, & virtutis ſapientiæ numero abſolutiſſimi fuere. Quicquid humana capere natura poteſt, nequaquam id ulla ſui parte illis defuit. Non cordatiores illos ſeptem Græciæ Sapientes, Non prudentiores Areopagitas fuiſſe contenderim. Solertiſſimum noſtris temporibus Romanæ Rotæ æquilibrium tales juſtitiæ Sacerdotes exoptat, ſimiles Ferrarienſis cathedra inquirit. Peruſynum gymnaſium non offendit, Senenſis ſchola non aluit. Hos Ticinenſis Academia ſuſpexit, Patavinum Emporium decantavit, Athenæ Bononienſes obſtupuere, tantorum

„ Patrum ſplendore Cremona Civitatum Italicarum gloriam non
„ adæquabas, tum excellebas, æterna ſerie felix futura, niſi illud
„ imanè, inauditumq; latentis peſtilentiæ diluvium ſuperveniſſet,
„ tuum fulgorem, felicitatem, coruſcationem obnubilaturum.
„ Recenſe bone ſine lachrymis immortalia illa duo veſtræ urbis
„ monumenta, & clariſſima noſtrorum temporum lumina, *Fede-*
„ *ricum Corradum*, & *Nicolinum Lugarum*, viros philoſophia cæ-
„ ſarea eminentiſſimos, ac univerſa ITALIA perſpicuos. Quan-
„ tum me movet *Franciſci Raymondi* Equitis borioſiſſimi memo-
„ ria; non minori Stephanum gentilem ejus deſiderio virum
„ facundiſſimum defleo. Quid *Joannem Foliatam* nitidiſſimum,
„ & gentis ſuæ & communis patriæ decus. Quid *Troylum Buclari-*
„ *num* non parvum hujus ærumnoſæ ſtragis exemplum. Vix tran-
„ ſactis tuorum ſtudiorum ſcopulis, *Baptiſta Sfondrate* ad con-
„ cupitum patriæ littus applicueras, Ecce immenſa exoritur tem-
„ peſtas, tuos ſudores, vigilias, labores unico momento ablatura.
„ An commemorem *Chriſtophorum Aymum* Virum in cenſura
„ legali præſtantem divina quadam ingenii felicitate condeco-
„ ratum. Non abſque gemitu meminiſſe poſſum *Paganini Ugo-*
„ *lani* inter optimos juris moderatores ſedem non poſtremam
„ ſibi vindicantis. Heù flebilis tot illuſtrium Virorum memoria
„ tranſverſum rapit. Heù mens tanto horrore, ſimul ac mœrore
„ turbata deficit. Quis non attonitus ſimilem patriæ ſuæ colla-
„ bentis ruinam commemoret? Quem talis, & tantus, & repen-
„ tinus mortalitatis terror non concuteret. Hinc ſingultus, hinc
„ lachrymæ, hinc gemitus, hinc ſuſpiria erumpunt. O mortem
„ imitem, ò mortem ferream, ò mortem inexorabilem. Num tanta
„ ſtrage falx tua ſat cruentata? rabies lenita? Dextera fatigata?
„ Tandem deſinat gladius tuus acutus, nec ulteriùs in ſangui-
„ nem graſſetur noſtrum: cohibe furorem, extingue flammas,
„ depone fulmina: Manſuetior, mitior, clementior ſuper noſtros
„ juris profeſſores perſpice. Noli tantum ſacrarum legum noſtræ
„ Civitatis, doctrinarum omnium decus perditum ire. Cur
„ avertis faciem impia? Cur minaci nos vultu contueris? Cur ità
„ unam in tantis totiùs ITALIÆ flagitiis Cremonam proſternis.
„ An omnium bipedum ſceleſtiſſimi ſumus? plectimur ceù tellus
„ non pejores educet homines, cur univerſo mortalium genere
„ deliquimus, & ſoli ſine exemplo atrociter flagellamur, diſcerpi-
„ mur, dilaniamur. En *Antonium Buclarinum* proſtratum opti-
„ mum Senatorem, optimum Oratorem, optimum Jureconſul-
„ tum. Non diſſimili trahitur fato *Valerius Schitius* circumſpecta
„ virtute, mirabilique eloquentia inſignitus. Hei mihi *Raynaldum*
„ *Perſicum* jacentem video, Comitem generoſum, Equitem bul-
„ latum, Doctorem innocentiſſimum. Reſpice *Baptiſtam Muſſium*,
„ ſummæ amplitudinis Virum, nec non Equeſtri dignitate exor-
„ natum. Sed quò te *Sigiſmonde Burgie* Miles glorioſiſſime pia-

culo

„ culo ſileam? tibi uni Sophia cæſarea, & pontificalis enituit, elo-
„ quentia vires ſuas commiſit, hiſtoria contexenda cælitus immiſſa
„ fuit, tuæ virtutis radio non mediocrem Civitati Cremonenſium
„ gloriam adieciſti? Veniam tandem ad illud mirabile Civitatis
„ noſtræ jubar *Franciſcum Brumanum* Equitem ornatiſſimum,
„ quem veluti alterum Aquilium, Scevolam Papinianum Jure-
„ conſultorum ſui ævi famam ſupergreſſum omnis fatetur ITA-
„ LIA. O memorabilem cenſuræ legalis jacturam, ò crudelem
„ bonarum artium caſum, ò inauditum patriæ noſtræ fatum.
„ Quando Cremona talem, tàm glorioſam, tàm divinam inge-
„ niorum ideam ſortietur. Quando abſolutiſſimas tantorum
„ patrum virtutes ætas vel præſens, vel futura contemplabitur.
„ Similes, ſimiles perpetuo imploraturi magis ſumus, quam cœ-
„ lorum indulgentia tempore ullo exoraturi. Optarem fabuloſum
„ Pythagoræ Samii dogma verum eſſe. Quò rurſus tot radiantiſ-
„ ſima juſtitiæ, & æquitatis ſydera mundo reluceſcerent, & tantum
„ patriæ luctum in lætitiam, & gaudium transferrent. Ah præſens
„ naufragium Cremona irreparabile eſt. Ah vulnus tuum nimis
„ mortiferum, & profundum eſt. Quale oratione, & verbis com-
„ plecti, aut adæquare impoſſibile eſt. Strages tua facundiam
„ ſuperant noſtram eam cogitatione mente animo concipio, non
„ arundine non lingua effingere, aut explicare queo. Sequar
„ Timantem Cinthium pictorem eximium, qui in violenta Iphi-
„ geniæ immolatione quum prunum cocentem artificio triſtitiam
„ exprimere non poſſet, ſingulis affectu ſuo conſiderandum dim-
„ miſit, velavit Agamemnonis vultum, quem dignis oſtendere
„ affectibus nequierat, quum omnem mœroris imaginem conſum-
„ pſiſſet. Tantum audi quæſo Leonem Cæſarem ſua ſancione
„ atteſtantem Jureconſultos æque ſuis diſciplinis humano generi
„ conſulere, ac ſi dextera, vulneribus, ſanguine, & liberos, & pa-
„ triam, & parentes ſalvarent. Nec minus linguam, induſtriam,
„ vocem togati militis, quàm clypeos, thoracas, gladios armati
„ gentibus neceſſariam differit. Quippè Jure conſulti rebus, ſeù
„ publicis, ſeù privatis ſalubritèr proſpiciunt, ſpem laborantium
„ mira dexteritate erigunt, nutantia reorum capita contuentur.
„ Ad hæc oracula Viduæ infelices confugiunt, miſeri Impuberes
„ ſe voluunt, Clientes inopes devolant. Iſti propinquis patrocinia
„ ſuppetunt, amicis opem ferunt, tenujores contrà potentum
„ injurias contegunt. Advocati controverſias omnes reſecant,
„ diſceptantes æqua lance componunt, conciliatos ſinu pacis deti-
„ nent, uni honores obeunt, legationes aſſumunt, civitatis pon-
„ dera ſuſcipiunt, uni mores conſervant, inſtituta tuentur, Reſ-
„ publicas moderantur, uni neglecta propria utilitate publicum
„ patriæ uſum procurant. Vix reſpirare ne dicam ſuis rebus non
„ ſupereſſe poſſunt. Semper Domus eorum frequenti Togato-
„ rum conventu referta eſt, egreſſi longo Clientum agmine

„ deducuntur, in foro reſidentes circunſtans turba conſulit, apud „ Prætores, Magiſtratus, Principes cauſas perorant, & lingua „ ad perſuadendum accomodata juſtitiæ trutinam ſuſtinent. Nihil „ excogitabis in omni Republica, hoc uno hominum genere, „ vel ad Urbis Majeſtatem illuſtrius, vel communem uſum ſalu„ brius. Non ab re divinus Plato Jureconſultos Medicis, & Mi„ noem Galeno in hominum commodo, ac neceſſitate prætulit. „ Tolle Jureperitos è Mundo, ſolem ſuſtuliſſe videberis. Concor„ dia extrà orbis terminos exulabit, non juſtitia gentes reget „ humanas, quum æqui, & iniqui notitiam uni profiteantur legum „ Sapientes, qui Deo concitati æquitatem univerſo terrarum „ Orbi pandunt, ac divino leges calore agitati interpretantur. „ Non ſine ſpiritu optimus Jureconſultus cæleſti eſt. Non ſine „ divino inſtinctu bene conſulit. Non ſine ſuperno afflatu rectè „ judicat. Lycurgus penès Spartiatas legum lator clariſſimo eſſe „ documento poteſt, quem olim Phæbeum ingredientem tem„ plum Pythica vox Deum nuncupavit. Sic Philoſophia legalis „ cœleſtis eſt, ſic Jureconſulti divini magiſq; humani, ſic tot Deos, „ non homines patria infelix amiſiſti. Tanto novercantis fortu„ næ naufragio exclamare libet: concurrite, concurrite Viri Cre„ monenſes mœnia, celebritas, amplitudo, decus, honor, aucto„ ritas, faſtigium, laus, fama, dignitas, ſplendor, majeſtas, gloria, „ nomen, lumen, ſydera Urbis veſtræ pænitùs extincta ſunt. Vis „ enim peſtifera Cives noſtros domeſtica incolentes domicilia „ interemit. Accurrite non præſtantiorum funera Virorum, & „ interitus viſuri: accurrite nunquam flebiliores cadentis patriæ „ fortunam deploraturi. Hanc immortalem, publicam, commu„ nem jacturam, altera ſeptuaginta patritiorum nominis celeber„ rimi Decurionum, & Reipublicæ Cremon. Moderatorum „ exagerat. Qui præſenti tempeſtate non mediocri Civitatis „ incommodo ſublati ſunt. Dicendum foret de miſerabili reli„ quorum Civium ſtrage nimium recordatione ſua horribili quo „ luctuoſo Comitatu Equites, Præſules, Comites infiniti dinu„ merantur. Quantum nobilitatis fulgorem mors improba extin„ xit. Quantum juventutis noſtræ decus ſublatum. Quale ma„ turioris ætatis gravitatem perdidimus. Taceo matronas excel„ lentes, ſileo Sacerdotes eruditiſſimos. Non refero Viros omni„ faria ſcientia conſumatos. Occurrunt maxima duo noſtræ Ur„ bis lumina, Bartholomeus Hermenzonius Romana, Græca„ nicaq; litteratura inſignis, ac inter Nobiles ſui ſæculi rethores „ non obſcurus: nec non Petrus Somentius unica ingeniorum „ noſtro tempore concertantium phænix, in quo præter multipli„ cem eruditionem, judicium cenſura litteraria propè ſingulare „ eluxit. Offeruntur cætera ſævientis naturæ vulnera: cothurnum „ hiſtoricum, & uberiorem ſtilum exigentia. Non prætermit„ tam miſerabilem illam, ac pœnitus inauditam annonæ frumen-

tariæ

„ tariæ caritatem, univerſo terrarum Orbi communem, quam
„ vehementi Cremona hac infelici tempeſtate ſic laboravit, ut
„ complures fame, & inedia perierint, ac multi ſolis vitam oleri-
„ bus protraxerint, quæ frugum penuria non modicum ſuperiori
„ incendio fomentum dediſſe exiſtimata eſt. Tantam rerum dif-
„ ficultatem, & mortalitatis fragorem, annus poſt chriſtianam
„ Incarnationem milleſimus quingenteſimus quintus inflixit.
„ quo cum ſi non nihil pietatis, clementiæ, manſuetudinis ex-
„ perti fuerimus: ecce præſens anni ſexti revolutio illius reliquias
„ crudelitèr devoravit, & quicquid procelloſo illi rerum turbini
„ ſuperfuerat, violenti gladio inſecutus eſt. Omnem ætatem inter-
„ cæpit: omnem ſexum enecavit, omnem ferè ordinem corripuit.
„ Innumerabiles, & patritiorum Civium, & plebeorum ædes om-
„ ni incola viduavit, Patres cum filiis, Viros cum Uxoribus, fra-
„ tres cum fratribus eàdem hora ſepelivit. Horreſco referens: &
„ lachrymæ per ora exuberantes decidunt. Reminiſcor illius
„ anguſtię: calamitatis, miſerię quò toto pene biennali ſpatio jactati
„ fuimus. Crediderim hæc tempora lugubria ſiniſtro quodam
„ ſydere deducta. Incognitum enim ſivè puſtullarum, ſivè vario-
„ larum, ſivè morbilorum virus per varias Heſperiæ Civitates ex-
„ citarunt, ac horrendam mortalium ſtragem ediderunt. Tamen
„ inaniori, truculentiori, efferatiori univerſum Cremonenſem
„ agrum horrore afflixere, diruere, concuſſere, Numerum defun-
„ ctorum plus admirationis, quam fidei apud minores perſecutu-
„ rum patefaciamne? ſine controverſia viginti millia noſtratium
„ illo brevi ſpatio vere deſiderata ſunt. Num ſimile naufragium
„ ſuperiori ętate viſum? aut ullis priſcorum monumentis traditum?
„ Reperies peſte ſæpius orbem terrarum contabuiſſe, gentes,
„ nationes, populos, urbes proſtraviſſe. Tot autem noſtrorum
„ hominum millia ea latens morbi contagio non peſtis ulla con-
„ ſumpſit licet peſtilentiæ immaginem numeroſus elatorum aſpe-
„ ctus nobis repræſentaret. Major periclitantium pars inſanivit.
„ Furore recedente vita ſimul receſſit. Ardor ægritudinis brevi,
„ aut languentes læto dedit, aut incolumitati (quod raro con-
„ tingit) priſtinæ reddidit. Formidoloſus valetudini ſuæ diligen-
„ tibus remediis ſtuduit, Animoſus ſydera pernitioſa, & nobis
„ inimica non obſervavit, tamen uterque fati neceſſitatem ſubivit.
„ Quidam morientes viſere trepidarunt, & concitatiori eos gradu
„ ſecuti ſunt. Nonnulli deſperantium ſalutem fovere, & conſola-
„ tionis officio recrearunt, tamen morbi immanitate ſublati non
„ ſunt. Ità quid conſilii tantò rerum terrore capiendum foret
„ nulli ſatis occurrebat. Inter cætera miſerabile extitit phyſica-
„ lem artem laborantium ſpei nihil prodeſſe. Medici accerſiti,
„ neque ex venarum motu, neque urinarum aſpectu reconditæ
„ ægritudinis vim conjectabant. Conſulti mirum in modum
„ obſtupeſcebant, interrogati humores contrahebant, ac fronte

caperata

„ caperata per ædes, Vicos, Urbem incaſſum diſcurrebant. Non „ Eſculapius, non Machaon, non Podalirius hæc vulnera cæleſti „ numine immiſſa curare potuiſſent. Non ipſe medicinæ inventor „ Phæbus quicquam opis adhibuiſſet. Nec poſteritas felix noſtrum „ tantarum ærumnarum teſtimonium fabulis anilibus conſociabis. „ Has enim miſerias, & patefacto lumine vidimus, & proprio „ experti periculo ſumus. Nos quoque tanti vulneris ultores „ maximus ille turbo involuiſſet, ni deſperata ſalute glorioſiſſimæ „ Virgini, cæleſtique Curiæ commendatus evaſiſſem. Habeo „ ſummas, immortaleſque Chriſto Redemptori gratias, qui prò „ ſua ineffabili clementia nos priſtinæ ſaluti reſtituerit, quo erra„ torum veniam meorum perfectiori corde deprecari queam. Uti„ nam patriam communem potiùs aſpexiſſet, & conditionem „ alumni inutilis ſaltem cum glorioſiſſima illorum patrum præ„ ſtantiſſimorum vita commutaſſet, quorum lugubris mors, & „ patriam univerſam, & nos præſentes, & venturos ipſos æterna „ tenebrarum caligine obduxit. Sic luge, ſic luge Cremona „ parens tantorum lumine orbata. Lugete Jureconſulti Collega„ rum veſtrorum memoriam, Deflete Concives tot ſydera urbis „ extincta omnis, Ingemiſcant pupilli, Lamententur Viduæ, „ Doleant oppreſſi, Univerſa Circunſtantium corona mæreat „ omnis eruditorum Academia lachrymetur. Indicatur Juſti„ tium, Deſerantur officinæ, Gymnaſia derelinquantur, Quiſq; „ privatis actionibus ommiſſis publicum naufragium atteſtetur. „ Æternam jacturam, æternus dolor, ſempiternam calamitatem, „ ſempiternus mæror. Immortales ærumnas, luctus immortalis, „ & infinitus proſequatur.

MDXIV.

Auguſtinus Somentius, Virtute, & titulis clariſſimus, ſupremus à Secretis Maximiliani Sfortiæ Angli cognominati Mediol. Ducis, nec non ex Senatoribus brevis Togæ, Miles, & Eques Auratus à Maximil. Cæſare, nec non ejus Secretarius intimus declaratur, cujus meritorum cauſa Hieronymum Patrem, Carolum, Paulum, & Antonium ejus Fratres conſtituit Comites Palatinos cum authoritate creandi Tabelliones, ſeù Judices ordinarios, legitimandi Spurios, Duos Monetarios eligendi in Officina Numaria Mediolani; creandi tres Milites auratæ Militiæ ſingulo anno, & totidem Doctores (utor verbis ipſius privilegii) anni 1501. ejuſdem Imperatoris, cujus exemplar à me viſum in Archivio Civit. ſervatur.

Somentium celebrant. *Cavitell. in Annal.* 1529.
Campus hiſt. lib. 3. *ad annum* 1530. & ubi de Corona ejus filia
Daniel Cajetanus latè *in Carmin. MS.*
Julius Tarteſius de Nobilit. pag. 83.

In

In Eccleſia Servorum B. V. Mediolani in Via Portæ Renziæ, nuncupatæ ſepelitur cum hoc Epitaphio.

Auguſtinus, Hier. F. Somentius Divi Maximiliani Cæſ. Imper. Conſiliarius, & prò eo ad Pontifices, varioſq; Reges Legatus Maxim: Sf. Ducis à Secretis Supremus Franc. II. Sf. Ducis Invictiſſimi Senator omnibus gratus, beneficus amabilis ſeptuagenarius omni bonorum curſu integerr. exacta ætate feliciſs. in cœlis beatus ſempiternam ſui reliquit mem.m
Paul., & Hier. Fr. & Fil. Somentii Poſuere.

Egregie laudatur à *Comite Franciſco Perſico* in Hiſt. MS. libro ultimo apud me exiſtenti.

Eod. Anno.

JOſeph Maria Brumanus Franciſci J.C. Clariſs. Filius Coll. J.C. aſcitus, exindè Patriæ Decurio in Litteris nemini ſecundus, de quo ſcribit *Cavitell. in Annal. pag. mihi* 384 *Joſeph fuit mirabilis, & verſatilis ingenii, & perſpicacis, & profundæ memoriæ pluſquam humanæ, & obiit anno* 1539. *ejus Pater verò* 1512.

In Funere Com. Gentilis Turriani Veron. extat Epigr. noſtri Joſeph. pag. 85. impreſs. in Pompis Exequialib. quas edidit *Celius Maphiolus Salodien: Veronæ apud Barth. Merlum.*

Fuit ex Fabricæ Cathedralis Eccleſiæ Præfectis cum ibi ejus Nomen legatur in embolis marmoreis inſcultum ante Plateam Majorem.

Alex. Lamus in Somnio cant. 2.
Breſſianus in Coll. &
Hieronymus Perbonus in Epiſt. lib. 3. *pag.* 5.
Syllabus J. C. de Coll.
Daniel Cajetanus in ſuis Carminibus MS. de eo plura, & inter cætera profit hæc repetere, cum pro nobis apprimè faciant.

INterpres Sacer es, Brumane, legum
Cenſor maximus es, Brumane, Vatum
Orator fluis attico lepore,
Græcas etiam benè litteraſq; calles,
Ut non ſit facilè, hoc Brumane de te
Sic diſcernere, Græcus an Salictus,
Miratur Colophon, parcens Homeri
Quod te protulerit parem Cremona
Nam tu Carmina græca provocatus
Si quando canis excitas Homerum,
Jàm nonampliùs eſt opus Magiſtro
Cajetanus erat tibi Magiſter
Cajetano ades, ipſe nunc Magiſter,
Tu ſtas diſcipulus ſuper Magiſtrum,
Naturæ uſq; adeò eſt tuæ, Vigoris
Vis tanta Ingenium tuumq; tantum eſt
Ut non ſufficiant tibi Magiſtri.

Hoc

Hoc anno P. Sylveſter de Prierio Ord. Præd. Theologus celeberrimus Cœnobio Divi Dominici Cremonæ præfuit idemq; multis decoravit ornamentis.

Egregie hiſce verbis laudatur à *Gaudentio Merula in Bello Eraſmicano. Aderant in Philaretis Aula Joſephus Brumanus, & Aſcanius Botta pro Cremonenſibus publicæ legationis munere fungentes, homines non ſolum Coloniæ, ex qua erant, ſed etiam regionis illius, & vicinitatis virtute, exiſtimatione, nobilitate facile Principes.*

MDXIV.

PHilippus à Vitelliana Cremonenſis Diœceſis Abbas Generalis Congregationis Olivetanæ quinquageſimus ſeptimus edidit

Conſtitutiones prò Monachis, quas MS. penès *Secundum Lancellotum Peruſinum* ſervabantur, ut ipſe teſtatus eſt in ſua *Hiſtor. Olivetana lib. pr. anno* 1514. Ejus ſunt Verba. *Cum publico, eoque extraordinario conſenſu Generalatum aſſequitur F. Philippus Vitellianenſis Vir magna integritate, omnigena virtute, ore venerabili, ingenio eodem amabili, eodemq; formidabili, ubere quidem, non tamen nimium exquiſito ſermone, quippè qui bonis litteris non mediocriter inſtitutus, & artibus, ac diſciplinis omni ætate deditiſſimus. A Muneribus uſq; adeò abhorruit, ut vel tenuiſſima quæque conſtantiſſimè rejecerit; quod & ſermonibus, & litteris, & præcipuè operibus ſuadere conatus eſt ſuis Viſitatoribus, cum illa ſæpius inculcaret, Principes tui Socii furum, omnes diligunt munera. Illicò Monachis nonnulla præſcripſit, quæ ego habeo manuſcripta accipiuntur, approbantur. Jubentur in primis crepidas, non Soccos induere. In Cœnobiis obeundis multum deſudavit nullo commodo exterritus, & Imperium Venetum, quod illa tempeſtate in armis erat, nullo periculo impeditur, quò minus totum inviſat.*

MDXV.

MArcus Antonius Aymus J. U. D. in Coll. DD. Judicum hoc anno receptus. Præclarus in omnibus, & peculiari quadam eloquentia in orando dotatus, ut cunctorum animos circumſtantium raperet; plures edidit in Jure

Conſultationes.

Laudatur à *Daniele Cajetano in Carminibus* ubi

Ayme tuas laudes ſincero ab amore profectas
Admitto, nimius dummodo non ſit amor &c.
Antiquas faſces, generoſaq; ſtemmata gentis
Ayme tuæ Inſignes Marte, Togaq; Viros
Imbellis Muſæ non hæc provincia noſtræ,
Dicere nec vires id potuere meæ.
Difficile at quanto magis eſt de te dicere Marce
Antoni, & laudes commemorare tuas &c.

Suum

Suum nomen, & legitur in Epitaphio ubi de Melchiore Aymo ab eodem Gajetano tractatur.

Breſſianus in Coll.

Syllabus J. C. de Coll.

Lancinus Curtius lib. 8. Epigr. 14. de eod. malè quidem à Typographo Acmus vocatus

E lepore Acme lepos, quod carmine naſcitur, urges,
Me, tanquam ingenii fons tuus ad me abeat.

Memoratur, & alter Petrus Antonius Acmus *Decad. 2. Epigr.*

Eod. Anno.

LOmbardinus Burgus Oprandi F., & celeberrimi Andreæ Frater in Utroq; Jure apprimè peritus, Ludovico Sfortiæ Med. Duci chariſſimus, Prothonotarius ex Numero Participantium ab Julio II. declaratus, aliiſq; titulis refertus, ad cujus monumentum in ſplendidiſſimis Ædibus S. Petri de Pado Cremonæ reperitur hoc epitaphium notis aureis juxtà Aram D. Andreæ Apoſt. dicatam

Lombardino Burgo Opr. F. J. C. Prothon. Apoſt. Daniel,
& Andreas P. Ob: MDXXV. *Jul. ann.* L.

Eod. Anno.

ALexander Beſatia ſplendidus Miles, atq; non vulgaris Muſarum Cultor vocatur, & magnæ auctoritatis Vir in Privilegio Civilitatis conceſſo per Præſides ad regimen Cremonæ Leonardo de Bonſignoribus, & Leonardo de Roſellis die 6. Maii 1515. ut ex *Lib. Regeſt. ſignat. CC. fol.* 82.

MDXVI.

THomas Binda philologia, ac poeſi haud incelebris in Patria humaniorum literarum profeſſor, vulgavit carminib.

De Bello Gallorum Regis contrà Franciſcum Sfortiam Mediol. Ducem.

Epiſtolarum Familiarium lib. 1.

De componendis Epiſtolis brevi methodo Tractatus.

Breſſianus in V. R.

Eod. Anno.

COſmas Cazanigus moribus, & virtute ſpectatiſſimus, Pontificia, ac Cæſarea Laurea decoratus Romæ diù verſatus eſt, & præſertim ſub Pont. Max. Julio II. à quo Muniis eccleſiaſticis decoratus ad Patriam rediit inter Cathedralis Canonicos aſcitus. Die 11. Maii obiit hoc anno ſepultus in Templo Divi Auguſtini. Celebratur à *Bordigallo* in epitaphiis inter inſignes ſui temporis Doctores, nec non à *Breſſiano in Corona Vir. Illuſtr. lib.* 1. *p.* 3.

Hac ætate memorantur etiam duo clariſſimi Viri ex hac familia à *Joanne Biſſo* Poeta Egregio Mediolanenſi in ſuis Poematiis editis anno 1512. leguntur ſanè in ipſis Epigramata ſic inſcripta. R.do in Chriſto Patri D.D. Martino Cazanigo Prothonotario Apoſtolico, ac Ill.ri D. Bernardino Cazanigo Equiti Hieroſolimitano ejus Fratri.

Paucos ante annos inter Monachos S. Hieronymi Congr. Inſubriæ enituit Abbas Generalis, Sanctitate vitæ florentiſſimus Conſtantius Cazaniga Patriæ noſtræ Ornamentum, cujus meminiſſe gloriatur *Jo: Petrus de Creſcentiis in ſuo Preſidio Romano lib.* 1. referens ejus obitum anno 1475. ſecutum feria quinta in Paraſceve, quinimò ejus depictam imaginem, cujus caput meniſcis præcingitur, venerari in Eccleſia S. Sabini Placentiæ.

MDXVII.

PHilippus Manna Ord. Præd. S. Dominici omnium diſciplinarum literato genere clarus, Muſis gratus in Carminibus effundendis Mirificus ſuavitate, & lepore. Compoſuit

Diverſorum Carminum Codicem eruditum

Orationes diverſas, aliaq; opera quæ in Biblioth. Conv. Ord. Præd. Cremonæ ſervantur de eod. memoriam habet *Vincentius Rivalius in Catalog. Illuſtr. Script. Prov. Lombardiæ MS.* quem refert *Rovetta in Bibliotb. Cronologica &c.*

Eod. Anno.

ANtonius Melius ex Ord. Eremitarum Auguſtin. Doctor Pariſienſis, ac Congregationis Inſubriæ Generalis Vic.s, Scriptor perquàm celebris ſcripſit italicè

Scala del Paradiſo &c. & latinè *Introductionem ad jus canonicam*, & alia, quæ Joſephus Pamphilus in Chronicis illius Ord. dicit extare typis edita, & Cremæ hoc anno obiiſſe confirmat.

Patria Cremonenſem hunc vocant *Lud. Cavitell. in Annal. annò* 1517. *& Joſeph Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr.* verùm in hoc amorem Patriæ magis, quàm veritatem ſectati ſunt, non quidem longè cum Meliorum familia Cremonæ ſit antiquiſſima.

Cremonenſem pariter notant *Antonius Poſſevinus in App. Sacro tom.* 1. *litt. A. Elſſius in Encom. Auguſt. de Herera in Illuſtr. Auguſt. Aubertus Miræus p.* 2. *Bibl. Eccleſ. cap.* 24. & alii; Attamen Cremenſem, non Cremonenſem volunt, & benè *P. Donatus Calvus in libro Mem. Hiſtoriche della Congregatione di Lombardia*, ubi de eo plura, & *P. Aloyſ. Torellus in Sæcul. Auguſtin. tom.8. ann.* 1516. *nu.* 13. quorum ſcripta, & nos approbamus.

MDXVIII.

AUguſtinus Lugarus Martini ſuperiùs laudati F. in Patriæ Juriſconſultorum Collegio hoc anno die 25. Octobris receptus eſt, non tàm legibus, quam poeticis eminens habitus fuit, quippè de eo cecinit Cajetanus in ſuis Carmin. MS.

Audi

AUdi Lugare quid velim, rotundo
Nunc de judicio tuo, profari
Legiſti mea carmina ad Piolam
Clarum Cæſareo nitore juris,
In quo ipſe, & paritèr vales, niteſq;
Dixiſti nimium hæc tibi placere,
Verum unum modo diſplicetur verbum
Ipſa à materia inſolens remotum,
Senſiſti benè, non nego imolando,
Ecce hic prò Improbus inſolens repono,
Senſiſſes meliùs, tamen benigne
Auguſte omnia noſtra corrigendo.
Breſſian., & Syllab. J. C. Coll.

Eod. Anno.

JOannes Cremonenſis, de quò Liber Aſtronomicus circumfertur inſcriptus (Theoricæ Planetarum Joannis Cremonenſis Venetiis 1518) cujus etiam meminit Jſrael Spacchius in Catalogo Scriptorum Philoſophicarum. Verum falsò adſcribitur Joanni cum opuſculum præcitatum ſit Gherardi non Joannis Cremonenſis, nam cum Theoricis Gherardi Bononiæ editis 1485. ad verbum convenire videntur cum illis vulgatis ſub nomine Joannis. Vide igitur ubi de Gherardo ad annum 1453. vol. 1. diſeruimus.

Eod. Anno.

THeophilus Veggius, ſeù de Vecchiis Canonicus Regularis Lateranenſis Theologus doctiſſimus, & Canonum Interpres celeberrimus utilitati publicæ ſtudens edidit

Breve Memoriale prò interrogationibus fiendis circà Pænitentes cum multis caſuum deciſionibus, & determinatione peccati mortalis, aut venialis ſuperaddito Tractatu de Cenſuris, & aliis perutilibus Quæſtionibus, & præcipuè de Excommunicatione, Suſpenſione, & Interdicto. Parmæ per Mag. Antonium de Viottis anno 1518. *die* 22. *Menſis Maii.*

Opus dicavit Jacobo Collæ Archipresbytero, ac Canonico Cathedralis Eccleſiæ Parmenſis ſui Amiciſſimo. Laudatur ab *Hilario Novarienſi ejus Concanonico Ep., quæ libro præmittitur* in cujus veſtibulo hæc etiam carmina leguntur.

Bartholomei Cremon. Can. Reg. Later. ad Lectorem.

DECASTICHON.

CAndide, quid tetrica ſubſannas fronte libellum
Lector? num mendax quid tibi lingua tulit?
Quin potius læto perluſtras ſingula vultu
Invenies oculis, quæ placitura tuis.

Sæpè tegit vilis pretioſa monilia tellus,
Aurumq; & gemmas poſſidet archa rudis
Canonis hic ſeriem poteris perquirere ſacri,
Solvere quis poſſit, quiſve ligare docet.
Quarè age, nec pigeat Sanctorum noſcere Patrum
Decreta, & mores: quis pia regna petes.

De eodem *Celſus de Roſinis in Lyceo Lateran. tom.* 2. ſcribit eumdem Veggium anno 1530. fuiſſe prædilectum Mattheo Boſio, ut liquet ex ejuſdem literis ibi recenſitis.

Alter Theophilus Cremon. ejuſdem Congregat. hiſce temporibus floruit, ut ſcribit idem *Roſinus* in adminiſtranda Rep. inter Patres primi conſeſſus enumeratus, qui anno vigeſimo quinto ab Vegii obitu Abbatiam Firmanam geſſit, deindè Beneventanam, & aliquando Romanus fuit ordinis Curator, & Abbas almæ Virginis de Pace.

Eod. Anno.

Hieronymus Trecchus Philoſophiæ, ac Sacræ Theolog. Doctor, Divæ Agathæ Mitratus Præpoſitus, & Prothonot. Apoſtolicus, qui quantæ virtutis fuerit, à Jo: Jacobo Grotto confirmatur in Epiſt. qua ejdem dicat Orationem in Funeribus Nicolai Lucari Oratoris facundiſſimi Papiæ excuſam anno 1518. ſic inter cætera ſcribendo. *Tuum eſt Hieronyme humaniſſime, grandia potius viri laudati merita conſiderare: qui vivus ſemper tuam profundam, & philoſophiam, & theologiam ità plenis labris decantavit, ut quaſi te unicò, & incomparabili alumno gloriaretur. reliquas verò tuas divinas virtutes nobis reticentibus Ædes Divæ Agathæ noſtra paſtoralis teſtatur, cujus reditu templum vetuſtis conferendum Erigitur: dignitas canonica propagatur: pauperes aluntur: Virgines collocantur &c. Huic tuæ munificentiæ, & largitati glorioſæ plenitudinem tuæ ſapientiæ Moralis hoc loco non ſubnectam &c. Vale rariſſimum militantis Eccleſiæ exemplar &c.*

Scripſit inter alia, Statuta Capituli Eccleſiæ Coll. S. Agathæ. Ante Aram Familiæ Trecchæ in Phano Divæ Agathæ hoc proſtat epitaphium.

Ludovico Trecchο Equ. Jacobi Equ. Senatoris, & Antoniæ Triultiæ Filio. Ant. J. C. & Hieronymus Prothonotarius, hujuſce Ædis Præp. Fratri. B. M. P.

Lud. Cavitell. Annal. Cremon. de eod. ſub anno 1509.
Antonius Campus hiſt. de eod. ſub anno 1581. *loquendo de Trecchis.*
Jo: Thomas Muſconius in Epigr. lib. pr. tria Epigramata eid. dedicat.
Bordigallus in Epitaphiis.
Joſeph Breſſianus in Corona &c. lib. pr. p. 3. plura, & præſertim de ejus vitæ probitate.

Hoc anno 1518. Cremonæ per Franciſcum Ricardum de Luere, excuſa fuere Carmina Raphaelis Placentini Juſtinei.

Joan-

Eod. Anno.

JOannes Maria Gabianus de cujus eximia doctrina, & probitate multa enarrantur in Epiſtola, quæ ſubtexitur mihi ab inſigni Amico meo Hieronymo Baruffaldo Ferrarienſi communicata.

Lucas Olchinenſis Canonicus

Joanni Mariæ de Gabianis

Cremonenſi S.

„ NAturæ quodam indiſſolubili nexu, adeò devincti ſumus,
„ docte Joannes Maria, ut vel eos, quos nunquam facie cogno-
„ verimus, ob eximias animi dotes, incredibili amore proſequa-
„ mur. Quo factum eſt, ut cum hiſce diebus, viginti Plauti
„ Comædias, latini delitias eloquii recognoverim, tu in primis
„ ex omnibus neceſſariis meis occurriſti, de cujus moribus, doctri-
„ na, probitate Andreas Cremonenſis mihi familiariſſimus, prę-
„ dicare non deſinit, cui omnes vigilias meas, quantulæcumq; ſint,
„ potiſſimum dicarem. Id enim negotii quanto mihi labori fuerit,
„ docte Joannes Maria, qui jam pluribus annis, præclariſſimorum
„ Virorum arcana noſti, in armariolo pectoris evolve. Certò
„ utique ſcio tibi exploratiſſimum eſſe quantum omnes ferè con-
„ ſumatiſſimi ætatis noſtræ homines in Plauto emendando inſu-
„ daverint, quibus jurgiis inter ſe contenderint, & adhuc ſub
„ Judice lis eſt, quiſnam eorum laudatiſſimam palmam conſecutus
„ ſit. Ego verò omnium infimus, eorum veſtigia ſectatus ex col-
„ latione omnium exemplarium, quæ invenire potui, pro captu
„ meo multa reſtitui, diſtinxi, adnotavi, ut ab omnibus bonarum
„ artium ſtudioſis, antiquiſſimus Auctor emendatiſſimus habere-
„ tur. Redegi autem de induſtria in idem corpus, præter tamen
„ omnium opinionem, Georgii Vallæ olim Præceptoris mei eru-
„ ditiſſima ſcripta, Bernardi Saraceni, & Pylladis Brixiani copioſa
„ Commentaria, Pii Bononienſis eminentes obſervationes; Ugo-
„ letti, Grappaldique Scholion, & Anſelmi Epiphillides, ut quo
„ quiſque armorum genere accinctus in aciem pugnaturus deſcen-
„ derit, facilè legentibus appareret. Nec tamen eo inficias, multa
„ in hoc Poemate ob venerandam vetuſtatem ſubobſcura, Delio
„ natatore indigere, quamplura deſiderari, nonnulla verò adulte-
„ rina, & ſubdititia prò ingenuis in Plautinam familiam eſſe rece-
„ pta, quæ nihilominus conſultò violare nolui, ne mihi ſtuden-
„ tium utilitati, ac commodo conſulenti vitio verteretur; ſed ut
„ unuſquiſq; quid de hoc aſſeverandum ſit prò libito ſententiam
„ ferret, inconcuſſa reliqui. Adieci inſuper multas in margine
„ annotationes, cùm ad grammaticalia, & involuta vocabula,
„ tùm etiam ad fabulas, & hiſtorias plurimum conducentes. Po-
„ ſtremò compendioſum Indicem commentatus ſum, quo quid-

quid

„ quid citatum fuit uno ictu oculi alphabeticè demonſtratur, &
„ alia multa elucubravi, quæ longum eſſet enumerare. Qua in
„ re nunc illud de Plauti Comædiis affirmare auſim, multo om-
„ nium eſſe locupletiſſimas, quàm quæ ad hunc uſque diem ex-
„ cuſæ circumferuntur, quod cuiquè cognitu facilimum erit, qui
„ hanc noſtram noviſſimam caſtigationem cum cœteris conferre
„ voluerit. Hæc igitur omnia qualia ſint, *Mi Joannes Maria*, in
„ tuo nomine edita tibi muneri mittimus, quià tibi propter inge-
„ nii perſpicaciam, manſuetudinem, eruditionem, eloquentiam,
„ rectequè vivendi normam, quibus te præditum eſſe audio, ſum
„ amiciſſimus. Nec enim me latet, qua honeſtiſſima proſapia
„ originem trahas, quaque nobiliſſima Cremonæ Civitate ortus,
„ educatuſq; ſis, quæ non ſolùm multoties prò bono, & æquo
„ conſervando horrendas protulit calamitates, verum quinque
„ ſtirpitus everſa eſt. Taceo infinitos Oratores, Poetas, Medi-
„ cos, Philoſophos, Aſtrologos, ac Juris Cæſarei Illuſtres Docto-
„ res, qui ex ipſa tanquàm ex Equo Trojano effluxere. Tu idcircò
„ *Joannes Maria* Plautum optimè caſtigatum, ut ſoles, omnes
„ Doctos, liberali animo amplectere, quandoq; etiam diligentiùs
„ lege, ac quoties ipſum in Bibliotheca tua videas, nominis noſtri
„ memor eris, nam faciei nequaquam poteris, cum nos à facie
„ hactenus non noris, quod aliquando futurum confidimus. Vale.
„ Extat in Prolegomenis Plauti Comæd. edit. Venetiis per Melchio-
„ rem Seſſam, & Petrum de Ravannis Socios Anno Dñi MDXVIII.
„ die 12. Auguſti &c.

MDXIX.

STephanus Serva Sacerdos ex Canonicis Regul. Lateranenſib. quem, ea, qua ſolet facundia Celſus Roſinus in Lyceo Lateranenſi p. 2. celebrat inter præcipuos ſuæ religionis Viros, & defenſores ſcribens. *Porrò inter hæc, & circà ea tempora inter præcipuos Operarios, qui à Lateranenſium annuis Synodis de proprio cætu conſcripti fuere ad eam Coloniam* (loquitur de Canonica Eugubina) *pro viribus provehendam, & illuſtrandam adq; majorem Dei in Divo Ubaldo gloriam prolatandam Stephanus Serva Cremonenſis extitit* (paulo poſt pergit) *Ibi totus ſe dedit laborioſo, jugi, maximeq; arduo exorcizandi energumenos exercitio &c.* & iterum pergit. *Ætas, Doctrina, Hilaritas, Solertia, Firmitas Virium, Sobrietas, Viſque compaſſiva, quam miſerationem dicunt, ac zelus animarum explicabantur unitæ in Viro: quin & parvorum menſium exercitatione aquiſita experientia ſuper Dæmonum artibus verſutia, fallacia, tecnis cum cæteris quoddamodo præambulum conſtituebant præceptorem &c.* ſcripſit egregiè italico, & latino ſermone

Vitam, Gratias, & Miracula Sanctiſs. P. Ubaldi Epiſcopi. Parmæ anno Domini 1519.

Utramq;

Utramque hanc editionem laudat *Michael Angelus Eugenius Eugubinus* in ea, quam & ipſe evulgavit *Romę anno* 1628.

Jo: Philippus Novarienſis in Chronico editionem hujus libri enarrat Parmæ pariter ſecutam anno 1523. per Franciſcum Ugolettum, quam dicavit Urbinatibus Duciſſis Eliſabethæ, & Eleonoræ ambabus de Gonzaghis.

Jo: Jacobus Offman in Lexic. univerſali hiſt. Geogr. Baſileę 1677. mentionem habet de Stephano Cremonenſi, qui ſcripſit Vitam S. Ubaldi, & Surium allegat die 16. Maii.

In Actis S. S. Bollandi tom. 7. *pag.* 782. noſtri Stephani liber memorat.

Idem Roſinus ibi memorat Marcum Cremonenſem ejuſdem ordinis inter Commilitones Hyppoliti Ferrarienſis in Erectione Cœnobii Eugubini anno 1512.

Eod. Anno.

ARchangelus Auguſtinianus in oppido Gallarati Ducatus Mediolanenſis natus, Civis verum Cremonenſis effectus, ut recenſet *P. Calvus in Mem. Hiſt. Congr. Inſubriæ* per hæc verba. *Declaramus, & pronunciamus V. P. in Chriſto Fr. Archangelum de Galarate eſſe, & in omnibus, & per omnia perpetuò haberi debere de Civitate Cremonę, ſicut etiam alias in Capitulo Vercellenſi extitit declaratum. Fuit vitę exemplaritate venerabilis, & in ſubſelliis tùm ſacris, tùm ſcolaſticis Inſignis. anno* 1496. *iter ad loca S. Hieruſalem ſuſcepit, poſtque reditum, & poſt multos honoris gradus obitos in Capitulo Caſalenſi Vicarius Generalis Congr. Inſubriæ deligitur, quo quidem anno cœleſte Regnum ingreditur.*

Angelica ejus ſcripta deſiderantur, qui plura cupit *Calvum* perlegat *libro citato ad ann.* 1519.

MDXX.

NIcolaus Amanius in Urbe Cremæ honeſtiſſimo loco natus ex ſpecialiſſimo privilegio, inferiori loco recenſendo, ſanè Civis Cremonenſis una cum ejus deſcendentibus in infinitum creatus; Legum impenſe Peritus literis ornatiſſimus, & qui anno 1523. Mediolanenſem rexit Præturam. De eo ſic loquitur *Alemanius Finus in Hiſtoria Cremę libr.* 8. *Andò al ſuo tempo* (& ſcilicet anno 1523) *Podeſtà à Milano Nicolò Amanio noſtro Cittadino Gentilhuomo di belle lettere, e non men atto à maneggiar le coſe de Principi, che agli ſtudj, e veramente tale, che meritò eſſer aſcritto dall' Arioſto nel bel numero degli Scrittori del ſuo tempo, nell'ultimo Canto del ſuo Furioſo, dov' egli dice* Stroph. 16.

Veggo Nicolò Tiepoli, e con eſſo
Nicolò Amanio, in me affiſſar le ciglia &c.

Floruit, & ex hac præclara familia anno circiter 1570. Joannes Paulus Epiſcopus Anglonenſis ſedens in Urbe Turſii ob illam Civitatem exciſam. Laudatur ab eodem Finio, occaſione, qua ipſi direxit opuſculum, Serianam primam inſcriptum, loquens de Fundatione, & initio Cremæ.

En

En Privilegium, ex quo Lector uberiorem Nicolai cognitionem petere poteris in regeſtis Arch. Civitatis D. D. fol. 44.

DEcuriones, & Adjuncti Civitatis Cremonæ: Si exempla majorũ noſtrorum in amplianda Civitatis noſtræ dignitate ſequi volumus, nihilo magis unquam alio, quam hoc tempore ſeſe nobis obtulit opportunitas; Cum enim illi ad id conferre maximè exiſtimaret, eam Civium novorum numero augere, & præſertim eorum, qui vel generis nobilitate, videlicet animi virtute, vel honoris præſtantia, vel aliquo in eam beneficio digni cenſerentur, quid à nobis nunc faciendum eſt? quibus non ſingulæ aliquæ res, quæ ad id animos noſtros impellere poſſunt, ſed planè omnes ſeſe ingerunt, & oſtentant, quod non minùs verè, quàm libenter atteſtari poſſumus, ob clariſſimum Virum D. Nicolaum Amanium. Is enim Juriſconſultus Cremenſis honeſtiſſimo loco natus, ſummo ingenio, ſumma virtute, ſingulari eloquentia præditus, ad hæc diverſis temporibus graves dignitates, & publica munera in hac Civitate adeptus, ubi ità ſe geſſit in omni rerum adminiſtratione, ut adhuc ſumma cum laude in ore omnium verſetur, deſiderio adipiſcendæ Civitatis noſtræ motus literas à Chriſtianiſſimo Rege nobis reddidit: quarum eſt exemplum: FRANCISCUS Dei Gratia Francorum Rex, ac Mediolani Dux &c. Dilectis, & fidelibus noſtris Præſidentibus, & Deputatis negotiis Civitatis noſtræ Cremonæ ſalutem: Attenta continentia his annexæ ſuplicationis Magiſtri Nicolai Amanii Doctoris. Per has noſtras concedimus, & poteſtatem vobis facimus, & impartimur, ut vos unà cum totidem adjunctis de conſilio iſtius Civitatis creare poſſitis ipſum Magiſtrum Nicolaum, & ejus Deſcendentes Civem, & Cives iſtius Civitatis, & eidem remittere, ſi vobis viſum fuerit, memoratam pecuniarum quantitatem, & onus fabricationis de qua in ſuplicatione. Quæ poſtquam facta fuerint, valeant, & teneant, ac ſi per univerſum, & generale iſtius Civitatis conſilium facta fuiſſent: ſervatis tamen in reliquis debitè ſervandis: Dat. Mediolani die 20. Auguſti 1520. Signat. Per Regem Ducem Mediolani ad relationem conſilii: Julius. In calce Ambr.s Flor.a cum ſigillo Regio in cera rubea more ſolito: Chriſtianiſſime Rex. Fideliſſimus Servitor M. V. Nicolaus Amanius Doctor, oriundus Cremæ, adeò delectatur converſatione Civium Civitatis veſtræ Cremonæ, ubi pluries publica munera geſsit, ut miro afficiatur deſiderio ſe cum poſteris ejuſdem Civem creari, ibidemq; reliquum vitæ ſuæ agere, ſed cum id Civilitatis privilegium, obſtantibus præfatæ Civitatis, & M. V. ordinibus in ipſum conferri nequeat, niſi per Conſilium generale præfatæ Civitatis, quod perdifficile congregari poſſet, & niſi ſolvat aureos quinquaginta præfatæ Communitati, fabricarique faciat in ipſa Civitate intrà annum domum valoris Florenorum centum,

centum, & demum niſi prævia auctoritate, & diſpenſatione M.V. Ideò eidem humiliter ſuplicat dignetur literis ſuis opportunam licentiam impartiri Præſidentibus negotiis præfatæ Civitatis per tempora, ac eos diſpenſare quod una cum totidem Adjunctis de prædicto conſilio juxtà ſolitum ipſum Nicolaum creare poſſint, & admittere in concivem ſuum, remiſſa ſi eis videbitur, eidem Sup.ti obligatione ſolvendi dictos aureos quinquaginta, ac onere ædificandi domum prædictam, quod licèt &c. tamen &c.

Itaquè nos à Majorum exemplis haud quaquam alieni, & eis ipſis, de quibus ſuprà, cauſis permoti, accedente conſenſu Clariſſimi Viri Senatoris Regii Domini Guidonis Matteroni Prætoris Cremonæ Eumdem ipſum D. Nicolaum Amanium, ejuſq; filios, ac Deſcendentes, & poſteros in infinitum juxtà literas Regias Civitate donamus, itaque in poſterum ipſe, ejuſque filii, Deſcendentes, poſterique tàm in emendo, vendendo, contrahendo, quoquomodo acquirendo, ſuccedendo, & in cæteris quibuſcunq; habeant eaſdemmet immunitates, privilegia, prærogativas, onera, & honores, quibus fruuntur cæteri Cives noſtri, tàm ex Jure, & conſuetudine, quàm ex lege municipali, aliterq; quomodocunq; atque obiter ei remittimus quinquaginta aureorum ſolutionem, & paritèr onus ædificandæ domus, ad quæ ille tenetur ex lege Municipali, hujuſque noſtræ Civilitatis formulam inter acta publica referri, noſtriq; Sigilli impreſsione muniri juſſimus. Dat. Cremonæ XVIII. Septembris MDXX.

Eod. Anno.

JOannes Jacobus Siſſa ex Canon. Regul. Later. hoc anno Præpoſitus Generalis, quem dignis laudibus effert *Jo. Philippus Novarienſis in Chronico Canon. Ordinis lib. 6. cap. 33. excuſo Cremonæ per Cæſarem de Ricardis* 1535. ſcribens inter cœtera. *Erat prætereà divinarum, humanarumq; literarum egregie doctus, & eam ob rem Doctorum Virorum amantiſſimus. Obiit Bononiæ declinante anno* 1524. *in Monaſterio S. Joannis in Monte quum eſſet ſecundò Generalis Rector Congregationis.*

Vide *Pennottū in Chronico Tripartito* pleno calamo pag. 638. 742. & 43.
Celſum Roſinum in Lyceo Lateranenſi inter Faſtus General.
Breſſianum in Corona lib. 1. *p.* 1.

Eod. Anno.

JOannes à Cremona appellatus ex Canonicis Reg. S. Servatoris Abbas Monaſterii S. Jo: Evangeliſtæ Ravennę hoc anno eligitur, quo in munere per decennium confirmatur. Erat hic virtute conſpicuus, ac excellenti ingenio, & præclara eruditione ornatus. An reliquerit ſuæ doctrinæ Poſteris monumenta incertum eſt.
In regeſtis ſuæ Congregationis.
Breſſianus in Coron. *Vir. Illuſtr. lib.* 1. *p.* 3. *pag.* 160.

Eod. Anno.

PEtrus Maria Dulcius lactei ſermonis Emanator dulciſſimus tum ſoluta, cum ligata oratione Epidauri Reipublicæ à ſecretis, italicè vulgavit

Della Prudenza del Principe.

Del Vero, e Perfetto Segretario.

Item carminibus Tragediam inſcriptam. *L.Oloferne.*

Breſſian. in V.R.

Severus Dulcius Petri Mariæ F. Inſignis Cauſidicus una cum Lelio Filio Muſarum Alumno memorantur ab *Alexandro Lamo in Somnio cant. 3.*

Eod. Anno.

JAcobus Redenaſcus, quem refert *Peregrinus Merula in Libro Sanctuarium Cremonæ*, inſcripto pag. 216. ſcripſiſſe

Hiſtoriam Cremonenſem.

Ejuſdemet meminit *Ant. Campus* in principio ſui libri Hiſtorici afferendo Redenaſchi opiniones circà Patriæ Originem.

A Ludovico Cavitello in Annal. ad annum 1311. nominatur alter Jacobus Redenaſcus ex primatibus Cremonenſibus de quo vide in Volum. I. Verùm de Jacobo relato à Merula, & Campo valde dubito, num fuerit in rerum natura, cum penès me ſit architypus libri hiſtorici MS. cujus in fronte quamvis legatur *Jacobi Redenaſchi*, eſt, & veritati ſit locus, Jacobi Gadii Cremonenſis, ut ſæpiſſimè ex eodem libro eruitur.

Eod. Anno.

JOannes de Romanis è Caſali Majori non tantum medicis artibus, in quibus optimè floruit, quàm in poeticis nemini ſecundus Romæ Phyſicam docuit, & edidit opuſculum medicum, cui titulum dedit

Somnium, &

Carminum liber Lugduni apud Petrum Luccium Principem 1540.

Ejuſdem Auctoris opera memorat *Conradus Geſnerus in Bibliotheca Inſtituta &c.*

Daniel Sennertus Inſtit. Medicinæ lib. V. in libro quinto part. 1. *ſect.* 2. *cap.* 13. *de Rebus præter naturam genitis tollendis*, hæc habet: *Ideoque alius adhùc eſt ſecandi modus, qui quod majore inſtrumentorum apparatu fiat, apparatus magnus dicitur, quem Joannes de Romanis Cremonenſis Medicus, qui circà annum Dom.* 1520. *Romæ floruit, invenit, & uſurpavit, quem poſteà ejus diſcipulus Marianus Sanctus Barolitanus cum inſtrumentis neceſſariis peculiari libello deſcripſit*

Idem *Sanctus Barolitanus in ſuo opuſculo de Lapide Renum, & de Lapide Veſicæ per inciſionem extrahendo Pariſiis apud Chriſtianum Vvechelum* aprimè comendat noſtrum Joannem, cujus curioſum opuſculi Proemium ſubnectere inane non erit, ut Lectorem quò mage poſſum erudiam.

PROE-

PROEMIUM.

QUantum inextricabile Virium ſuaviſſimæ Amicitiæ vinculum habeat, quanquam id ipſum poſſit ab unoquoque, qui talis modi neceſſitatis vallo circum ſepiretur, latè patere: tamen non paucam affert cauſam hoc idem conſiderandi meorum neceſſariorum conſuetudo, quæ me à propoſito, quod in animo conſtitueram ſervandum rationibus, exempliſq; domeſticis longius diſtraxerat. Meque convictum ad id rerum agendarum faſtigium intruſerat: ad quod exequendum nullus antiquorum author, nec modernorum uſque ad hanc noſtram tempeſtatem, qui de hujuſmodi rei negotio commentaria promulgaverant, veram imaginationem, & operandi modum applicaverat. Verum hoc non poſſum non confiteri, principium veram operandi qualitatem, modumq; in operatione exequendi poſteris eoſdem tradidiſſe. Quemadmodum illi priſcorum Philoſophorum, qui de rerum naturalium principiis modo contraria, modo paululum ad verum accidentia imaginabantur materiam præbuerunt, ut vera principia in tàm aſperis, incultiſq; campis venaretur, qui Principem omnium Philoſophorum nuncupare mederetur; quapropter gratias ingentes ejſdem agendum eſt, cum nobis in re tàm difficili, tamque ardua via licet tortuoſam, aſperam, & ſalebroſam demonſtraſſet. Quod illis ob rei difficultatem contigiſſe arbitror, cum nos ipſi conſideraremus hoc idem Hypocratem pluries fuiſſe aggreſſum, à ſpeque deceptum tanquam difiſum id conſequi poſſe in ſuo jure jurando ſcripſiſſe laboranti lapillo, aut quenquam exciſurum, ſed expertis ejus artis hoc negotium promiſſurum, quaſi ſpiritu prophetico afflatum hoc de meo Præceptore (cum mos meus ſit præhonorare Magiſtrum in omni quam didiceram facultate) *Joanne de Romanis Cremonenſi*, à quo hanc artem ſum edoctus, fuiſſe pronoſticatum cum uſque ad hanc noſtram ætatem modus extrahendi lapidem à Veſica per mendicata ſuffragia, inquireretur: quemadmodum illi faciunt, qui per mendicata ſuffragia quotidiè nova volunt edere opuſcula, qui etiam in ſuis operibus ſcripſerunt, quomodo lapillus à Veſica eſſet extrahendus, cum nulla in eis præceſſiſſet experientia, quæ eſt rerum magiſtra

Legitur & Epiſtola ejuſdem Joannis in fine opuſculi.

Ejuſdem pariter mentionem habet Ambroſius Paræus lib. 16. c. 42.

Eod. Anno.

JUſtus Schitius ex ordine Divi Hieronymi Monachus, Juris Pontificii peritiſſimus, nec non clauſtrali Vita perſpicuus deſiderium ſui, ſuorumq; operum reliquit in Monaſterio S. Alexii de Urbe anno 1520. dum ibi eſſet prò ſua Congregatione Generalis Miniſtrator.

P. Creſcentius ſuus Commonachus in Præſid. Rom. narrat. 9. num. 17., & in Opuſculo, Euſebio Cremoneſe, inſcripto.

MDXXI.

JAcobus Picenardus ad cujus perennis famæ gloriam hìc ſubdere ſufficiat ejus Epitaphium, quod cum Inſigniis ejus præclaræ familiæ legitur in atrio laterali ad lævam, per quod ingreditur ad Eccleſiam RR. Servorum B. V. M. Mediolani, in quà ejus cineres aſſervantur.

D. O. M.

Jacobo Picenardo Prothonotario
Digniſſimo
Pontificali Inſubriæ Oeconomo Integerrimo,
Aſcanii Sphortiæ Alumno Chariſſimo,
Franciſci II. à Secretis, Conſiliiſq;
Viro Conſumatiſſimo
Petrus Frias Hiſpanus Alumnus
Pientiſſimus fecit.
MDXXXIV. Cal. Decembr.
Vixit Ann. LXII. *dies* XXV.

En etiam Privilegium Oeconomatus à Franciſco II. Sfortia, Picenardo conceſſum.

„ FRANCISCUS II. &c. inter ea ſervitia, quæ Reverendiſs., & Illuſtriſs. Aſcanium Sfortiam Cardinalem Patruum noſtrum ſemper F. M. in utraq; fortuna nequaquam deſeruerunt, Reverendiſs. Apoſtolicus Prothonotarius Jacobus Picenardus à Conſiliis noſtris, & Eccleſiaſticarum rerum ſecretis, eſt, cujus fidem, induſtriam, æquitatem tanti ſemper fecit Rom. Curia, ut eundem ad illos honores provexerit, qui raró niſi per ſolidam virtutis laudem adipiſcuntur, cum igitur atritis Romanorum rebus, & Eccleſia Jeſu Chriſti Servatoris Noſtri Barbarorum proxima inundatione maximum naufragium feciſſet, cujus & ipſe haud expers fuit, provecta jam ætate in Patriam rediiſſet, noſq; prò captu fortunarum noſtrarum ejus calamitates maxima in parte recreaviſſemus, & ad eas dignitates vocaviſſemus, quæ fidei ſuæ quam longo famulitio ergà nos, gentileſque noſtros præſtitit, & benè actæ vitæ ſuæ convenire nobis videbantur aliud

etiam

„ etiam onus ad eum cumulum adjungendum cenſuimus æconomatus officium, quod cum ad res tantum Eccleſiaſticas pertineat, quarum propter diuturnam Romanarum rerum conflictationem plurimum notionis habere non ignoramus, ſatis è re noſtra eſſe cenſuimus, ſi dicto Prothonotario Picenardo hoc oneris jniungeremus, & præſertim cum ad hanc ei Provinciam demandandam Summi Pontificis Clementis VII. literis perſuaſi fuerimus, quibus nec obſcurè in ditione noſtra dictus Picenardus (quod paucis tamen contigit) Oeconomus declarabatur. His itaque rationibus, & cauſis moti tenore præſentium motu proprio ex certa ſcientia caſſantes, & annulantes omnes, & ſingulos ſpeciales, & generales Oeconomos quomodolibet hactenùs conſtitutos omni meliori modo, via, & forma, quibus poſſumus, facimus, creamus, & deputamus eumdem Rever. D. Jacobum Picenardum Noſtrum ſpecialem, & generalem Oeconomum in toto ſtatu, & dominio noſtro cum plena authoritate, arbitrio, & poteſtate quæcumq; beneficia Eccleſiaſtica, Secularia, & Regularia tàm cum Cura, quàm ſine Cura per Fiſcum noſtrum ex quocunq; crimine præſertim rebellionis aprehenſa, & aprehendenda, eorumque Bona, Fructus, Reditus, & Proventus gerendi, & adminiſtrandi à Debitoribus, Fictabilibus, Maſsariis, & Colonis Ficta, Fructus, Cenſus, Reditus, Proventus, & quaſcunq; penſiones eorum exigendi, percipiendi, & conſervandi pro Camera noſtra, & contra eos, & quoſcunq; alios ratione rerum Eccleſiaſticarum de plano ſine ſtrepitu, & figura Judicii, ſola rei veritate inſpecta, tanquam ſi eſsent Cameræ noſtræ veri debitores procedendi, & de perceptis quietandi, & confeſſiones faciendi, poſſeſſionem quoq; quorumq; Beneficiorum in præf. Dominio, & Statu noſtro in dies vacantium aprehendendi, & aprehendi faciendi, fructuſq; & dicta ut ſuprà exigendi, & conſervandi ad eorum utilitatem, quorum intererit, & quibus nos placitum noſtrum conceſserimus, nec non neceſſitatibus Eccleſiarum tàm circà divinum cultum, quàm victus Miniſtrorum providendi, citationes, & præcepta quæcunq; quibus expedierit, & ſibi videbitur prò præmiſsorum occaſione, & executione tranſmittendi, ac quaſcumq; pœnas, & mulctas eis irrogandi, contrafacientes ordinibus, & decretis Ducalibus circà Eccleſiæ negotia juxtà eorum diſpoſitionem puniendi, ac pœnas, & mulctas Cameræ noſtræ applicandi, unum quoque, vel plures Oeconomos, & Subæconomos cum ſimili, aut limitata poteſtate ſubſtituendi, & revocandi quoties opus fuerit, & ſibi videbitur, ac cætera alia dicendi, & faciendi, quæ officio veri, & legitimi generalis Oeconomi ſpectare dignoſcuntur tàm de jure, quàm de conſuetudine, quocircà Senatui, Magiſtris utriuſq; Cameræ, Capitaneo Juſtitiæ, Poteſtatibus, & Refferendariis, cæteriſque Officialibus, & Subditis noſtris mandamus, ut præfato noſtro

Gene-

„ Generali Oeconomo, & ab eo ſubſtituendis circà executionem
„ Officii Oeconomatus prædicti omni auxilio, & favore opportu-
„ no aſſiſtant, præſenteſq; noſtras obſervent, & ab aliis faciant
„ inviolabiliter obſervari, in quorum fidem, & teſtimonium præ-
„ ſentes fieri, & regiſtrari, noſtrique Sigilli impreſſione muniri
„ juſſimus. Datum Laudæ die primo Menſis Aprilis 1529.

Signata FRANCISCUS, & *Subſcr.* Bartholomeus Rozzonus.

Eod. Anno.

PAulus de Soncino in ſæculo artium, & Medicinæ Doctor Egregius, Mundi illecebras contemnens ad Ord. Min. de Obſervantia S. Franciſci convolavit, ubi Theologicis ſtudiis, & æque omnibus ſuperatis dignitatibus ad primarium Generalis Miniſterii in Carpenſi Oppido Provinciæ Bononienſis ellevatur anno 1521.

Franciſcus Gonzaga de orig. Seraphicæ Religionis Franciſc. p. 2. Prov. Mediol. Conv. 13.

Petrus Rodulphius in Catal. Relig. Seraf. pag. 22.

Hieronymus Baris in hiſt. MS. eum vocat ex familia de Pavaris;

P. Jo: Baptiſta Guarguantus ex illa Inſigni de Covvis.

Franciſcus Haroldus Hibern. in Epit. Annal. Ord. Min. ſub anno 1521. *nu.* 3., *&* *num.* 5. ſcribit hunc Paulum poſt Mortem Franciſci Licheti fuiſſe ſubſtitutum Fabricæ S. Petri, Bullæ Cruciatæ Commiſſarium, & Nuntium Apoſtolicum, anno verum 1523. vitam in meliorem mutaſſe.

Celebres ex iiſdem familia, & Oppido extitiſſe Marcum Medicum ſcientiſſimum Mediolani Duci Acceptiſſimum, &

Bernardinum ex Ord. PP. Præd. S. Dominici recenſiti Pauli fratrem, qui pluries in Sacello Pontificio clariſſimè oravit, habemus.

Ex eodem de Baris circà ann. 1492.

In Cœnatione Conv. Sanctiſs. Virg. Annuntiatæ dicati Ord. Min. Pauli Min. Generalis effigies videtur.

Ex hoc Cœnobio Ven. Vir Pacificus de Soncino tit. Beati decoratus, habitus fuit. Refert hæc *Joannes Baptiſta Guarguantus Carmel. in Epiſt. Luct. Soncin. antepoſita.*

Eod. Anno.

JUſtinianus à Cremona cognomento de Guarinis Ord. Auguſtiniani Vas prædicationis verbi divini Electiſſimum in Comitiis Generalibus 1513., & 1523. Viſitator, & anno 1532. Definitor ſcripſit paterno idiomate

Conciones, &

Sermones ſuper Ave Maria in Biblioth. Patrii Conv. aſſervatos.

P. Calvus Mem. Hiſt. Congr. Inſubriæ ad annum 1554. *ubi de Feliciano Conrado.*

Phi-

MDXXII.

PHilippus de Bozulo Cremonenſis Diœceſis Ord. Præd. omni doctrina, & facundia præclarus, in quo ſedem ſibi videbatur ſtatuiſſe eloquentia. Extant ejuſdem Authoris

Sermones de Tempore

Sermones Quadrageſimales

Sermones ſingulares de Sanctis

De Laudibus Deiparæ Virginis.

Hunc inter Celebres Concionatores enumerat *Seraphinus Razzius in Hiſt. Illuſtr. Virorum Ord. Præd. & cum eo Rovetta in Bibliotb. Prov. Lombardiæ ad annum* 1522.

MDXXIII.

BEnedictus Accoltus origine Aretinus, patria verò Florentinus Petri Accolti Card. Nepos, Michaelis, atque Lucretiæ Alamannæ F. Florentiæ natus 4. Kal. Novembr. 1492. cum bis Cremonenſium Antiſtes Eccleſiam noſtram annos fermè viginti quinque optimè fuerit moderatus, ſatis egit, ut cum noſtris Scriptoribus debito loco cenſeretur. Clementis VII. à Secretis ab eodem ex Epiſcopo Gaditano Cremonenſis primum renunciatus anno 1524., ſedem poſteà cum Ravennate, cujus Patruus pręerat, commutavit anno ſequenti. Non multò poſt ſcilicet anno 1527. in ſacrum Card. Collegium cooptatus, Patruo cedente ad Cremonenſem rediit Eccleſiam Kal. Octobr. 1529. eumq; tenuit Epiſcopatum ad extremam uſq; diem ut refert *Ughellus in Archiep. Ravenn.*, *& Epiſc. Cremon. Tom.* 2., *&* 4. *Ital. Sacræ*. Varia ſcripſit cùm proſa, tum verſu, tamque ornatè, ut meritò antiquis collatus fuerit, nempè

Epigrammata.

Elegias.

De Laudibùs B.V. lib. 1.

De Puriſſima Conceptione.

De ejuſdem B.V. lib. 1. *qui Oldoino Teſte in Atheneo Purpureo extabant MS. in Bibl. Card. Sirleti.*

De Bello à Chriſtianis contrà Barbaros geſto pro Chriſti Sepulcro, & Judea recuperandis lib. 3. *Baſileæ apud Rubert. Vvinter*, quos poſteà Thomas Rempſterus J.C. Baro à Muresk Scotus cum aliis Scriptoribus collatos, & mendis expurgavit, & notis non vulgaribus illuſtravit *Florentiæ, apud Zenobium Pignonium* 1623. eos autem in Italicam linguam anteà traſtulerat *Franciſcus Baldellus Cortonenſis, ediditq; Venetiis typis Gabr. Joliti de Ferrariis* 1649.

Orationes, &

Epiſtolas, quarum tres leguntur in Volumine Epiſt. Clarorum Vir. Venetiis, & Pariſiis excuſo, & binæ in Volum. Epiſtol. *Jacobi S.R.E. Card. Sadoleti lib.* 7. ubi permultæ habentur ejuſdem

demSadoleti ad Accoltum, in quibus eorum virtus, ac eximia inter eos neceſſitudo eluceſcit. Anno 1689. editum fuit Parmæ apud Hæredes Marii Vignæ opuſculum, cui tit. *Benedicti Accolti Aretini Dialogus de præſtantia Virorum ſui ævi ex Bibliotheca Illuſtriſs.*, ac *Eruditiſſimi Viri D. Antonii Magliabequii Magni Etruriæ Ducis Bibliothecarii*. Hæc habui ex laudati Jo: Cinelli Bibl. Volanti plut. 12.

Ob Accolti propterea in utroq; ſcribendi genere eminentiam *Lilius Gyraldus de Poetis noſtri temp. Dial.* 2. de ipſo peregregie loquitur. devixit Florentiæ anno 1549. inter Chariores habuit Picum, Bembum, Robertellum, Paulum Manutium, Franciſcum Mariam Molſam, Gyraldum, & Pierium Valerianum M. Ant. Flaminium, quos honeſtiſſimo Magiſtri nomine appellabat. Extant ad ipſum quatuor *Coſmi Anitii* carmina *lib* 4. *variorum Poematum*. Perennabit tamen glorioſa Benedicti memoria cùm in ſcriptis immortalitate digniſſimis, tum in æreis Numiſmatibus ei procuſis, in quibus effigiatus ipſe *Benedictus Accoltus* ad ſummos honores, non niſi virtutum gradibus provectus indicatur Symbolo Turris in averſa parte cum duabus facibus, & epigraphe *Optimis artibus*, quæ commemorant *Paulus Maria Terzagus*, & *Scarabellus in deſcriptione Muſæi Septaliani*.

De eodem *Draudius in Bibl. Claſſica*, & alii multi *Maraccius in Append. Bibl. Marianæ*, *injuncta Polyantheæ itidem Marianæ*.

Lud. Arioſtus in Orland. Cant. 46. *ſtr.* 11.

Caferrius in Synt. Vetuſt. inter Viros literis inſignes pag. 469.

MDXXIV.

MAttheus Comes de Perſicis Comitis Raynaldi F. inter Juriſprudentes Collegii Patriæ anno 1522. cooptatus die 22. Septembris, tantum in excellentia legum, aliarumq; optimarum artium emicuit, ut ipſe inter Patres Conſcriptos Senatus Mediolanenſis communibus totius Patriæ votis meruerit acclamari. Hujus rei teſtis eſt litera ad Franciſcum II. Sfortiam Mediol. Ducem directa, ut ex regeſtis Archivii Cremon. anni 1524.

*Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Sig. Noſtro Singol.*mo

„ ANcorche ſiamo certi l'Ecc.za V. tiene buona memoria della
„ promiſſione fatta per lei à queſta fideliſſima Città per la
„ conceſſione delli Capitoli per lei fatti di decorare alla dignità
„ Senatoria alcuno delli noſtri Dottori. Nondimeno n'è parſo per
„ la preſente noſtra ricordare, pregare, e ſupplicare l'E.V. voglia
„ degnarſe eleggere, e concedere queſto luoco alla prefata dignità
„ Senatoria al Magnifico Conte Matteo de Perſico Dottore, che
„ ne riceveremmo ſingolariſsimo particolare contento, e ſatisfa-
„ zione, confidandoſi che l'E.V. ne reſterà ben ſatisfatta, e la

Città

„ Città noſtra univerſalmente ancora, e quando pur pareſſe all'
„ E.V. ſtando li preſenti tempi, come ſtanno, differire queſt' ele-
„ zione ad altri tempi, che adeſſo almanco quella ſi degni tener
„ buona memoria à quello tempo di queſto noſtro deſiderio, e
„ contentamento, alla cui bona grazia devotamente ſi raccoman-
„ diamo, & aſpettemmo riſpoſta del voler ſuo.
„ Cremona li 9. Luglio 1524.

Sottoſcritta. Li Preſidenti al governo di Cremona.

In Manſione. Ill.mo Principi, & Ecc.mo Domino, Domino Noſtro Sing.mo Domino DUCI Mediolani.

Hoc anno idem Franciſcus Sfortia ſuis literis Mediolani datis die 6. Aprilis confirmantibus in Gubernatorem Cremonæ Maynum del Mayno Patritium Mediolanenſem hæc habentur, quæ Civitati noſtræ admodum favent.

Nam cum ingruentium contrà nos Gallorum exercitus ſuperiori anno irrueret, Cremonaq; Civitatum noſtrarum potior ſervanda eſſet &c.

Eod. Anno.

JO: Jacobus Cipellus in Carminibus latinè concinnandis non modicè eruditus, nam plura ejus carmina leguntur in libro primo, cui tit. eſt. *Coryciana ideſt Collectanea carminum diverſorum Poematum in laudem Jani Corycii Lucumburg. Romæ apud Lud. Vicentinum, & Lautitium Perusinum menſe Julio* 1524. in eodem libro Cipellus nominatur à Jo: Franciſco Anyſio. Hic quippè fuit J. U. D., ac Inſignis Collegiatæ Arcis Piceleonis in Agro Cremonenſi primus Mitratus Præpoſitus. Romæ ſub Clemente VII. diù verſatus fuit, Pontifici ob animi præclaras dotes non ignotus.

Breſſian. in hiſt. Eccleſ. MS. Anno Enunciato.

Hoc anno 1524. die 6. Aprilis Franciſcus II. Sfortia Mediolani Dux confirmavit in Gubernatorem Cremonæ Maynum del Mayno Affinem ſuum, & in literis eidem datis in Regeſtis Archivii noſtri recenſitis leguntur inter alia ad laudem Patriæ. *Nam cum ingruentium contrà Nos Gallorum exercitus ſuperiori anno irrueret, Cremona, quæ Civitatum Noſtrarum potior ſervanda eſſet, cui ejus curam, cuſtodiamq; crederemus, multum, diuq; cogitavimus. Placuit tandem &c.*

Eod. Anno.

NIcolaus Botta Patriæ Decurio Juriſconſultiſſimus ex Collegio DD. Judicum, in quo hoc anno receptus fuit Magnum animi, & Virtutis Virum fuiſſe nobis oſtendunt *Daniel Cajetanus* in carmin. MS. qui pleno plectro de ipſo dulciſſime canit. Ut etiam *Alexander Lamus in ſomnio cant.* 2. ubi

Nicolò Botta, che di tanto ingegno
Ornato fù dal Superior Monarca
Che di Grecia paſsò de Savj il ſegno &c.

In Eccleſia SS. Ægidii, & Homoboni ſepelitur cum hac ſepulcrali inſcriptione.

D. O. M.

Nicolao Bottæ J.C. Eloquentiſſimo Patri Patriæ piiſſimo, totiuſq; Oraculo Civitatis. Polixenna Cambiaga Mæſtiſs. Conjugi Sanctiſs. P. Vixit Ann. XL. *Menſ.* X. *obiit* MDXXXIX. *prid. Kal. Aprilis.*

Eod. Anno.

ANonymus ex familia Cambiaga è latino ad idioma italicum tranſtulit cum additione opuſculum inſcriptum

L'Aſſedio di Pavia, e la Preſa di Franceſco Primo Rè di Francia. Cremonæ prodiit anno ſequenti 1525. typis Franciſci Ricardi dicatum Marco Ant. Amidano Prothonot. Apoſtol., & Majoris Eccleſ. Canonico, de quo plura ſuo loco. Recuſum Ticini iterum fuit per Andream Magrum Typographum Civitatis Anno obſidionis ejuſdem 1655. hoc titulo

Rotta, e Prigionia di Franceſco Primo Rè di Francia ſotto Pavia l'anno 1525. *Compoſta dal Taegi, e dal latino tradotta dal Cremoneſe Cambiago fatta riſtampare dagli Abbati, e Decurioni della medeſima Città. All'Illuſtriſſimo, & Eccellentiſs. Sig.re il Sig.r Co. Galeazzo Trotti &c., & all' Illuſtriſs. Sig. Maſtro di Campo il Sig. Cavaliere Giuſeppe Brancaccio l'uno Supremo Comandante, l'altro Governatore della medeſima Città.*

In fine legitur Epiſtola, quam ſcripſit Regina Mater Franciſci Primi Galliarum Regis Carolo V. Rom. Invictiſſimo Imperatori.

Hujus Opuſculi Author fuit forſan ille Petrus Antonius Cambiagus Theologus, & Philoſophus eximius, quem memorat *Crottus in Oratione funebri Nicolai Lucari.*

Eod. Anno.

SIlvius Guſpertus Præsbyter Secularis S. T. D. integritate, prudentia, ac auctoritate præditus italica locutione ſcripſit.

Trattato ſopra le Lamentazioni di Gieremia.

Diſcorſi Morali ſopra il cantico Nunc dimittis, e Te Deum laudamus.

Breſſian. in V. R., & Hiſt. Eccleſ.

Eod. Anno.

TYdeus Oldoinus Utriuſq; Juris peritus in Collegio Judicum Patriæ adſcriptus tantam laudem conſecutus eſt, ut non modo aſſequi eum, ſed vix imitari quiſq; ſuo ævo potuit, a Maximiliano Rom. Imp. Comes Palatinus; demum à Franciſco II. Sfortia Mediolani Duce Senator electus eſt, à Carolo V. confirmatus. Egit Tractatus *De effectu Sententiarum lib.* 3.

De Officio Prætoris lib. 2.

In Templo Divi Dominici Cremonæ legebatur hoc Epitaphium à Breſſiano relatum.

D. O. M.
Tydeo Oldoino J. C. Com. Palat. Equ. Ticini, Genuæ, Mediolani iterum, ac Alexandriæ Prætori, & Rerum Capitalium Senatori Præfecto Diomedes, & Iſaach F. P. MDXLVI. Kal. Octobr.

Mediolani adhuc in Prætorio legitur hæc Inſcriptio.

Duce Franciſco II. Sfortia Imperante
Tydeus Oldoinus Jurecon. Cremon., ac Ducalis Senator Memoriæ Mediol. Præturæ benè actæ ſuum hoc inſigne reliquit Primo Januar. MDXXIV.

De eo plura *Daniel Cajetanus in Carm.* MS.
Ant. Campus Hiſt. Cremon. lib. 3. ad annum 1531.
Horat. Landus de Senatu Mediol. lib. 4. *pag. mihi* 164.
Breſſianus in Coll. J. C. Patriæ.
Abbas Ghilinus in Annal. Alexandriæ ad ann. 1542.

Eod. Anno XXIV.

OCtavianus de Crottis Juriſperitia præclarus Collegium Judicum Patriæ ingreſſus eſt die 19. Septembris anni 1510. ſummo ingenio, ac ſumma eloquentia Vir pluriès coram Senatu Ampliſſimo Mediolani pro Patria oravit. Rerum Criminalium expertiſſimus à Comite Antonio Balbiano Mediolani Senatore, & Cremonæ Prætore, Judex Maleſitiorum electus fuit, ut ex his, quæ ſubnectuntur comprobatur ex Archivii regeſtis E. E. annorum 1522., & 23. excriptis.

„FRANCISCUS Secundus Sfortia Vicecomes Dux Mediola„ni, ac Barri, Papiæ Princeps, Angleriæq; Comes, ac Genuæ, „Cremonæ, & Aſtæ Dominus. Expoſuit nobis D. Octavianus „Crottus Cremonenſis ſe à Spectabili Prætore noſtro Cremonæ „in Judicem Maleficiorum ipſius Civitatis electum fuiſſe, verum „cum in Civitate ipſa obſtare ſtatutum videatur, ne quis Cre„monæ oriundus munus illud obire poſſit, à nobis petiit, ut Sta„tuto hujuſmodi derogare velimus, Nos autem exiſtimantes per „præfatum Prætorem noſtrum in non niſi perſonam idoneam „munus hoc demandatum fuiſſe, per has noſtras concedimus, „& diſpenſamus, quod memorato Statuto non obſtante ipſe „Dominus Octavianus in dicto Officio perſeverare valeat, ubi „tamen Civitati gratus ſit, & Communitati prædict. acceptus.

Dat. Mediolani die 11. *Decembris* 1522. *Signata, Viſa Moronus, & in Calce Bartholomeus Rozonus, & Sigillata ſolito Sigillo magno quartirato in cera alba. in forma patenti.*

Plures egregio Calamo ſcripſit
Allegationes Criminales,

quæ adhùc in Collectaneis Operum Juriſperitorum Cremonenſium habentur.

De eodem loquuntur *Breſſianus in Coll.*, *&* *Syllabi J.C. tùm typis editi*, *tùm* MS.

Quarè idem Octavianus non perſeveraverit in munere ſupramemorato ex iiſdem Regeſtis apparet.

Eod. Anno.

JOſeph Lauda ingenii acumine, & rerum præſtanti ſcientia præditus inter J.C. Collegiatos Patriæ adſcriptus ann. 1515., & ad patritiam Decurionatus dignitatem evectus magna ſui nominis gloria reliquit

Conſilia Legalia.

Præturam Bononiæ integro adminiſtravit biennio, ac in Patria Advocati Fiſcalis munus à Franciſco II. Mediolani Duce ſibi demandatum obivit, ut è ditiſſimo antiquitatis penu ſolerter eruimus. Legitur namq; in Regeſtis Archivii noſtri ſignatis E.E. annorum 1522., & 23. fol. 12. tergò diploma exempli ſequentis.

„FRANCISCUS Secundus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani
„Barriq; &c. neceſſarium eſt nobis prò utilitate Fiſci noſtri
„Virum aliquem Idoneum eligere, qui fungatur officio Advo-
„cati Fiſcalis in Civitate noſtra Cremonæ, quod cum ità ſit vi-
„ſum eſt. Ideò nobis hujuſmodi officio preficere Nobilem Juriſ-
„conſultum D. Joſeph de Lauda Civem noſtrum Cremonenſem,
„cùm ob ſingularem ejus doctrinam, prudentiam, integritatem,
„& rerum uſum, tùm propter ſtudium in nos. His itaque, noſtris
„præfatus D. Joſeph ab hodierna die in anteà ad noſtrum uſque
„beneplacitum facimus, conſtituimus, & deputamus Advoca-
„tum noſtrum Fiſcalem in dicta noſtra Civitate Cremonæ, cum
„poteſtate, auctoritate, & arbitrio liberè interveniendi, agendi,
„& ordinandi quidquid ad hoc munus debitè ſpectat, & pertinet,
„nec non cum ſalario, honoribus, utilitatibus, præeminentiis,
„prærogativis, & emolumentis hujuſmodi Officio debitè ſpe-
„ctantibus, & per præceſſores ſuos anteà haberi, & percipi ſolitis,
„mandantes proindè Gubernatori, Poteſtati, & Referendario
„dictæ noſtræ Civitatis Cremonæ, cæteriſq; omnibus quibus ſpe-
„ctat, & ſpectabit, ut ipſum D. Joſeph in poſſeſſionem dicti officij
„advocationis ponant, & inducant, poſitumque, manuteneant,
„tueantur, & defendant &c. Atque ei de dictis ſalario, & emolu-
„mentis debitis temporibus reſpondeant, faciantq; integrè reſpon-
„dere. In quorum fidem præſentes fieri, & regiſtrari juſſimus,
„noſtriq; Sigilli impreſſione muniri. Dat. Mediolani die XXVIII.
„Junii 1522.

Signat. FRANCISCUS.

Viſa H. Moronus. Bartholomeus Rozonus.

Sigillat. ſolito Sig.° Ducalis regiſtrato in cera alba Reg.ta in fol. 125.

Eod.

Eod. Anno.

ANtonius Perſichellus multis clarus virtutibus, ac legum ſtudio inter alios ſuæ ætatis celebrandus, floruit tùm in Collegio Juriſperitorum, tum in Concilio Decurionum Patriæ, ac inter Vicarios Generales totius Mediolanenſis ditionis, ſuæ virtutis ſpecimina plura edidit

Conſilia Legalia.

Poſt ejus obitum ſepelitur in Eccleſia S. Nazarii Cremonæ cum Epitaphio relato à *Breſſiano in Coll. J. C. Patriæ.*

D. Antonius Perſichellus Jur. Conſ. integerrimus poſt LXXV. ætatis ſuæ annum hìc quieſcit.

Quàm Franciſco II. Mediol. Duci ob merita gratus fuerit hoc planè præclaro teſtimonio declaratum fuit.

„ FRANCISCUS Secundus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, ac Barri &c. Papiæ Princeps, Angleriæ Comes, ac Genuæ, Cremonæ, & Aſtæ Dominus. Arbitramur eſſe admodum è re noſtra, Subditorumq; Noſtrorum ad munera publica eos Viros deligere, quorum fides, virtuſq; honeſtiſſimis, beneque, ac rectè vivendi ſtudiis elaborata præter ortus nobilitatem eluceſcere proſpiciuntur. Inter ejuſmodi eſſe Egregium, & Eximium Legum Doct. D. Antonium Perſichellum Civem noſtrum Cremonenſem dilectum non ignoramus, qui & fide, & virtutibus adeò præditus eſt, ut nemini cedere videatur. Propterea volentes aliquo munere eum honeſtare, cenſuimus Vicarium noſtrum, & Syndicatum generalem facere, ac inter alios Vicarios generales connumerari, & ità tenore præſentium memoratum D. Antonium Perſichellum Vicarium, & Syndicatorem generalem, quoad nobis placuerit, facimus, conſtituimus, creamus, & deputamus cum auctoritate, poteſtate, & arbitrio, ſalario, honoribus, oneribus, præeminentiis, commoditatibus, utilitatibus, prærogativis, ac dignitatibus ipſi Vicariatus Officio debitè ſpectantibus, & pertinentibus, ac per alios Vicarios generales præceſſores ſuos licitè perceptis, & habitis, ac percipi, & haberi ſolitis, tribuentes eidem D. Antonio poteſtatem ſyndicandi etiam ſine alia Commiſſione ſpeciali, facta tamen nobis priùs notitia, quoſcumque Poteſtates, Capitaneos, Refferendarios, Vicarios, Notarios Maleſitiorum, & alios quoſvis Officiales Civitatum, & Terrarum noſtrarum, eorumq; familias tempore Syndicatuum concedentes in omnibus, & ſingulis eidem dictum Officium concernentibus, & inde dependentibus, & emergentibus, & connexis plenũ, liberum, & amplum arbitrium, & omnimodam poteſtatem in inquirendo, quàm alio modo procedendo, mulctando, & condemnando, adeò ut quidquid actum, geſtum, & deciſum per eum fuerit, inconcuſſam roboris

firmi-

„ firmitatem obtineat, & omninò executioni mandetur, neq; poſ-
„ ſit ullo appellationis, aut nullitatis remedio, nec quovis alio
„ modo tolli, aut infringi, concedentes etiam eidem bayliam, &
„ poteſtatem procedendi in cauſis, quæ coram eo ventilabuntur,
„ & commiſſione, vel Magiſtratuum noſtrorum ſummariè, & de
„ plano ſine ſtrepitu, & figura Judicii, decernentes propterea,
„ quod in Proceſſibus de cætero per eum fiendis non ſit aſtrictus
„ ad ſervandam ſubtilitatem Ordinis Juditiarii introductam à
„ Jure Civili, vel municipali ſine decretis noſtris, nec aliquibus
„ terminis, actibus Cauſarum præfixis, ſivè allegatis, ſed in Pro-
„ ceſſibus hujuſmodi liberam habeat poteſtatem citandi, dila-
„ tiones dandi, ac etiam dilationes, & Cauſarum inſtantias proro-
„ gandi, & abbreviandi, contumaces puniendi, condemnandi,
„ vel abſolvendi, ſententias hujuſmodi executioni mandandi, prò
„ ut Juſtitiæ, & honori noſtro videbitur convenire. Conceden-
„ tes inſuper eidem auctoritatem ſubdelegandi quoſcumq; Offi-
„ ciales, & Notarios nobis tàm mediatè, quàm immediatè ſubje-
„ ctos ad ſumendum inditia, & atteſtationes in hujuſmodi cauſis
„ coram eo vertentibus, decernentes deindè, ac mandantes, quod
„ quicumq; Officiales, & Notarii ab eo eligendi, poſſint, & debeant
„ quæcumq; acta, & Inſtrumenta conficere in hujuſmodi cauſis,
„ ac per eos confecta, ac ſi ad quævis Tribunalia deputati, ceù à
„ nobis dati fuiſſent, valere non obſtantibus aliquibus legibus,
„ ſtatutis, conſuetudinibus, reformationibus, ordinibus quam
„ præmiſſa, aut aliquid promiſſorum facientibus, ſeù aliter diſpo-
„ nentibus, quibus omnibus ex certa ſcientia, & de noſtræ pote-
„ ſtatis plenitudine derogamus, & derogatum eſſe volumus injun-
„ gentes, quod ſi aliquis contrà eum, vel familiam ſuam, ullam
„ commiſerit injuriam, eum poſſit inquirere, corrigere, & punire,
„ prò ut Juri, & honori ſuo putaverit convenire; Mandantes Ma-
„ giſtris Intratarum utriuſque Cameræ, Theſaurario generali, ac
„ cæteris omnibus Officialibus, & Juſdicentibus noſtris, ad quos
„ ſpectat, & ſpectabit, ut prædictum D. Antonium ad poſſeſſionem
„ dicti Vicariatus Officii ponant, & inducant, poſitumque, & in-
„ ductum manuteneant, & defendant, ac de prædictis ſalario, &
„ emolumentis reſpondeant, & faciant debitis temporibus inte-
„ grè reſponderi. In quorum teſtimonium præſentes fieri juſſi-
„ mus, & regiſtrari, noſtriq; Sigilli impreſſione muniri. Dat. Me-
„ diolani die XXVIII. Junii MDXXII.

Signat. FRANCISCUS &c.

Viſa H. Moronus.

Subſcript. Bartholomeus Rozonus.

Sigillat. Sigillo Ducali ſolito forma patenti in cera alba &c.

Eod.

Eod. Anno XXIV.

ZAccarias de Araldis ex Caſali Majori, Patriæ ſuæ ſolertiſſimus antiquitatum Indagator. ſcripſit volumen

Memorabilium ſui temporis, quod in Archivio illius oppidi extare confirmat *Ector Lauda in ſua Hiſt. Caſalis Maj.* MS. à quo etiam plura excerpſit, ut ſuam hiſtoriam contexeret.

Floret ibi adhuc, & Cremonæ Araldorum Nob. Familia prȩclariſſimo Platinæ Feudo in agro Cremonenſi, Bartholomei Platinæ Patria decorata, de qua etiam agit *P. Orrigonus Mediol. in ſuis exercitationibus ſcholaſticis Mediol. cuſis*, 1664. *ex typograph. Vigoni.*

Eod. Anno.

GAleatius Ricavus Orphei F. optimis artibus, & literis deditus egregie elucubravit

De Vera Philoſophia, &

Opera Varia

Obiit die 8. Febr. 1526. Bordigallus hæc habet in Epitaphiis Illuſtr. Vir.

Conditur hoc tumulo Galeaz de ſtirpe Ricava
Philoſophus ſapiens muſicus atque fuit.
Orpheus hunc genuit Tuſcus: Generoſa Cremona
Patria cara parens, præſidiumque Decus.
Mors rapuit cæleſte bonum concernere gaudet
Et pietate Dei ſpiritus. Hic reliquum.

Cavitellus in Annal. ad ann. 1456. de Orpheo ſcribit per hæc verba. *Et Orpheus de Ricavo Florentinus Quæſtor Ærarii Sfortiæ fuit factus Civis Cremonæ, & Orphei, qui olim ibi habitarunt ab eo denominati fuerunt, & habuerunt originem.*

MDXXV.

ALexander Rhodophilus, Sabloneta à Patria in Cremonenſi Diœceſi nuncupatus, Poeta non contemnendus ſcripſit.

Comædiam,

quam naſo ſuſpendit adunco *Julius Cæſar Scaliger in Hypercritico*, & ut quàm ſolet horribilius vocando Rhodophilum, & Doletum Poeſeos febres, verùm ſani Judicii eſt ipſius,

Sylva in illuſtriſſimo Sigiſmundi Gonzaghæ obitu Bononiæ apud Hieron. de Benedictis 1525.

Extant, & inter cætera aliquot ejuſdem *Carmina* præfixa Libro concionum Ambroſij Lamocenſis Epiſcopi. Venetiis typis hæredum Octaviani Scoti 1523.

Ejuſdem eſt mentio apud *Geſnerum in Bibliotheca Inſtituta*, & *apud Legatum in Lycæo Herc.* MS.

Dominicus Honorius Caramella in Muſeo Poetarum, ut Scaligero adhereat, contrà eumdem ſicophanta oſtenditur.

Eod.

Eod. Anno.

Hieronymus de Ardenis Ord. Divi Hieronymi Heſycaſta Vir memoria noſtra Doctiſſimus, ac Piiſſimus, Orator, & Poeta Peregregius celebratur *à Joanne Petro Creſcentio in Præſidio Romano lib.* 1. *narrat.* 9. *ad num.* 17. referente ejus obitum in Aſceterio S. Alexii de Urbe.

Eod. Anno.

JOannes Baptiſta Corbanus Bononiæ legens tempore Julii II., & Pauli III. pangendis carminibus latina phraſe deditus ſcripſit nonnulla

Poemata ſuper Expulſione Bentivolorum, quæ extare confirmavit *Lilius Gregorius Gyraldus de Poetis ſuorum temporum Dialogo primo*. Hæc referens. *Fuit & per hæc tempora Jo: Baptiſta Corbanus Cremonenſis, cujus Poemata extant, de quibus quid ſentiam, non habeo quid dicam: ſi ad veſtras manus pervenerint, vos, quàm ego, melius cenſebitis.*

De eodem *Conradus Geſnerus in Bibliotheca Inſtituta &c.*

Eod. Anno.

JOannes Franciſcus Faernus ex Min. Conventualibus S. Franciſci in exedris magnus Theologus diſputavit, in ſuggeſtibus celeberrimus Orator promulgavit Evangelicam Veritatem, omnibus doctrina, & pietate Venerabilis, Provinciæ Bononienſis anno 1525. Præfectus eligitur, & anno 1537. dum pariter Bononiæ conciones Tempore quadrageſimali haberet magno concurſu ad Populum; è ſuggeſtu die 22. Februarii evolavit ad ſuperos. A ſtudiis, in quibus ſummo labore ſe geſſit, evulgavit latinè

Orationes Varias,
Sermones Quadrageſimales,
Conciones Varias, *& alia Opera*.

Ejuſdem cum Laude Meminere *Auguſtinus Superbius Ord. Convent. S. Franciſci in Indice Scriptorum Conventualium MS. Ferrariæ aſſervato*

Lucas Vvadingus de Scriptor. Ord. Min.

Rudulphus Toſſignan. Ep. in hiſt. Seraph. Relig. lib. 3.

M. Hieron. Vida in orationibus &c. Actione 2. in ſacris literis eumdem, Oraculum appellat.

Antonius Campus in hiſt.

Cavitellus Annal. ſub anno 1537.

Jo: Lud. Ariſius in ſuis Carmin. Hendecaſs. maximè eum commendat.

Zava in Epiſt. famil. lib. 12. *in Epiſt. ad Paulum Faernum.*

Crottus in Oratione Funebri Lucari, vocat Faernum ejus Alumnum.

Eod.

Eod. Anno.

MAphinus Cella Ord. Min. Convent. S. Franciſci Theologus nimia profunditate ſubtilis, & juſtiſſimus diſputator, ut de Divo Hilario ſcribit Caſſiodorus, Franciſco Sfortiæ Mediolani poſtremo Duci chariſſimus ſcripſit ingenioſiſſimè

Commentaria in Opera Scoti.

recolitur à *Zava in Parentalibus Pauli Faerni ejuſdem ordinis.*

MDXXVI.

ASCanius Botta Equitis Leonardi F. Spartanam æmulatus indolem nihil ſibi duxit antiquius, quàm magno Patre non minor emergere præclara Juriſprudentiæ doctrina. Ticinenſi enim in Academia ſuſcepto legali diademate Patriæ Collegium illuſtrius fecit die 18. Septembris 1512. pro Carolo V. Rom. Imp. Patriæ, ſiquidem Vicarius electus, ubi Decurionis officio fungebatur, ibi, vel Præturam inuſitato geſſit exemplo à Cæſarianis Ducibus electus anno 1526. quod munus tanta cum laude obivit, ut clarioribus antiquitatis Juriſconſultis fuerit æquiparandus. proindè *Georgius Anſelmus Nepos Parmenſis* ejus levir primo lib. ſexti ſuorum Epigram. Aſcanio nuncupati ſic ipſum celebrat.

Conſultiſſime Juris utriuſque
Ipſo vel Labeone, vel Sabino,
Et gravis magis, & magis diſerte
Aſcani Pater elegantiarum &c.

Eas excoluit literas, quas ut verè ſunt, humanitatis vocamus, Aſtreæ quippè gladio delphicas innexuit laurus, quibus eo fuit inſignior, quò minus Juriſconſultorum capitibus aptari ſolent. Prodiit ergo tantus ejus ævi Poeta, qui etiam Adoleſcens cum Sannazario manum conſerere potuit; Quandòquidem ejus Arcadiæ tunc recens editæ æmulum Poema condidit, ſucceſſivum primorum Ticini ſtudiorum monumentis. nec infelix fuit æmulatio, cum elegantes in eo Proſæ metris intertextæ, deſcriptiones amæniſſimæ pulcherrimis inventionibus invectæ pari paſſu cum Sannazario oſtendant Aſcanium. Non ideò ſemel evulgatum eſt opus, quod eruditæ Matronæ Juniperæ Pallavicinæ Bentivolæ nuncupatum ab Auctore titulum prætulit

Rurale con l' Aggiunta della Terza Giornata
Cremonæ apud Franciſcum Ricardum de Luere 1524., & 1535.

Bucolicis hiſce primæ juventutis exercitamentis ad Epicam Poeſim, ut olim Virgilius ingenium diſpoſuit, ditioriq; namq; ſtylo ſubindè panxit, & libris aliquot octometris diſtinxit Poema

Dello ſecreto Amore d' Agrifonte

quod tamen morte præventus, ſeù Reip. gravioribus negotiis implicitus emittere nequiit. Ibi fertur, & aliquod ad Amazonas ſpectans ceciniſſe, niſi ſit ab hoc diverſum illud ipſius Poema

De Præliis Virginum

quod, & memoratus *Anſelmus* innuit *lib.* 2. *Epigr.* 29. Officiorum vices Anſelmo rependit Aſcanius *Proſa* 11. *Ruralis*, ipſum perhonorificè commemorans, ubi & intimè à ſe cultorum ſubdit mentionem Nicolai Amanii, & Joannis Franciſci Quintiani Stoæ. Cum his inter potiores habuit amicos, & quos *Proſa* 3. *ac* 4. ſibi coetaneos, & Conſodales inducit à Muſarum commercio non alienos, nempè Ant. Mariam Auguſtum Poetam Concivem, de quo infra; quendam Amicum nuncupatum, atque Gilinum Mediolanenſes, quorum poſtremum reor eum Camillum, de quo *Picinellus in Atheneo Mediolanenſi pag. mihi* 101. durat, & ejus pietatis monumentum in Cathedrali ubi ſuprà portam maximam cum Fabricæ Præfectus eſſet anno 1529. à Bernardo Sojaro Egr.° Pictore pingi curavit Chriſti Reſurrectionem, ut liquet ex hac ſuprà picturam Inſcriptione.


Aſcanius Botta Jur. Conſ. Ponzinus Ponzonus Comes, & Nicolaus Reggius Fabricæ Præfecti Ann. MDXXIX.

E vivis inde ſublatus ad SS. Egidii, & Homoboni ſepultus eſt; filium reliquit Joannem J. C. celeberrimum, de quo erit ſermo.

Aſcanium laudant. *Ant. Campus in hiſt. ad ann.* 1526.
Cavitellus in Annal.
Jacobus Gadius in hiſt. MS.
Alex. Lamus in ſomniis cant. 2.
Zava in carmin.
Breſſianus in Coll.
Syllabus J. C. de Coll.
Laur. Legatus in Muſæo Corp. lib. 2. *cap.* 27.
Gaudentius Merula in Bello Eraſmicano, ut legemus ad annum 1514. ubi de Joſepho Maria Brumano.

Non ingratam Lectori ſubanexam eruditionem cenſerem. Hanc Nobis non Patriæ Chronographi nimium anguſtè ſcribentes, ſed exteri ſuppeditarunt. Ità ſcribit Jo: Jacobus Luckius Argentorat. in ſylloge numiſmatum elegantiorum &c. ab anno 1500. uſq; ad 1600. cuſorum pag. 59.

Nummus Craſtrenſis
Cuſus durante obſidione Cremonenſi
Anno Chriſti 1526.



CLementis VII. Pontif. Max. Franciſci Primi Galliarum Regis: Venetorum, & Principum Italiæ confæderatorum copiæ, cum aliquandiù fruſtra Mediolanum obſediſſent, Helveticis,

ticis, & Medicæis copiis in Caſtris Mediolanenſibus relictis, Malateſtam Baleoneum Peruſienſem cum octomillibus Italorum ad obſidendam Cremonam miſerunt, qui centum tormentis majoribus, per triduum creberrimis ictibus Urbem conquaſſans, maximam murorum ruinam effecit. Erat in Urbe Conradinus Glurinenſis Cæſaris Præfectus cum mille Germanis, & quingentis Hiſpanis, qui nocturna excurſione in Caſtra hoſtium irruentes, ſtragem maximam edidere: ſigna tredecim militaria in Urbem retulere. Itali etiamſi per ruinam murorum maximus pateret aditus, impreſſionem tamen facere ſunt averſati. Hac ſuorum timiditate Julius Monferronius, ac Malateſta commoti, ipſimet per ruinas, hoſtes adorientes repримuntur. Julius cum multis aliis fortiter pugnans occumbit. Damno hoc accepto Itali Ducem Urbini cum toto Exercitu in auxilium vocare coacti ſunt, quem Germanorum Militum Virtus eum in ſtuporem, metumq; rapuit: ut non homines, ſed Cacodæmones in Urbe eſſe diceret. Obſeſſi tandem pulveris tormentarii, & aliarum rerum coacti inopia, ubi vitam, & ſalva ſua omnia pacti fuiſſent, explicatis ſignis, Urbe excedunt, eandemq; hoſti relinquunt. Durante obſidione Moneta, quam vides inter manus Militum verſata fuit.

Adamus Reuſnerius.

MDXXVI.

Raymundus de Raymundis Majoris Templi Oppidi Soncini ſuæ Patriæ Archipresbyter caſtigatiſſimæ diſciplinæ Vir, Poetica nonnulla glorioſè ſcripſiſſe fertur, quæ maximo Literariæ Reip. intertrimento periere. De illo propterea peſte defuncto anno 1528. laudabile cecinit Epitaphium Jo: Thomas Muſconius lib. 1. Epitaph. 4. at melius ejus inſinuat virtutes noſter celeberrimus Daniel Cajetanus in ſuis Carminibus MS. ubi

In Raymundum Archipresbyterum.

Eſt Vatum Raymundus, eſt Corona,
Noſtri temporis, omnium, Poeta,
Cui quantò gravior venit ſenecta,
Tantò junior eſt ei Camena,
Floreſcit Raymundus, evireſcit
Doctrina, Studio, Latinitatis,
Aſpectus, gravitate, ſanctitate,
Omni denique parte perbeatus,
Phœbeus Raimundus, una ſæcli
Noſtri gloria, & arduum Cacumen &c.

Eod. Anno.

TRanquillus Moloſſus ex Oppido Caſalis Majoris illuſtrium Virorum feraciſſimo, Nobili ortus familia, & Muſarum lacte enutritus in carminibus gravis, in eruditione diſertiſſimus primum à Secretis Patriarchæ Aquilejenſis, & demum Max. Pont. Pauli III. intimus Aulicus, à quo in Præceptorem Petro Aloyſio Farneſio Primo Parmæ, & Placentiæ Duci ſelectus fuit, cujus ſanè Principis animus erga eum propenſus multa illi contulit ſummæ beneficentiæ, ac gratitudinis teſtimonia.

Plura compoſuit carmina, & præcipuè Poemata inſcripta.

De Venatione.

Eridanus exuberans.

In Nuptiis Petri Aloyſii Farneſii Epitalamia.

De Monomachia, ac diverſi generis.

Epigrammata, Odæ, & Elegiæ, quarum multæ MS. extabant in Bibliotheca Laur. Pignoriæ, ut atteſtatur *Jac. Phil. Tomaſinus in Vit. Vir. Illuſtr.* ubi de eod. Pignoria, & in Bibl. Patavina manuſcriptorum ſcribit ab eod. Pignoria relicta fuiſſe cum aliis Dominico Molino Senatori Veneto, & tranſiiſſe in ejus Bibliographiam:

Joſeph Maltraverſius in Memorab. Caſalis Majoris Parmæ cuſis 1655. de eodem multa, & præcipuè paulò ante ejus liberculi impreſſionem ab nonullis ruſticis cadaver Tranquilli adhuc incorruptum inopinate compertum fuiſſe, cum è commiſſuris parietis exterioris, ubi meliflui Poetæ ignotus tumulus extabat, juxtà Ædes S. Mariæ apud aggerem nuncupatæ non procul ab oppido, favum ibi circumagentium, & mellificantium apum auferre tentaſſent.

Georgius Anſelmus Nepos primum ejus Epigrammaton librum Moloſſo dicat, & alia ubi optimum Rhetorem, & optimum Poetam decantat.

Julius Cæſar Scaliger, Criticus ille doctiſſimus, ac nimium audax in *Hypercritico lib.* 6. ait *Moloſſi ſpiritus ingens, nihil ſonans plebejum, multa bona in eo poematio, quo duorum certamen quoddam ſcripſit, malim tamen aliqua non potuiſſe. Hoc plerique vitio laboramus, ut libros grandiores, atque offertiores noſtros eſſe velimus.*

Lil. Greg. Gyraldus de Poet. ſuorum temporum dialog. 1. *ſcribit, & Poemata Tranquillus Moloſſus Cremonenſis, cui & ſi nondum planè aperta eſt via, ut ex ejus Verſibus collegi, pleno tamen gradu ad illam contendit, ni interdum fortè rupes aliqua ſcrupea eum remoretur, nec eò contendere ſinat, quò illi curſus fuerat*, ſed hæc reor ſcripta de carminibus in prima juventute à Moloſſo editis, cum idem *Gyraldus in Epiſt. de Incommodis direptionis Urbanæ*, in qua ejus Amicos adnumerat, de Moloſſo ſcribit.

Non Venator adeſt mihi, bellatorque Moloſſus
Grandibus hic aptus numeris, grandiſq; cothurno.

Ant. Poſſevinus in Bibl. Selecta lib. 17. *cap.* 30. per equivocum Molonum, non Moloſſum appellat.

Hon.

Hon. Domin. Caramella in ſuo Illuſtr. Poetarum Muſæo, ut forſan retunderet dicteria alicujus critici

Nec ſapiunt plebem tua grandia carmina Vates,
Nec mihi vulgaris Muſa, Moloſſe, tua eſt.

Pignoria memoratus in lib. 1. Symbolicarum Epiſtolicarum Epiſt. 33. ad Jo: Thuilium humaniorum literarum pub. Primarium Profeſſorem, ex qua plura hauriuntur in Moloſſi laudem, & miro modo conducentia ſeptem pulcherrima Epigrammata Moloſſi adnuit, ex quibus quod ſeligo in ſpecimen Moloſſæ Poeſeos, cætera conſimilia innuere poteſt.

Epita. Hadriani Pont. Max.

Longior in terris ætas tibi Sancte fuiſſet
Præſul ad innumeras prodita Olympiadas.
Si male vixiſſes. brevius tibi contigit ævum
Exemplum raræ, quod probitatis erat.

Ubi verò eum tantum Caſalenſem ſcribit, corrigendum eſt è Caſali Majori Cremon, ne Moloſſus credi poſſit orindus ab aliis oppidis ſimili nomine vocatis.

Ector Lauda in Hiſt. Caſalis Majoris MS. plura de Moloſſo ſcribit.

Eod. Anno.

Camillus de Auguſtis ex Ordine Humiliatorum Sacerdos hiſtoricis ſtudiis totus addictus ſcripſit

Annales ſui ordinis, in quibus de Viris illuſtribus memoriam agit.

Ad manus Hieronymi Mannæ Eccleſiæ Cathedralis Cremonenſis Canonici id opus perveniſſe teſtatur anno 1622. *Breſſianus in V. R.*

P. Jo: Bartholomeus à S. Claudia Nudipes Auguſtin. in ſuis luſtris Hiſtorial. luſt. 18. *fultus ejuſdem Breſſiani auctoritate id repetit.*

Alter Camillus de Auguſtis Cremon. Patritius ex Nobiliſſimo Juriſconſultorum cætu nunc degit Mediolani pro Patria vigilantiſſimus Orator, cujus Epiſtolæ mihi frequentiſſimè tranſmiſſæ, eum, quanto ingenio, & quanta in Reip. negotiis gerendis ſagacitate polleat, oſtendunt.

Eod. Anno.

Felix Manna ex eodem Humiliatorum Inſtituto Theologus, ac Sacræ Paginæ Interpres doctiſſimus Tractatus confecit, in quibus præclara ingenii, ac doctrinæ monumenta reliquit.

Super Epiſt. Divi Pauli.
Super Canticum M*agnificat.*

Item alia plura, quæ idem Breſſianus in V.R. apud memoratum Canonicum Mannam vidiſſe anno 1622. confirmat.

Ab Allegato *P. Jo. Bartholomeo* vocatur cognomine de Marema forſan non benè intellexit Breſſiani MS.

Jaco-

MDXXVII.

JAcobus Philippus Sacchus Luchini Medici celeberrimi Filius Patritius Alexandrinus hoc anno 1527. inter noſtros Cives receptus, ut ex diplomatibus recenſendis. Cum eſſet Juriſprudentia clariſſimus à Maximiliano Sfortia Med. Duce inter ſuos Secretiores Conſilii Aſſeſſores electus, nec non à Franciſco itidem Sfortia Senator totius Mediolanenſis ditionis declaratus, cum illis tot bellorum arduis temporibus, modò apud Cæſareos, modò apud Hiſpanos, & Gallos ſui Principis partes invicto pectore gereret. Demum anno 1550. Senatorii Ordinis Princeps creatus eſt, eamq; ſedem viginti annorum ſpatio optimè occupavit, anno namque 1550. die 15. Auguſti extremũ Mediolani clauſit diem, in Templo Pacis nuncupato ſolemnioribus exequiis, repoſito ejus cadavere.

Qui plura cupit de Jacobo Philippo adeat *Annales Alexandriæ Hieronymi Ghilini*, nec non *Julianum Portam in ſuo Theatro Heroum Alexandriæ lit. G.*

Ejuſdem meminere *Horatius Landus de Senatu Mediol. lib. 5. ad annum* 1529. *M. Hier. Vida noſter in Act. 3. pag. mihi* 91. *Jacobus Gadius in Memorabilibus Cremon. MS. anni* 1526. Saccum adnumerat inter fidiſſimos aſſeclas Franciſci Sfortiæ Med. Ducis, cum è Caſtro Portæ Jovis Mediolani Cremam ſe receperit: ſecum ibi aderant ex Cremonenſibus Georgius, Gadius, Paulus Somentius, Jo: Baptiſta Specianus, & Montinus de Tintis.

Ex infrà recenſendo Patriæ decreto elicitur, Mediolanenſem Senatum Cremonæ annum, & ultrà ſediſſe, & nempe annis 1526., & 27. miror ſiquidem cum nemo ex noſtris Chronographis id decus eorum ſcriptis præſtiterit, licèt in Regeſtis Archivii ſignatis G.G. annorum 1526. 27. 28. 29., & 30. clarè, & pluribi reſultet. legi hoc etiam apud *Ægidium Boſſium in ſuo tractat. Criminal. in tit. de captura num.* 20.

„ DEcuriones Reipublicæ Cremonenſis. Solent qui curam Ci-
„ vitatum gerunt quæcunq; ad eos ornandas, honeſtandaſq;
„ pertinet omni ſtudio contendere, ut aſſequantur, & non ſolum
„ ſi ad id agendum aliqua offeratur occaſio prompti eſſe, ſed om-
„ nium quoque temporum, atque horarum momenta obſervare,
„ ne quod eos effugiat, quo negligentiæ nomine accuſari poſſint.
„ Cum autem multa quotidiè ſe oſtendant, illud in primis animad-
„ vertitur, quod quidem cæteris omnibus præſtare videtur, ut
„ novorum ſcilicet Civium numero augeantur, quod quantum
„ ad amplificandas, ſtabiliendaſq; Reſpublic. faciat, ſatis ex eo
„ intelligi poteſt, quod non unum, atq; alterum ſolumodò virum
„ à Romanis olim, ſed integros aliquando populos in Civitate
„ receptos legimus. Multum verò intereſt, quando potiſsimum
„ admittantur. Nam ſine dubio illi maximè digni exiſtimandi
„ ſunt, quorum ſplendore, ac dignitatis præſtantia illuſtrari Ur-

bes,

„ bes, pariterq; auctoritate, atque ope adjvari poſſunt, ut non mi-
„ nùs benè conſultum, neq; minor his, quàm illis honoris acceſſio
„ fieri videatur, cujus rei occaſio ſi cui umquam Civitati fuit, eam
„ Cremonæ, nunc maximè oblatam fatendum eſt. Eum enim Jaco-
„ bus Philippus Saccus patria Alexandrinus vir Senatoria Ampli-
„ tudine conſpicuus, atq; equeſtri dignitate inſignis, neq; non
„ Juris ſcientia nemini ætate noſtra ſecundus, tot, ac tantis animi
„ excellat virtutibus, ut non uni tantum Urbi, ſed univerſo Orbi
„ ornamento eſſe poſſit. Exque apud Franciſcum Sfortiam Prin-
„ cipem Noſtrum, quem in omni fortuna conſtantiſſimè ſecutus
„ eſt, Auctoritate, ac gratia meritò polleat, ut rebus noſtris optimè
„ conſulere poſſit, Iſque jam diù nobiſcum verſatus fuerit, Quippè
„ cum ab obſidione Arcis Mediolanenſis ereptus jam ſuprà annum
„ Senatoriis muneribus Cremonæ præfuerit, quanto tempore ea
„ vixit nobiſcum manſuetudine morum, & facilitate, eam de ſe
„ reliquit prudentiæ, Juſtitiæ, integritatiſq; opinionem, ut ab om-
„ nibus meritò diligatur, & cum quadam admiratione certatim
„ obſervetur, ac veneretur. Nefas profectò piacul dignum judi-
„ camus, nulla tanti Viri habita ratione oblatam obſervantiæ, ac
„ benevolentiæ in eum noſtræ comprobandæ; atq; ejus pariter gra-
„ tiæ ineundæ opportunitatem oſcitanter negligere, cum ut ma-
„ ximè id tàm decori, quàm uſui Reipub. noſtræ ſit futurum. Ea
„ propter habito Conſilio, quod eſt apud nos maximum, confor-
„ mi omnium conſenſu eum Civitate donamus, quidquid cæteri
„ Cives beneficii, honoris, commodiq; ex decretis, conſtitutioni-
„ buſq; Civitatis capere ſolent, ei, Poſteriſq; concedimus, aureos
„ quinquaginta, quos hac de Cauſa ærario inferre, Extructionemq;
„ domus Florenis aureis centum, ad quam pariter tenetur, libenter
„ remittimus, Civemq; noſtrum ex animo agnoſcimus, atq; ample-
„ xamur; Cujus quidem benevolentiæ in eum noſtræ teſtimonium
„ inter acta publica referri, atq; in hanc formulam tranſcribi,
„ ſignoq; Reipub. Noſtræ ſolito inſigniri juſſimus. Dat. Cremonæ
„ Pridiè Non. Decembr. anno Salutationis Virginis 1527.

Signat. Ant. M.ª Auguſtus.

„ FRANCISCUS Secundus Sfortia Vicecomes Dux Mediola-
„ ni, & Bari, Papiæ Princeps, Angliæq; Comes, ac Cremonæ
„ Dominus &c. Cum Fideliſſima, & nobis ſummè dilecta Reſpu-
„ blica Cremonenſis Civitati donaſſet ſp. J. C., & Equitem D. Ja-
„ cobum Philippum Saccum Senatorem noſtrum dilectiſſimum
„ ſequentem nobis porrexit ſupplicationem. Decuriones Reipu-
„ blicæ Cremonenſis, ut patriam Civium numero præſertim Illu-
„ ſtrium ampliaret, quæ res maximè ad eam honeſtandam facere
„ videtur, Jacobum Philippum Saccum Virum inter Senatorios
„ præſtantiſſimum, moti ejus virtutum excellentia, Civitate do-
„ narunt, intendentes quidquid honoris, commodiq; ab aliis Ci-

vibus

„ vibus quoquo modo percipi ſolet, atq; inſuper remittentes
„ quidquid illi ærario inferre, ac cætera, quæ hanc ob cauſam ex
„ Conſtitutione Civitatis facere tenetur. Quæ omnia, & Conſi-
„ lium generale approbavit. Et quia ex lege municipali oportet
„ conſenſu Ex.^{æ} V.^{æ} ad hæc ſtabilienda accedere; Ideò eam orant
„ maximoperè atq; obteſtantur, ut velit ex ejus animi munificentia
„ ea omnia approbare, & confirmare, prò qua quidem re nihil eis
„ contingere gratiùs, jucundiuſvè poteſt. Quam cum legiſſemus
„ non potuimus non ſummoperè ipſos Cremonenſes noſtros com-
„ mendare, qui dum hujuſmodi Virum ſuæ Civitatis honoribus,
„ & commodis ſtudent inſigniri. Illud ſibi compararunt, ut hoc
„ Cive cooptato multò inſigniores, multòq; laudabiliores habe-
„ rentur, & eſſent. Eſt hujus namq; Urbis tanta præſtantia. Eſt
„ item in hoc homine ea virtutum, & animi dotium excellentia,
„ ut & ille dignus ſit hac Civitate donari, & illa quoque non indi-
„ gna tanto Cive decorari, ut enim ex hac patria magnos illi con-
„ ſequetur honores, ſic & ipſe patriæ huic non parvo futurus eſt,
„ & ornamento, & commodo, quapropter ut quantum nobis hæc
„ res placuerit oſtendamus harum ſerie hanc Civitatis donatio-
„ nem, & remiſſionem factam, omniaq; circà hoc negotium ſecuta
„ libentiſſimè approbamus, & confirmamus in omnibus, & per
„ omnia prò ut facta ſunt, eaſq; approbatas, & confirmatas eſſe
„ volumus, & jubemus aliquibus legibus, ſtatutis, ordinibus, aut
„ aliis, quę contraria ſint, non attentis, quibus omnibus, & ſingulis
„ in hac dumtaxat parte derogamus, mandantes quibuſqq; Offi-
„ cialibus, Juſdicentibuſq; noſtris, quibus ſpectat, & ſpectabit, ut
„ has noſtras ſervent, & ab aliis ſervari faciant. In quorum fidem
„ præſentes fieri, & regiſtrari juſſimus, noſtriq; ſigilli impreſſione
„ muniri. Dat. Laude v. Decemb. 1527.
„ Et ſigillata cum Sigillo Ducali magno in cera alba.

Signat. Bartholomeus Landrianus &c.

Huic Ampliſſimo Viro dicavit Ferdinandus Abduenſis Mediolanenſis ſuam diſertiſſimam Orationem, in qua manifeſte declarat Leges plurimùm Medicinæ, Philoſophiæque artibus anteferendas eſſe, cuſam Venetiis cum nonnullis Epigrammatibus anno 1546.

Eod. Anno.

FErdinandus Riparius ex recenſito Humiliatorum Numero Philoſophus perquàm notanter egregius volumina ſcripſit

De Cœlo Empireo.
Super Phyſicam S. Thomæ Aquinatis.
De Vanitate Mundi.

De Ferdinando Idem *P. à S. Claudia* loco citato poſt excurſum habitum de Divo Homobono Cremon. relato in ordine Humiliatorum; ſed perperam à quodam F. Marco Boſſio ejuſdem Ord., cum nemo ex multis, qui Vitam, & obitum noſtri Homoboni deſcripſerunt, id aſſerat, pro ut ipſe Boſſius.

Idem Breſſianus ubi ſuprà.

Eod.

Eod. Anno.

DAniel Conradus alterius Danielis Nepos, & Friderici F. V.æ S. Proſperi amborum ex præclaris Juriſperitis, Legum Doctor & ipſe perſpicuus in Coll. aſſumptus die 19. Martii 1527. bis electus à Bononiæ Rectoribus ad cauſas ibi civilitèr judicandas, fuit quidem non contemnendus Poeta, cujus

Carmina

refert vidiſſe *Daniel Cajetanus in ſuis Carminibus MS.*

In Eccleſia S. Angeli Cremonæ habuit ſepulchrum prænotatum.

Sepulchrum Nob. D. Danielis Conradi Jur. Utr. Doct., & Hæredum ejus MDLX.

De eodem *Syllabus J.C. de Coll.*
Breſſianus in Coll.

Eod. Anno.

SImplicianus Macagnus, ſeù Macaneus mirificus homo omni ſumma virtute præditus Medicis præſertim, ac Aſtronomicis ſtudiis. Acceſſit in eo Græci, Hebræi, Caldæiq; Sermonis peritia, quò fuit, ut ille doctiſſimus ſuo tempore Medicorum fuerit habitus. Scripſit

De Doloribus, & fluxu Ventris lib. 4.
De Differentiis doctrinarum, ſeù de Methodis, & Propoſitionibus neceſſariis lib. 3.
De Febribus lib. 3.

Obiit die 9. Januarii hoc anno, ut ex epitaphio *Dominici de Bordigallis* ſepultus in Templo Divi Petri de Pado, cum Inſcriptione, quàm habebis, ubi de Jo: Baptiſta Macaneo ejus Nepote erit ſermo.

Eod. Anno.

FRanciſcus Concoregius, ſivè Concoretius, ex Gymnaſio Nicolai Lucari Rhetoris facundiſſimi Alumnus, in Patria publicè literas humaniores profeſſus eſt, in quibus tùm ſoluta oratione, tùm carminibus plures eminentiſſimi ingenii partus evulgavit, qui nunc deſiderantur. Moritur die 13. Martii 1527. non autem 1528., ut innuit Cavitellus in Annal. eod. anno. Noſtro Concoregio ſi contigiſſet vivere M. Antonini Philoſophi Imp. temporibus ejus præceptionem haud ſpreviſſet, ſtatuamq; ei erigendam curaſſet, nam inquit *Piccart. obſervat. hiſt. Politic. Decad. xi. cap. 9.* Univerſum autem omnibus Magiſtris ſuis tantum honoris habuit, ut imagines eorum aureas in larario habuerit, ac ſepulcra eorum aditu, hoſtiis, floribus ſemper honoraret.

Franciſcus Zava in Carmin. lib. 2. eumd. ſic refert.

Nec te prætercam, cui Concoregia Muſa
Attica mella dabat nomine dicta ſuo,
Franciſce heu fatis numquam ſublate ſecundis
Neſtoreos annos vivere dignus eras.
Religione potens, & nobilitate coruſcus,
Quem cathedra ardentis vexit ad aſtra poli.

Jo. Jacobus Crottus in Oratione funebr. pro Lucaro, Joannem etiam Franciſcum appellat.

Faballus in oratione de Gymnaſ. deligendo.

Daniel Gajetanus pro eodem habuit funebrem orationem, & plura carmina, quæ vidi in ſuis MS.

Vectiolus in Oration.

MDXXVIII.

LUdovicus Cavutius Caucini F. V. S. Michaelis, ut ajunt, Veteris ex Decurionibus Patriæ integerrimus, ex Juriſperitis doctiſſimus hoc anno in Ampliſſimo Collegio locum obtinet die 3. Februarii, Mediolani Orator apud Franciſcum II. Sfortiam Patriæ vices ſubſtinuit, ubiq; clarus, moribus, virtute, & genere, cujus in Jure Conſultationes Oraculi conſilia reputabantur. Laudatur egregie *ab Ant. Campo hiſt. lib.* 3., *ab Alex. Lamo in ſomnio cant.* 2. ubi..... *e Ludovico*

Cautio ch' hebbe tutta ſcritta in mente
La ſcienza morale &c. Breſſiano in Coll. J. C.

Cum hoc pariter anno conceſſum fuiſſet Illuſtr.^mo Juriſtarum Coll. privilegium, ejuſq; confirmationem circà militum hoſpitationes, optimum ſentio ea omnia hic recenſere.

PRIVILEGIUM FRANCISCI II. SFORTIÆ.

„ FRANCISCUS II. Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, ac
„ Bari, Papiæ Princeps, Angleriæq; Comes, ac Cremonæ Do-
„ minus &c. Nomine egregiorum D. Juriſp. Civitatis noſtræ Cre-
„ mon. ſupplicatio nobis exhibita fuit tenoris hujuſmodi videlicet.
„ Excellentiſſime Princeps. Aliàs, & tempore Clariſſimi Fran-
„ corum Regis Ludovici conceſſa fuerunt Vener. Collegio Do-
„ ctorum Juriſtarum Mediolan. nonnulla privilegia, quæ ſucceſ-
„ ſivè dicto tempore conceſſa fuerunt ſacroſancto Collegio Do-
„ ctorum Juriſtarum Cremonæ, & quia in præſentiarum fideliſſi-
„ mum Excell. V. Collegium antedictum Civitatis Cremonæ
„ poteſtatem non habet exhibendi dicta privilegia, humiliter Ex-
„ cell. V. ſupplicatur, ut dicto Collegio, ſeù ejuſdem Collegii
„ Doctoribus ſuis fidelibus concedere dignetur, ut aliquo nec
„ nunc, nec in poſterum hoſpitandi milites cujuſcunq; generis
„ ſint, onere arctentur, & cætera privilegia, ut ſuprà conceſſa ſtent
„ in ſuſpenſo, donec ea præſentata fuerint Excell. V. quibus conſi-

deratis

„ deratis Excell. V. quid concedendum ſit, ſtatuet, cujus continentia conſiderata, honeſtæ ſupplicantium petitioni annuere volentes. Tenore præſentium decernimus, & jubemus ſupplicantes ipſos, & quemlibet eorum fore, & eſſe exemptos, & immunes ab onere hoſpitandi milites cujuſcunq; generis exiſtant, & hoc uſquequò recitata privil. ut ſup.[a] conceſſa præſentata nobis fuerint, quibus poſteà viſis quid ſervandum fuerit ordinabimus; Mandantes quibuſcunq; Collonellis, Capitaneis, Militibus, Foreriis, Deputatiſque ſuper hoſpitationibus, & cæteris omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit, ut has noſtras obſervent, & exequantur, ac obſervari, & executioni mitti faciant, neque in hoc deficiant pro eo, quanti gratiam noſtram faciunt, in quorum fidem præſentes fieri, & regiſtrari juſſimus, noſtriq; ſigilli impreſſione muniri.

„ Datum Laude die 23. Januarii 1528.

Signata Franciſcus, & *Subſcripta* Riccius, & ſigillata cum Sigillo Ducali.

Confirmatio Privilegii Franciſci Secundi.

„ FRANCISCUS Secundus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, & Barii, Papiæ Princeps, Anglerięq; Comes, ac Cremonæ Dominus &c.

„ Quùm petiiſſent agentes pro Collegio egregiorum Juriſtarum Civitatis noſtræ Cremonæ, in Senatu noſtro comprobari literas immunitatis, & exemptionis hoſpitandi milites, ejſdem per nos conceſſas, dictum fuit, ut darentur fiſco, & ſi quid in contrarium haberet, maturè poſſet opponere. Reſpondit unus ex Fiſcalibus noſtris, & ſi à jure Doctores legum, præter legentes, fortaſſis, à munere recipiendi hoſpites non ſint excuſati, tamen quoniam in eis plurimum verſatur utilitas publica, ità ut nullum aliud ſtudium in Civitate meliùs excogitari poſſit, nec ad utilitatem fructuoſius, nec ad dignitatem amplius, nec ad urbis famam pulchrius, & ob hoc præcipuè effectum eſſe, ut pleriſq; privilegia concedantur, ne à ſtudio, quod totum hominem requirit, ullo pacto diſtrahi poſſint, ſe ſe remittere Senatui noſtro, & eo magis, quod cognoſcit immunitatem, & exemptionem iſtam concedi venerando Collegio Civitatis noſtræ Cremonæ, quod Viris, & doctiſſimis, & eloquentiſſimis abundat. Auditaque viſumq; relatione unius ex Senatoribus noſtris, cui talis provincia demandata fuerat, cenſuit idem Senatus noſter, ipſas Immunitatis, & Exemptionis literas approbandas, & confirmandas eſſe. Quod & nos, ut alia omnia aſſolet, rectè factum exiſtimantes, identidem ſancimus, & volumus, ipſaſq; literas confirmamus, & approbamus; In quorum fidem præſentes fieri juſſimus, noſtriq; ſigilli munimine roborari. Dat. Laude 11. Februarii 1528.

Subſcripta Bartolomeus Landrianus, & ſigillata cum ſolito Sigillo Ducali.

Eod. Anno.

FRanciſcus Marianus Medicinæ Doctor, Philoſophus, & Aſtronomus perquàm eximius, Homo quidem, & laude virtutis, & nobilitate perſpicuus. Scripſit

De Morbo Gallico lib. 5.

De Balneis, *& de Febribus lib.* 3.

ex ſequenti lapide in anteriori periſtylio Cœnobii S. Dominici Cremonæ ſub effigie S.mi Servatoris noſtri de eo legi poteſt, quantus homo fuiſſet.

Franciſcus Marianus Art., *& Medicinæ Doctor in Collegio Phyſicorum Cremonæ*, *& Papiæ cooptatus Primùm in Ticinenſi Gymnaſio Logicen*, *Phyſicen*, *& Metaphyſicen Annos XX. pub. legit: deindè ea Urbe à Gallis obſeſſa Piranum Iſtriæ optima conditione accerſitus Medicinam egregiè exercens obiit Anno* MDXXVIII. *Translatuſq; à Jo: Baptiſta Fratre in Com. Familiæ ſepulchro jacet F.B.M.M.D.*

Hujus Mariani habetur elegantiſſimum Epigramma cuſum ante Orationem Jo: Jacobi Crotti, qua deflet, ut innuimus, Nicolaum Lucarum.

De eodem *Campus in hiſt. lib.* 3. *anno* 1582. ubi de Juliano Mariano. *Alex. Lamus in ſomniis cant.* 2.

Eod. Anno.

PEtrus Manna Medicus, Phyſicus, & Philoſophus ex Cremon. Collegio præclariſſimus filius Cataldi Medicinæ Doctoris pariter præſtantiſſimi apud Franciſcum Sfortiam II. poſtremum Mediolani Ducem Archiatri dignitate decoratus conſeſſit. Ejus opera deſiderantur; quanti igitur nominis, & virtutis fuerit arguere non erit difficile, cum Gabriel Falloppius Mutinenſis inſignis Medicinæ profeſſor ejdem dedicaverit Volumen Obſervationum Anatomicarum, & inter alia in præfatione ſic habet. *Hoc meum inſtitutum*, *ut ad ipſum redeam*, *doctiſſime Pater ad ultimum uſque calcem*, *niſi tu impedimento eſſes*, *perduxiſſem*. *Verum auctoritati*, *ac exiſtimationi*, *qua apud me plurimum vales*, *deeſſe non potui*, *cum ſtatim de voluntate tua certior ſum factus*, *arrepto calamo partem aliquam eorum ad te ſcribam*, *quibus carere artem anatomicam*, *vel potiùs aliorum anatomicorum ſcripta obſervavi*.

Hoc libenter, *mihi crede*, *ſubterfugerem*, *ſed neſcio quo vultu Philoſopho ſapientiſſimo*, *medico experientiſſimo*, *nomine*, *ætate*, *ac moribus graviſs. & de me quoq; optimè merito*, *tibi*, *inquam*, Patri *amantiſſimo hoc officii genus negare non poſſum*. *Quarè ſcribendum eſt*, *lubenſque ſcribo*. *Sed antequam ad enarrationem veniam*, *hæc audi*. *Primum cum iſta ad te ſcribam*, *ea ſincera animi puritate hoc facio*, *veluti ſi Patavinæ Scholæ Medici*, *ac Philoſophi ad Galenum*, *aut ad Valeſium ipſum ſcriberent &c.*

Jo:

Jo: Thomas Muſconius in Epitaphiis lib. 2.
De eod. Alex. Lamus in ſomniis cant. 2.

Segue il Manna Cataldo, & hà per mano
Pietro ſuo Figlio in Medicina raro,

Hujus Petri penès me reperitur Numiſma, in cujus anticā parte icon cum literis *Petrus Manna Medicus Cremonenſis*, & in poſtica, homo ſedens proſpiciens in Cœlum, ex quo Angelus deſcendit cum lemmate *Cede Deo*.

Aliud ejuſdem Mannæ Numiſma innuunt *Paulus Mar. Terzagus, & Pet. Fran. Scarabellus in deſcript. Muſæi Septaliani.*

Ant. Campus libro 3. *pag. mihi* 73. ubi commemorat Franciſcum Mannam ejus filium Medicum inſignem.

Vide Marmoream Inſcriptionem, in qua nominatur ſub Cataldo ejus Patre anno 1500. in primo Volumine.

Memoratur, & in ſubſequenti Epitaphio in Sacello S. Dominici ad Ædes ejus Nomini dicatas, Cremonæ.

Cornelia Manna, Petri Mannæ Med.ⁱ Phyſ. Præſtantiſſimi Filia, Balthaſſaris Amati Ux. V. ſibi uni hoc ſepulchrum F. ante aram hanc Diuæ Magdalenæ dicatam, cui Aræ pecuniam ad quotidianæ Miſſæ Sacrificium faciendum piè legavit. MDC.

Cavitell. in Annal. ad annum 1528. ubi memorantur alii Inſignes Medicinæ Doctores tunc viventes, ſcilicet Jacobus Alierus, Jacobus Barbos, Hieronymus Carenzonus, Simplicianus Macaneus, M. Antonius Hala, Homobonus Offredus, Georgius Fondulus, & Hieronymus Lugarus, quo quidem anno Cremonæ à principio Menſis Februarii uſq; ad menſem Decembris Peſtis horribiliter ſæviit, quæ in tota ferè Italia contabuit, ſubſequta exindè rabida fame, Infantibus, pueriſq; utriuſq; ſexus parentibus orbatis, atque auxilio, propè mortem, deſtitutis, Venetiis, præcipuè maximum fuit ſubſidium inaudita pietas Viri, verè Incomparabilis, & Divini Hieronymi de Mianis, Ven. Reg. Somaſchenſium Inſtitutoris, qui omnium Pater proprio ære iiſdem plura conſtituit Brephotrophia, cujus religioſiſſimo exemplo ibi etiam Paganus Ponzonus Patritius, Canonicus Cathedralis, ac Homobonus Lizarius Heremita tùm pueris, quàm puellis, Orphanis nuncupatis, ædes, & opes, ut benè viverent, aſſignarunt. Durat adhuc, & vigebit in ævum charitas adeò Viva devoto exculta fervore per PP. ejuſdem Somaſch. Congr. piiſſimos Alumnos.

Eod. Anno.

TAddæus Fancianus Matthei Filius ex Inſula Dovarienſium Diæceſis Cremonæ laureatus J. U. D. Bononiæ, Venerabilis Sacerdos, ſcientia præclarus, ingenioq; acutiſſimus, moribus modeſtus, atq; omni doctrina præditus amicitiæ tenaciſſimo vinculo devictus cum celeberrimo Poeta, & Oratore Daniele Cajetano, à quo in ſuis M.S. ſæpiſsimè laudatur, & præſertim ſcribens.

Ad

Ad Barnabam Puteum.

Illud, quod Veterum inſtitutione
Dicunt hendecaſyllabum Poetæ,
Solus tollit in aſtra Fancianus
Taddæus, melius, diſertiuſq;
Nullum ſcribere &c. & alibi.
Vates, optime Fanciane Vatum &c.

oh utinam ejus opera, ſicuti ejus Laureæ Legalis Privilegium, penès me ſervarentur.

Eod. Anno.

JAcobus Alierus Artium,& Medicinæ profeſsor excellens, qui ſummám facultatis laudem nactus eſt, quùm Cremonæ ſæviret peſtis anno 1528., ut teſtatur *Cavitellus in Annal.* ſcripſit.

De Remediis contrà Peſtem,

& hic obiter Paracelſi Nugas demiror, qui *in ſua occulta Philoſophia lib. de Imagin.* diſerit Peſtem ex regione per imaginationem in aliam traduci,inquiens, ſi quis in Gallia exiſtens Fratrem audiat in Italia peſte obiiſse, is ſua fortè imaginatione poteſt ſibi ipſi peſtem adſciſcere, & deindè alios, & totam Galliam inficere &c.

Eod. Anno.

JOannes Franciſcus Valvaſorius de Argenta nuncupatus Legum doctor clariſsimus, Patriæ Collegio adſcriptus die 15. Septembr. 1505. Elegantia in eo ſermonis, & copia, & gravitas ipſa, atque prudentia. Ejus ingenii partus reliquit

De officio Prætoris
De Advocato Fiſcali
De Jure Civili, & Reip. dignitate.

In anteriori peryſtilio Cœnobii S. Dominici Cremonæ legitur hoc Epitaphium.

D. O. M.

Jo: Franciſco Valvaſori Argentæ J. C. Juſtitia, Fide, Pietate, cæteriſq; animi Virtutibus clariſſimus regnavit in Juditiis, Patriam à Gallis ſervavit, Domi omnibus muneribus, Foris legationibus in Reges egregiè functus eſt difficilibus Reip. temporibus intempeſtivè deceſſit. Jo: Galeat. Frat. opti, atq; I. M. P. Vixit ann. XLVIII. *Menſ.* XI. *obiit* VII. *Id. Sept.* MDXXVIII.

Daniel Cajetanus de eod. in Carm. *MS.*
Ant. Campus hiſt. lib. 3.
Breſſian. in Coll.
Syllab. J. C. Coll.

Floruit, & alter Jo: Franciſcus iſtius Nepos, *ut in Epiſt. Franc. Zavæ.*

Eod.

Eod. Anno.

HErcules de Sanctopetro bonarum artium peritiſsimus Græco, Perſico, & Syriaco idiomate doctiſsimus in Patria Rhetor maxima cum laude adoleſcentes inſtruxit. ejus opera ſunt

De Inſtauratione ſcientiarum lib. 2.

Variarum Lectionum lib. 2.

Adnotationes ſuper Ariſtot. Politic.

Breſſian. V. R.

MDXXIX.

JAcobus Antonius Riccius Soncinenſis, cujus raras animi, & virtutum apud Med. Ducem dotes indicat lapis in crypta ſub Eccleſia S. Jacobi Oppidi Soncini culta per P. D. Ord. Præd. S. Dominici

Ann. MDXXVIIII.
XI. CAL. OCTOBRIS.
Jacobo Antonio Riccio
Cubiculario raro Virtutum,
Atque ætatis Adoleſcentia
Immortalis Gloriæ ſpe haud dubia
Immatura Morte ſubrepta
Fidelis obſequii,
Jucundæ Aſſiduitatis memor
Franciſcus Secundus
Sfortia Mediolani Dux
Princeps Quartus P.
V. An. XVIIII. Ob. Sol.

Eod. Anno.

GEorgius Gazzus, ſeù Gadius virtute, & prudentia incomparabilis à Ludovico Sfortia anno 1493. à Secretis intimis Blancæ Mariæ Sororis Jo: Galeatii Med. Ducis, & Maximiliano Imperatori Auguſto nuptæ, cum qua Germaniam petiit. Anno verò 1529. à Franceſco II. Sfortia Mediolanenſis Senator deligitur eidem prædilectus cum anno 1534., quo Chriſtiernæ Caroli V. Neptis Regis Daniæ Filiæ nuptias contraxit, Gazzo, ut reffert *Ant. Campus Hiſt. lib.* 3., & poſt eum Horatius Landus de Sen. Mediol., lib. 4. literas dedit, inter quas, verba præciſa leguntur. *Temmo per certo vi debba eſſer ſtato gratiſſimo haver inteſo il Matrimonio noſtro, perche in ogni tempo ſiete ſtato, deſideroſo dell' honore, commodo, e ſtabilimento noſtro. Così vi ringraziamo, dicendovi che ſperiamo ſotto l'ombra della Ceſarea Maeſtà, mediante etiandio detto Matrimonio le coſe noſtre, e dello ſtato noſtro debba pigliare meglior forma di quella è ſtata fino al preſente. Dio vi conſervi* 15. *Giugno* 1534. Verum terrenos honores deſpiciens ad Patriam reverſus ordinem Humiliatorum ingreditur, in quo ſummis ejus animi dotibus, &

virtu-

virtutibus annuentibus Præpoſiti Generalis Miniſterium invito animo ſuſcepit, & fertur ad æternos honores evectum fuiſſe anno 1538.

Hìc homo ſingularis memoratur ab *Ant. Campo Hiſt. lib. 3. ubi ſuprà.*

A Cavitello Annal. anno 1529.

A Lando ubi ſuprà.

A Cajetano in carmin. MS.

A Crotto in Oratione funebri Nicolai Lucari.

A Breſſiano in Corona Vir. Illuſtr.

Eod. Anno.

STephanus Guſpertus apud excelſum Conſilium Franciſci Sfortiæ II. Mediolani Ducis à Secretis, & tanquàm Vir in literis eximius commemoratur *à Lud. Cavitello ad annum* 1529. *in Annal.* de eodem *Campus in hiſt. lib.* 3. *anno* 1530. Obtinuit ab eodem Principe grati animi titulo pro ſe, ſuiſq; deſcendentibus Magiſtratum ſuper viis, & Aggeribus Civitatis, & Provinciæ Cremonenſis.

Hic Stephanus cum eſſet Ducalis Cancellarius tractavit Viglevani tabulas donationis factæ à Lud. Sfortia Mediol. Duce Beatrici Eſtenſi Uxori ſuæ anno 1494. die 29. Januarii, cui ex teſtibus interfuit Laur. de Mozaniga Cremon. Ducalis Militiarum Gentium Commiſſarius Generalis ex relatis *à J.C. Sitono in Sylva*, cui tit. *Reges Ital., ac Med. Duces*. Gusbertus etiam à Franc. II. Sfortia fuit unà cum ſuis Poſteris immunitate donatus. Privilegium eſt datum Laude 15. Maii 1528. *ut in regeſtis Archivii G.G. fol.* 180.

MDXXX.

ANtonius Maria Zacharias natus ſeptimo, à conceptu, menſe anno 1500. Genitoribus Lazaro, & Antonia de Piſcarolis patritia nobilitate, ſeù melius probitate clariſſimus, dum Puer eſſet Patre orbatus in piiſſimæ Genitricis amplexibus prima Catholicæ charitatis rudimenta ſuſcepit, hæc nihil ſuavius habebat, quàm unicum filium prędiligere, ut de ipſa dici poſſet. *Omnis in hoc Puero caræ ſtat cura parentis*; ſciebat enim filios educandos eſſe in diſciplina, & in correptione Domini; educati ſiquidem à parentibus per Sanctos, & juſtos mores boni meritò evadent, & quid majus? Antonius Maria puerili illa ætate, ut Gigas, pietatis operibus eruditus ſeminudo Pauperi ei opem poſcenti ſericas veſtes exuens, elargitur. maximè curſus inditium in divinæ virtutis prodromo, ſi ut habemus in Proverb. 20. 11. ex ſtudiis ſuis intelligitur Puer. humanioribus literis in Patria non modicè inſtructus Patavinum Gymnaſium adivit non effrænis, ut ſolent inconſiderati adoleſcentes, libertate laſciviret, ſed ut Deo primum, Philoſophiæ poſtmodum, & medicinæ incumberet, ex quibus

aſſumpta

aſſumpta laurea anno ætatis ſuæ undeviginti in Patriam rediit. Verum purgato mentis acumine excogitans melius eſſe, quàm ægris corporibus pharmaca dubia parare, animæ propriæ ſaluti conſulere, clericatui ſe totum dedit non abſq; theologicis ſtudiis, quibus præpollens exclaruit, Sacerdos efficitur, & primum celebranti incruentum ſacrificium Angelos, fertur habuiſſe aſſiſtentes. Patriæ tunc ærumnis, & calamitatibus ægrè agitatæ concionibus evangelicis, quas in plenis ædibus S. Geroldi habebat ad populum, ejus virtutum exemplo ſolabatur, patrimonium pingue in egenos, & miſerabiles eleemoſynis diſtribuendo præſeferens. Patriæ Pater, tali communi omnium concentu appellabatur: Mediolani deindè dum degeret anno 1530., ne jus civilitatis, quo antiquitus ejus familia donata fuerat, deperderet, ob prædia in agro Mediolanenſi poſſeſſa arctiori neceſſitudine contracta, cum maximæ probitatis Viris Jacobo Antonio Morigia, & Bartholomeo Ferrario ambobus ibi Patritiis ſanctum iniit triumviratum, obtentiſque literis ab Apoſtolica Sede, ſummum gerente Pontificatum Clemente VII. anno 1533. Regularem Clericorum ordinem ſub titulo S. Pauli inſtituit, addictiſq; ſibi aliis ſociis, eos ad indumentum ſecularium Clericorum conſimile, humiliori quidem, & abjectiori forma admiſit, omnia ſua bona, & jura Congregationis in ejus exordio ceſſit, eiſq; ſpoliari voluit, ut verus Chriſti Pauper efficeretur, & Deum Crucifixum tantumodò quęreret, nam Viſcus delectationis terrenæ, volare non patitur, & citius retrahit mentem, ſi fortè aliquandò ſublevetur, Totus, inquam, ſuæ religioni deditus in miſſionibus alter Apoſtolus emicuit, divino ſermone potens ſacris confeſſionibus audiendis addictus, jejuniis aſſiduus, orationibus indefeſſus, & aliquoperè viſus fuit in ſublime ferri, ut dictum fuit; in tolerandis injuriis manſuetus, imperio præcipuo, ac poteſtate in Demones, virginitate, humilitate, patientia, charitate confulgens, nec non ſpiritu prophetico donatus horam ſui ſanctiſſimi obitus prænunciavit die quinta Julii ad meridiem anni 1539. Cremonæ in oſculo Domini ſequuti ætate annorum novem ſuprà trigeſimum, non ſine Concivium, ac piiſſimæ Matris adhuc ſuperſtitis lacrymis, & dolore. Hìc operarius in Vinea Domini diligentiſſimus, Demonum expugnator, & Dominici Cultus reparator ingenti concurſu, & Populorum veneratione Mediolanum defertur, poſt mortem arca lignea incluſus, cum enim certam domum, aut templum, ubi ſuorum condere poſſet cadavera haberet Congregatio, in ædibus Angelicarum Virginum S. Pauli deponitur, & in hanc diem, quo decet, cultu honorifico penès eas ſervatur, quas ipſe, ut preci Ludovicæ de Torellis Vaſtallæ Comitiſſæ annueret, inſtituerat, ad cujus ſimilitudinem Valeria de Alieriis noſtræ Urbis Vidua, & Matrona ſelectiſſima Antonii Mariæ ſanguine juncta, ejuſq; pietatis operibus non immemor anno 1548. ædes ſanctimonialium S. Marthæ

fundavit, Angelico prænomine eiſdem adiecto non ad jactantiam, verùm ad Angelicos mores, & perfectionem emulandum: Fuit Antonius Maria, ut de eodem prolixè, & erudite ſcribit *Anacletus Siccus in ſynopſi Cler. Reg.* juſta corporis ſtatura, habitudine ſana, ac vegeta, licèt nervis minus robuſtus, facie jucunda oblunga potiùs, quàm rotunda, aſpectu gravi ſanctitudinis ſpeciem præſeferente, majuſculis oculis, ac nonnihil prominentibus, atro ſupercilio, & capillo, barba denſa modicè promiſſa, colore ſublivido.

Ejus literaturæ inditia perehibent Epiſtolæ Divi Pauli quarum ſtudio mirificè delectabatur, ut ipſe conſimiles Sancti Spiritus ardore repletus exararet, earum exemplaria nonulla in ſynopſi leguntur.

Sermonum ſuper Decalogi præceptis Volumen egregium MS. fuiſſe apud PP. refert idem *Anacletus*, item (*Conſtitutiones ejus ord.* quas ipſe Primus deſcripſit. *Opuſculum* inſuper, quod ad proprium uſum ex dictis SS. Patrum præſertim conſcripſerat; poſt ejus deceſſum ad Sancti Viri memoriam, & publicam utilitatem typis pluries commiſſum fuit, ut vidi, Venetiis apud Jo: Baptiſtam Somaſcum 1583. Mediolani, apud Jo: Jacobum Cumum 1614., & 1620. & circumfertur hoc titulo.

Detti notabili raccolti da diverſi Auttori per il R. P. Ant. Maria Zaccaria da Cremona opera divotiſſima. In Epiſt. nuncupatoria de Vita Authoris quædam memorabilia habentur, & F. Deſiderius Anichinus Veron. in fine Epiſtolæ ad Lectorem hæc exprimit. *Queſto catholico libro è pieno di fiamme divine, perche l'è diſtruttione delli Heretici, e Vita de Cattolici.*

Lugduni editum fuit anno 1625. gallica lingua verſum, cujus Traductor ſtatum Viri Ven. denotat ignorare, cum ex ordine S. Dominici apellet. Romæ ultimo loco, apud Mancinum 1670., impreſſum, latino idiomate tranſtulit Jo: Auguſtinus Gallicius Præpoſitus Generalis ejuſdem Congr. hoc titulo. Axiomata Sacra Apices Chriſtianæ Perfectionis innuentia, Indice Ven. Servo Dei Ant. Maria Zacharia Congr. Cler. Reg. S. Pauli Primario Inſtitutore; in Epiſtola Candido Lectori nuncupata plura exprimit laudabilia de tanto Viro.

Ejuſdem cum Elogiis meminere Scriptores omnes, qui de rebus Patriæ Scripſere, ſed præ ceteris, ut dixi, Concivis noſter ſtudioſiſſimus *Anacletus Siccus Cler. Reg.* ex eadem Congregatione in ejus Libro edito deinceps, & ad complementum redacto per Valerianum Madium ejuſdem ordinis Mediol. 1682. cui tit. *De Cleric. Regul. S. Pauli Congregatione, & Parentibus ſynopſis Hippolytus Maraccius de Fundatoribus Marianis cap.* 33. ubi plura ſcribens inter alia, quod fuerit Zaccaria egregie laudatus per Seraphinum Firmanum Can. Regul. Lateran. ejuſdem Ævi ſcriptorem celeberrimum, & ejdem coniunctiſſimum, ut confirmat *Celſus Roſinus in Lyceo Lateran. lib.* 16. *pag. mihi* 223. at nimia quadam

dam affectione erga proprium inſtitutum, errat quidem, ubi Franciſcum Mariam vocat noſtrum Zaccariam.

Chriſtophorus Giarda. Novar. Cler. Regul. poſtremus Caſtri Epiſcopus noſtri Herois geſta deſcripſit, ut ex eodem Maraccio, & Muſeo Novarienſi Amici mei eruditiſſimi Lazari Auguſtini Cottæ.

Jo: Baptiſta Fontana de Comit. in Vita Ang. Paulæ Ant. de Nigris pag. 437. refert Epiſt. Zacchariæ Angelicis Monialibus S. Marthæ Cremonæ directam.

Joannes Cinellus in Bibl. Vol. plut. 12.

Rutil. Benzonus de Jubil. l. 1. *cap.* 8.

Jo: Petrus Gluſſianus in Vita S. Caroli lib. 5. *cap.* 8.

Auguſtinus Terzagus Med. in Poeſi pag. 31.

Auguſtinus Torniellus, & Jo: Antonius Gabutius Novarienſes in MS. & alii plures, quos arduum eſſet adnumerare.

Hic tamen juſta percitus ira reticere haud poſſum, quin acerrimè non inveham contra deliramenta, quæ fabulosè, ſeù potiùs malitiosè ſcriptitavit Hadrianus Damman Gandavenſis Author damnatiſſimus, ut in Indice Librorum vetitorum habetur, in ſuo opuſculo Imperii, ac Sacerdotii ornatus, inſcripto, & præcipuè in Commentariolo Sacerdotum poſt tot Icones repoſito, ubi de Inſtitutoribus ordinum. iſte namq; labiis iniquis, & lingua doloſa figmenta evomit contrà ennarratam Vaſtallæ Comitiſſam, quæ, ut blaterat, ſuaſu, & Conſilio Fratris Baptiſtæ Cremonenſis Dominicani ex Viris pariter, & Fæminis Sacerdotibus inſtituit Sodalitatem &c. cætera, quæ ponit, referre horreſco tanquam impia, ſcandaloſa, & hæreticalia; quicquid ſit indigitare ſtudet Inſtitutum factum à Noſtro Ven. Ant. Maria, quem, ſub anno 1537. F. Baptiſtam perperam, & hiſtoriarum imperitus, appellat.

In Templo Divi Angeli Cremonæ hoc legitur Epitaphium ſuper tumulo, in quo ſepultus eſt Lazarus noſtri Ven. Ant. Mariæ genitor.

Sepulchrum Nob. DD. Paſchalis, & Lazari Fratrum de Zacchariis, & Hæredum ſuorum Ann. MDIV.

Eod. Anno.

Hieronymus Claravaceus ab oppido inſigni Piceleones Cremonenſis Oriundus nunquam interituræ memoriæ Vir in pangendis Carminibus verè admirabilis, cujus extant *Faſtorum libri XII. Mediolani apud Franciſcum, & Simonem Moſchenios* 1554., quos Joannes Jacobus Gabianus Paulo III. Summo Pont. dicavit, & Homobonus Claravaceus Auctoris Nepos direxit Alexandro Farneſio S. Laurentii in Damaſo Cardinali, nec non notis Marginalibus, & Indice completiſſimo opus dictavit.

Pro explanatione operis hic ſubnectitur Octaviani Vineati Laudenſis Ode, quæ Libro ipſi præmittitur.

ROma dum Faſtos memorat priores
Exiſtat mæſtas Italùm ruinas;
Perditum Vatis medium laboris
Hoſte furenti.
Pontifex nullos referebat annos
Integri curſus; varioq; menſe
Templa fragrabant redolente thure
Sacra Deorum.
Jam ſatis Clio ſuperos rogavit
Carmine, & mixtis lachrymis Thalia,
Et ſatis dulci cythara rogavit
Pulcher Apollo.
Ut novus Vates oriens Olympo
Scriberet Faſtos latio vagantes,
Et pios cultus, ſolidamq; Chriſti
Religionem.
Dignus hic tanto ſuperum favore,
Sivè quod Chriſti fuerit Sacerdos,
Vel ſuas promptus celebrare laudes
Ore profundo.
Laurea donandus erit corona
Inter omnes Italiæ Poetas,
Non manus doctas metuet ſubire
Judice Phæbo.
Tutus ibit Pontificis Phaſello
Per graves vaſti Oceani procellas
Lilliis gaudens, velut Argonavis
Vellere Phrixi.

De eodem *Conradus Geſnerus in Bibl.ª Inſtit.*
Jacobus Gaddius Florentinus de Script. non Eccleſiaſt. p. p.
Draudius Bibl. Claſſica.
Laur. Legatus Muſ. Coſpiano lib. 2. cap. 1., & alibi.
Breſſianus in opuſculo MS. inſcripto Origine di Pighettone non benè Hieronymum vocat de Miaravacca.

Eod. Anno.

OTtobonus Pozzettus, e Sabloneta Diœceſ. Cremon, de quo egregiè *Conſtantius Landus* Eques, ac Patritius Placentinus, Complani Comes, in ſuis explicationibus in veterum numiſmatum Romanorum miſcellanea, ubi Caſtoris, & Pollucis Numiſma exponit, ità habet: *Ottobonus Pozzetus Sablonetenſis à civibus meis, ut græcas, & latinas literas publicè profiteatur, ſuperioribus annis conductus, munus ſibi delatum, & demandatum, inſigniter, ac præclarè obit. Nam in prælectionibus, hortatoriis orationibus, quæ ſcolaſticos ad literarum ſtudia animoſiores accendant, uti ſolet ſtylo, & facundia Ciceroniana; vir mehercule ità eruditus, ac facundus,*

ut

ut dignus ſit, quem auctiori ſalario Civitas Placentina demereatur.
Docuiſſe etiam Parmæ ſcatet *ex Oratione* 4. *Faballi ad Decuriones Cremonenſes in controverſia Gymnaſiarchiæ.*

Eod. Anno.

MElchior Aymus Nicolai F. V.^æ Majoris Mercatelli J. C. Patriæ Decurio, & celeberrimus in Jure Advocatus Collegium ingreſſus eſt die ultimo Maii 1530. cujus plura ad hanc uſque diem in legibus Oracula Venerantur, ejuſq; inclytis cineribus in Templo Divi Bartholomei marmoreum Mauſolæum hac Epigraphe inciſum indicat quanti fuerit vivens.

Melchiori Aymo. J. C. Clariſſimo,
Qui ob Egregias ejus virtutes, & ſingularem in Patriam pietatem non minori civibus ſuis commodo, ac ornamento fuit, quàm Joannes, Balthaſſar, & M. Antonius ejus majores, qui cum in Jure Civili excellerent ſuæ Utilitatem publicam præferentes nominis ſui memoriam reliquerunt. Ludovicus J. C. Vincentius Phyſicus, Joannes Paulus, & Jo: Baptiſta Filii Patri Cariſſimo, & B. M. Mæſtiſs. PP. Vixit annos LXX. P. M. obiit pridiè Idus Septembris MDLXX.

Hoc epitaphium refertur à *Suvertio* in libro, cui tit. *Chriſtiani orbis delitiæ &c.* ubi de Cremona.
De eod. *Ant. Campus lib.* 3.
Cavitellus in Annal.
Breſſian. in Coll. J. C.
Laudatur *à Petro Pectorelo J. C. in adnotationibus ad ſtatuta Buxeti in Rubr.* 43.

Eod. Anno.

COllatina Treccha illuſtris ejus ævi Matrona, Locum habet cum cæteris Nobilibus Fæminis, de quibus ſuo loco, quarum *Epiſtolas excuſas Venetiis dedit Jolitus anno* 1548. occurrit namq; pag. 126. Collatinæ Trecchæ.
Ad Cleopatram Cottam Epiſtola.

Eod. Anno.

PHilippus de Nicolis Franciſci Filius ex oppido Caſtrileonis. eloquentia ſumma, & poeſi præclarus, ex Ven. Coll. Notariorum Cremonæ à Secretis Andreæ Burgi Caſtrileonis Comitis, & exindè Invictiſs. Caroli V. coram quo, ac Clemente VII. Sum. Pont. nec non S. R. E. Cardinal. aliiſq; Prælatis, & Principibus, in Eccleſia S. Petronii Bononiæ congregatis die 24. Febr. 1530. elegantiſſimam habuit latino ſermone Orationem maxima omnium adſtantium admiratione, aliaq; ſemper ſumma fide, & diligentia laudabiliter geſſit.
De laudibus Caroli V. carmina plura compoſuit malo quidem ſuo

fato

ſato, humore melancholico nimiùm correptus occubuit die 7. Julii 1564. ſepultus in Eccleſia S. Auguſtini recenſetur latiſſimè *à Clemente Flameno in Caſtelleonea pag.* 130., 31. ubi ponit Elogium.

Cavitellus de eodem in Annal. ad annum 1565.

Alex. Lamus Cant. 3. *pag.* 63.

Franciſcus Breſſianus in Coll. Notar.

Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ Oviliarum Dominus, & Sen. Mediol. in libro 4. *Epiſt. Ovili.* ſcribit inter cætera.

Philippo Nicolæ Præſtantiſſimo, & facundiſſimo à Secretis Sereniſſimi Caroli V. Imp. Tu quoque operi noſtro noſtræ amicitiæ aggregaris Philippe Nicola mi ſuaviſſime, cujus mecum benevolentia cæpta eſt imperante Mediolani Magnanimitate liberaliſſimi Maximiliani Ducis, quæ accepit incrementum, dum in Germania eſſemus pro noſtra conſtanti fide, & candida participes exilii Franciſci II. &c. ſic redi ergò ad Cæſarem, ut ejus geſta eleganti ſtylo adiuves, & tibi, & amicis tuis prodeſſe poſſis.

Apud *Bandellum* in ſuis notiſſimis Fabellis una perquam nobilis legitur de noſtro Nicola, cujus quidem antiquum manuſcriptum eſt penès me.

Ipſum Nicolam fuiſſe pariter à Secretis Franciſci II. Med. Ducis, à quo fuit immunitate donatum conſtat ex diplomate, quod in Regeſtis Archivii Cremonæ legitur lib. H. H. fol. 80. ann. 1531., & ſequ. hujus exempli.

„ FRANCISCUS II. Mediolani Dux &c. Cum per ſe boni „ Principis ſit multis benefacere, & illis præcipuè, quorum „ virtus, ac Induſtria id poſtulare videtur, tùm verò maximè, „ cum ſingularis fides, & merita aliqua accedunt, neque nobis „ ignotum ſit, quanto ſtudio ſe ſe ſemper præſtiterit, ergà nos, „ reſque noſtras Egr.[s] nobis dilectus Philippus Nicola, Cæſareus, „ Noſterq; Secretarius, & præſertim dum ille Cæſari ipſi Auguſto „ Carolo Domino noſtro operam daret, ac præter alia, quæ ipſe à „ nobis tulit, Beneficentiæ ſigna, novo eum volentes munere „ decorare; Tenore præſentium ex certa noſtri ſcientia, motuque „ proprio, ac de poteſtatis plenitudine etiam abſolutè, ac omnibus „ aliàs modo, via, Jure cauſa, & forma, quibus validiùs poſſumus, „ ipſum Philippum, ejuſq; filios, & deſcendentes maſculos, legi„ timos, & de legitimo Matrimonio natos, & procreandos in infi„ nitum, cum omnibus eorum domibus, prædiis, & bonis tàm „ ruſticis, quàm Urbanis, quæ in præſenti habet, ac in poſterum „ habebit, vel habebunt, cumq; omnibus ejus, & eorum Colonis, „ Laboratoribus, Partiariis, Fictabilibus, & Abraciantibus, ac „ omnibus, & quibuſcumq; Datiis, pedaggiis, imbotaturis, taxis, „ taleis, ſeù talionibus, ſubſidiis, & aliis quibuslibet oneribus, & „ gravaminibus extraordinariis, realibus, perſonalibus, atq; mix„ tis hactenùs impoſitis, & de cæterò quomodolibet imponendis, „ per nos, ſeù Agentes prò Camera noſtra, ſeù per aliqua commu-

nia,

„ nia, ad requiſitionem, ſeù Beneficium noſtrum, noſtrorumque
„ Succeſſorum, qualiacumq; ſint, & quovis nomine nuncupentur,
„ immunes, liberos, & exemptos facimus, & creamus, volentes
„ ut omni alio Jure, & privilegio fruantur, quò cæteri, qui à nobis
„ hactenùs Immunitates habuerunt ſimiles, frui quocumq; modo
„ ſoliti ſunt, aut debent, mandantes omnibus, & ſingulis Magi-
„ ſtratibus ordinariis, & extraordinariis, Prætoribus, Referenda-
„ riis, Præſidentibus, Conſulibus, Communibus, & Hominibus
„ Subditis noſtris, quibus ſpectaverit, ac eorum Executoribus
„ præſentibus, vel futuris, quatenùs has noſtras ad verbum Immu-
„ nitatis literas obſervent, & obſervari inviolabilitèr faciant, non
„ obſtantibus aliquibus legibus, ſtatutis, proviſionibus, ordinibus,
„ conſuetudinibus, & decretis in contrarium diſponentibus. Qui-
„ bus omnibus, & ſingulis in hac dumtaxat parte, ex eadem certa
„ noſtri ſcientia, motuq; proprio, & de eadem poteſtatis noſtræ
„ plenitudine derogamus, & derogatum eſſe volumus, etiam ſi
„ talia forent, quę derogationem, ſeù mentionem magis ſpecialem
„ requirerent, oneribus tamen ſalis, taxis Equorum, & Datiis
„ noſtris ordinariis nobis, & Cameræ noſtræ reſervatis, & ſemper
„ exceptis. In quorum fidem præſentes manu noſtra ſubſcriptas
„ fieri, & regiſtrari, noſtroque Sigillo muniri juſſimus. Dat. Me-
„ diolani die vigeſima Junii MDXXXI.

Sign. FRANCISCUS.

Subſcr. Bartholomeus Rozzonus.

Eod. Anno.

JO: Andreas Milius J.C. in omni ſcientiarum genere elegans, & perhumanus ex Fiſcalibus totius Mediolanenſis ditionis tempore Maximiliani Sfortię Mediol. Ducis quantum in legibus præſtiterit dilucet ex operibus.

De Feudorum juribus lib. 3.
De Jure Emphiteutico lib. 3.

Ad Divi Dominici in Sacello S.^mo^ Dei Nomini dicato inſculptum ejus tumulo habetur hæc Epigraphe.

Sepulchrum Nob., ac Præſtantiſſimi Jur. Conſ. D. Jo: Andreæ Milii, ejuſque Hæredum, qui obiit die IV. *Menſis Octobris* MDXXXIII.

MDXXXI.

BEnedictus Lampridius nuncupatus, at verò Cognomento Alpheus, ſeu Alphenus in imitando Pindaro Græcorum Lyricorum Corypheo contrà Horatii ſententiam lib. 4. Ode 2. Icarium nihil habuit præter volatus ſublimitatem. Primus enim Thebanos modos in Latium induxit; Primus Pindaricis numeris latinas aures aſſuefecit; Græci quippè ſermonis peritiſſimus quo,

&

& Varia cecinit. Odas Metropindaricas primus latinè modulatus eſt, & tanta quidem cum majeſtate, ut à nemine ſuperandum credam, quod eò libentiùs affirmandum fuit, quò minùs ab hoc abhorruit rigidus Poetarum cenſor *Gyraldus*, qui durus in aliorum commendatione de Lampridio ſcribere non dubitavit. *Benedictus Lampridius Cremonenſis non Epigrammatum modo, ſed Lyricos verſus facit, quibus in primis Pindarum cùm inventione, tùm phraſi æmulari nititur. Idem & Græca aggreſſus eſt, dignus certè vel tantò auſu, à quo nos deterret Horatius, commendari.* Cum quo, & *Jovius* in Elogiis, quanquam difficilimus Laudator, Lampridii Odas emulatione Pindarica eruditas, & graves confeſſus eſt. Hinc ridere eſt inſulſum *Honorii Dominici Caramellæ* de Alpheo judicium, quo Midam verè ſe exhibuit in Apollineis Lampridii cantibus expendendis, dum tot ſummæ doctrinæ viris, ut infra etiam demonſtrabimus, Benedictum celebrantibus unus contradicere auſus eſt in ſuo Poetarum (ut ipſe vocat) Muſæo, in quo eas Lampridii Odas, quas Pindarico, & Horatiano metro conſcriptas legit in deliciis Italorum Poetarum ab Ranutio Gherio, ſeu melius, Jano Grutero collectarum, nec Pindarum, nec Horatium redolere inficiatur, inquiens, ſeù potius blaterans.

Pindarus hìc meus eſt; meus inquit Flaccus, uterq;
Sed ſileat, Vates nullius iſte fuit.

Quod tamen ex livore, ſi non ex ineptia ſcriptum deprehendere eſt ipſius memorati *Lilii Gyraldi* ſententia, qua Lampridium ne dum ab ſe verum, & ab aliis, qui non livore tument, plurimi factum aſſerit etiam in *Poematio de direptione Urbana* ex his

Nec tu Lampridi, jam tot mihi note per annos,
Defueris, fidibus Grays, fidibuſq; latinis
Qui canes Aonium Romana per oppida carmen.

Acceptiſſimus Leoni X., de quo eſt Ode 19.; ejus liberalitatem ultimis Pontificatus annis expertus eſt, politiorem literaturam Romę profeſſus quoaduſque deſiderato Mæcenate maximo cum ipſo deficiente Muſarum fulcimine à Quirinali Græcorum Adoleſcentium gymnaſium, cui poſt Laſcaris obitum præfectus fuerat, Patavium ſe contulit, ubi per annos docuit; honeſtiori mox ſtipendio Mantuam accitus à Federico Gonzaga Duce, ut Franciſcum, & Ludovicum ejus Filios elegantioribus diſciplinis imbueret. ſed eo munere ſuſcepto grati Principis munificentia vix effici cæpit, cum adhuc vegeta ætate lateris dolore correptus è vivis migravit maximo ſui deſiderio relicto. Vigiliarum autem ejus quotquot ipſe poſteris permiſit ſuperfuerunt.

Odæ Metropindaricæ latinæ 24.
Odæ Horatianæ 7.
Epiſtolæ Hexametris exaratæ 3.
Epigrammata Phalæcia 5.

Hæc omnia carmina collegit *Lud. Dulcius*, & cum nonnullis *Jo: Bap-*

tiſtæ

tiſtæ Amalthei carminibus dicatis Comiti Collatino de Collalto edi curavit Venetiis apud Gabrielem Jolitum de Ferrariis 1550. horum exemplar, quod rarum eſt, mihi humaniſſime fuit elargitus D. Joſeph Caraffinus Academiæ Animoſorum Cremonenſium Princeps emeritiſſimus hoc anno 1691. extant prætereà.

Græca, & latina carmina in Mortem Celſi Archelai Melini excuſa Romæ cum collectaneis Amicorum Melini typis Mazochianis.

Gratulatorium carmen ad Paulum III. Pontificem creatum, ut innuit in Epiſt. 1. ad Latinum Juvenalem.

Prodigioſa non tantum eruditione, ut vidimus, inclaruit antea Poeta, quem & morum candor, & ſuavitas longè amabilem faciebat, ut non credam mecaſtor, quæ de Lampridio protulit Jovius in Elog. enuntiato ſcilicet ipſum *majore quæſtu, quàm gloria Patavii literas docuiſſe, & fuiſſe contumaci ingenio &c.*, quamobrem *Comis Lampridius, facetuluſq; à Pierio Valeriano* vocatur in carminibus ad Sodales Patavii Philoſophantes, & magnam Nobilium amicorum vim ſibi comparavit; inter quos præſtabant Petrus Bembus Card. Matthæus Gibertus Ep. Veronenſis, Latinus Juvenalis, & Petrus Melinus Romani, Paulus Bombaſius, & Lud. Beccadellus Bononienſes, Ant. Thebaldeus Ferrarienſis, Petrus Curtius Carpinetanus, Lazarus Bonamicus Baſſanenſis, Bernardinus Trebatius Vicentinus, Joannes Rufus Forolivienſis trium Sum. PP. Leonis, Julii, & Adriani à Secretis, Janus Laſcaris, Balthaſſar Caſtalio, & alii; ex quibus Bembus Thebaldeus, Laſcaris, Bonamicus, & Caſtalio, ut animadvertere fuit, par pari retulere Lampridio nobilibus encomiis ipſum celebrantes.

Franciſcus Suvertius in lib. cui tit. Selectæ orbis delitiæ, affert inſcriptionem ejus tumulo appoſitam in Templo S. Andreæ Urbis Mantuæ.

Lampridium carum Muſis hic Mantua ſervat.

quod Mirtæi dicitur carmen, verum cum Mantuæ adeſſem anno 1688. præmiſſis quam plurimis diligentiis in dicta Eccl. ſedulæ meæ curioſitati complacere non potui.

Ranutius Gherus, ut diximus, vulgavit ann. 1608. carmina plurimorum Poetarum Italorum duobus codicibus diſtributa, quibus tit. *Delitiæ* C.C. *Ital. Poetarum &c.*, & in primo Cod. Lyrica multa refert Lampridii noſtri, in quibus laudatur à Celio Calcagnino, à Fauſto Sabæo magnæ famæ Poetis.

Item in *Pharagine Poetarum Leodegarii à Quercu.*

In *Matthei Toſcani libro Carm. Illuſtr. Poet. Italorum tom.* 1. *à pag.* 84. *uſq; ad* 102.

Ant. Poſſevinus in Bibliotheca Selecta de Poeſi, & Pictura lib. 17. recenſet Joannis, Cottæ, Lampridii, Sadoleti & aliarum Miſcellanearum Librum unum.

In libro inſcripto italicè *Lettere ſcritte da diverſi Prencipi, e Letterati al Card. Bembo lib.* 3. Lampridii Epiſt.[æ] leguntur.

Jo. Baptiſta Laurus in Epiſt. directa Jo: Barclajo antepoſita Poematiis *Maffei Barberini Card*, qui fuit Pont. Max. Ubani VIII. nomine aſſumpto, deprimit quodamodo noſtrum Lamprid., ut magis Barberinum extollat.

Eumdem laudant innumeri, & ſingillatim *Card. Sadoletus in Epiſt. lib. 2. ad Card. Bembum. Hier. Niger. in iiſdem Epiſt. lib. 8. ad Card. Sadoletum. Andreas Duiditius Sbardellatus Ep. Tininienſis in Vita Card. Reginaldi Poli, Mirtæus, M. Ant. Flaminius, Latomus, ut in Elog. Jovii. Hieronymus Britonius in Lyricis Ital. pag. mihi* 143. *Edit. Venet.* 1531. *Joannes Planerius e Quintiano in Epiſt. Moral. lib.* 1. *Ep.* 4. *Jac. Phil. Thomaſin. Illuſtr. Vir. vit.* ubi de Baptiſta, & Gregorio Caſalibus. *Geſnerus in Bibl. Inſtit. Vida in orat. Bernardinus Daniellus lib.* 1. *Poeticæ. Gaddius de ſcript. non Eccleſ. p.* 1. *fol.* 269., *& p.* 2. *fol.* 272. qui in duos dividit ipſum Lampridium, & cognomen nomini anteponit. Legatus in Muſæo. *Coſp. Hofmannus in Lexico. Laur. Craſſus in hiſt. Græcorum Poetarum. Jo. Maria Toſcanus in Peplo Italiæ lib.* 2.

MDXXXII.

JAcobus Gadius Nobiliſſimæ Communitatis Cremonæ ſcriba, hiſtoriarum eruditiſſimus, nec non Muſarum, hetruſca, & latina lingua expertiſſimus Alumnus librum in 4. compoſuit, cui tit. fecit

Extractio multarum hiſtoriarum, & Chronicorum, plurimorūmq; Geſtorum Deſcriptio &c.

ſervatur MS. penès me, ſed alieno cognomine in initio rubricatus, cum in progreſſu lecturæ pluries conſtet libri ejuſdem Jacobum Gadium verum fuiſſe Auctorem, replicando ſæpè hæc verba, Ego Jacobus Gadius &c., quæ ædepol non rectè perſpecta fuere ab illo, qui cognomen Gadii in aliud mutavit. hæc dicta ſint pro veritate, cui præ cæteris Hiſtorici inſiſtere debent.

Memoratur *à Franciſco Zava in Epiſt. Famil. lib.* 3. dum ſcribit alteri Jacobo.

Antonius Campus, & Peregrinus Merula Hiſtorici noſtri à fronte hujus libri decepti Auctorem proprium debita laude ſpoliarunt, ac plagiario detulerunt honores; liber hic eſt chronologicè diſpoſtus, & circà nonnullas Cremonæ antiquitates allegat Chronicum Sicardi Epiſcopi noſtri, quem de Caſalaſchis appellat; verùm inter cętera, quæ refert, planè mihi curioſus videtur contractus iſte venditionis antiquis Romanorum Temporibus initus, quem eruditionis gratia hìc appono:

„ PAſcutius Culita Paſcutii Culitæ F. Sarnenſis Sarcularius cum
„ Pignatia Nigella, quæ Viro ſuo nunc hic adeſt, & ſuo in Uxo-
„ ris nomine vendidit Segnitio Funeſtillo Acerrano viatori, qui
„ ipſius ſibi emit, liberis, nepotibus, pronepotibuſq; ſuis cum omni
„ poſteritate domumculam. Sita eſt Sarnenſi in ſuburbio ſecun-
„ dum flumen tribulas, ac vicinos bonos habet Pilucicum Rufil-
lum

„ lum Cocleatium Surriponem. Item quę Lardatium Fabaconem.
„ Proba eſt domuncula, tota proba contignatio, probus paries,
„ tectum ipſum probè canteriatum adſerulatumque quernis etiam
„ ſcandulis, averunconis fabri. Proba ciſterna ſine ullo ſaliculi vi-
„ tio, aut latrinæ ſervitute; fundamenta benè facta, volutabrum
„ lutulentum, in quo viciniæ totius ſordes deſideant; harula ad
„ Solem meridianum expoſita, firmiterque quaternata: Unciolæ
„ tres pertium. Tu Paſcuti accepiſſe argentum omne perpenſum
„ probe, & enumeratum fateris. Tibi verò Segniti ea domuncula
„ ſolemni more eſt à Paſcutio evincunda ab ipſis etiam funda-
„ mentis, tota cum tecto adſeribus, Canteriis, Claviculis, ſcalis,
„ foribus, culmæ, volutabriq; decurſibus ab infimo ſolo ad uſque
„ cœli ſubſelium cum ipſo etiam cœlo, cumque terræ imis, atq;
„ perimis, infernisq; Siſtes autem in omni foro, & cauſa feſtis, per-
„ feſtiſq; feſtis, infeſtiſq; diebus Segnitio, ac Segnitii poſteris, pro
„ quo præſtando prædia, ſuppellectilemq; ſuam, & cum ea bacem
„ coſinum viſcum, ac retè triplumbatum obligatum obligat ſeque
„ ſtatuam in prætorio ad Judicem. Tu Paſcuti illum fuſte inve-
„ ſtito. Tu Segniti fuſtem ipſum manu capito hecce uti vera
„ ſunt ſciens volenſq; ſue ſpontis atq; ex convento utq; inter viros
„ bonos decet uterq; agitis meque ut ſcribam rogatis Jureq; juran-
„ do cuncta hæc confirmatis. Teſtes adſunt de more adciti, rogatiq;
„ juri utiq; probi Platius Lucuſta Feſulanus Caſellio, Albanus, Li-
„ cida Albutius Fregellanus. hecce ſicce convenere hiſce verbis,
„ hiſce conditionibus, acta & tranſacta ſunt hiſce adſentiente
„ Uxore Pignatia, ut par eſt Viros bonos, bene agier Cal. Quin-
„ tilib. Præt. Balbo.

Bebius Porca.

Inter alia notabilia refert Invictiſſimum Carolum V. Romanorum Imperatorem ter adſuiſſe Cremonæ, & in Ædibus Nobilium de Trecchis in Vicinia S. Agathæ ſemper magnificè receptum, & ſcilicet hoc anno 1532. die Mercurii quinta Martii 1541. die Jovis 18. Auguſti, ut de Civitate poſſeſſionem ipſe caperet, ac denique die Jovis 14. Junii anni 1543.

Et cum hic de illo Auguſtiſs. Imperatore ſermo contigerit, ut more meo pandam Archivii noſtri ad perennem Cremonenſium glo- riam monumenta, & ſcilicèt ex archetypo depromptam Epiſto- lam, quam Carolus Cremonenſibus ſcripſit poſt Mortem Fran- ciſci II. Sfortiæ poſtremi Ducis Mediolani ſubnecto.

Carolus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

„ SP.[les], Fideles, Dilecti. Accepta Ill.[ris] Ducis Mediolani Princi-
„ pis, & Conſanguinei Noſtri Cariſſimi morte, non ſine Magna
„ Animi moleſtia, & ob ſingularem, qua ipſum proſequebamur,
„ benevolentiam, & ob affinitatem, quà Nobis erat conjunctus,
„ prò ea cura, quam de iſtius Status Commodo, quiete, & Securi-

 tate

„ tate geſſimus in omnibus ejus bonum concernentibus, provideri
„ juſſimus, pro ut ab Ill.ri Principe Aſculi Antonio de Leyva, cui
„ ſcribimus ut noſtro Nomine, & vobis exponat, eſtis accepturi.
„ Vos Majorem in modum hortamur, ut verbis ipſius fide habita,
„ quę ad hunc finem injunxerit, exequi velitis prò comperto haben-
„ tes id eſſe, quod Status iſtius quieti, & utilitati conducit, Noſq;
„ ſemper curaturos, quæ communi ipſius, ac Subditorum benefi-
„ cio, & veſtro privato commodo expedire intelligemus, ſicuti
„ hæc latius ab ipſo Ill.ri Principe accipietis. Dat. Caſtro Villarii
„ die 10. menſis Novembris 1535. Anno &c.

Signat. CAROLUS.

In Calce Yaques &c.

A Tergo Nobilibus, Noſtris de Imperio Sacro Fidelibus, dilectis Deputatis Cremonæ.

MDXXXII.

BErnardinus Cremonenſis à Patria vocatus Ord. Min. S. Franciſci magnus Theologus poſt regimen Conventus Almæ Urbis à Clemente VII. Pont. Max. die 10. Julii fit Epiſcopus Beritenſis inter Maronitas Inſulæ Cypri ſine præjudicio Epiſcopi Nicoſiæ, ut è ſchedulis conciſtorialibus mihi indicavit Eruditiſſimus *P. Franchinus Mutin.* non verò Archiepiſcopus Beryſen. in Armenia factus Suffraganeus Majoricenſis, ut *Vvadingus in Annal.* & cum eo *Haroldus in Epitome &c.*

Joſ. Breſſianus in Roſ., & Viol. eumdem vocat è ſua familia.

Eod. Anno.

CArolus Alfenus reliquit monumenta quædam Hiſtorica, quę à *Franciſco Breſſiano in Hiſtoria Genealogica Familiæ Ponzonæ Cremon: pag.* 123., & 24. citantur ſub hac Epigraphe.

Memorie di Carlo Alfeni nella nomina de venti Paggi, che furono deſtinati per l'entrata in Cremona di Lodovico Rè di Francia.

Eod. Ann. XXXII.

MArcus Hieronymus Vida, de quo antequam progrediar, præmittere liceat, quæ de Tanto Viro ſcribit *Celſus Roſinus in Lyceo Lateran. lib.* 11. *Eximium meritò lætari potes inclyta Cremona Inſubrum Civitas perquàm egregia, ex te progenitum, in teque una diù educatum M.H. Vidam, hoc eſt poſt Principem Virgilium latini idiomatis Poetarum omnium ter maximum. Quamvis enim Civium, & præſentium, & exactorum Eminentiſſima farragine fæcunda apparens omnium artium Pacis, Belliq; excellentèr pertractatarum, nomine uno tamen Vida Te ipſa major indicaris.* Anno ab enixa Deipara 1470. Vida inquam, natus eſt. Parentes illi Gelelmus, & Leona Oſcaſalia in Vicinia S. Leonardi, quem in ſomniis, ut fertur, non adhuc editum, tamquam Cigni pullum in gremio ſibi plumeſcere vide-

viderunt, & alis acceptis in altum volantem ſuaviſſimos cantus depromere. Nobili ex Gente ortus, nam Bonveſinus Vida, jam diù ab anno 1166. fuerat ex Conſulibus Populi Cremonenſis. Opes Domeſticæ, tunc ex antiquo ſplendore ad tenuitatem redactæ. Mira quædam, & Egregia virtutis indoles, vel in puero enituit, quæ, ut bonarum artium ſtudiis excoleretur, Patriæ primum in doctiſſima Nicolai Lucari palęſtra, & varias in Urbes miſſus fuit à Patre, ubi Oratoriæ, Poeticæ, Philoſophiæ, ac Theologiæ quantam navaverit operam, celeberrima ipſius ſcripta ſatis indicant. Hiſce præclaris diſciplinarum ornamentis, & poetica in primis facultate id eſt aſſecutus, ut Leo X. Pont. Max. ſumma authoritate, ſummo judicio, cum ad ſe à Laſcare Legato Regio allatum Vidæ Carmen, quo Ludicrum Scacchiæ prælium deſcribitur, accuratè lectitaſſet, hominis ingenio, & ſcribendi tùm facilitate, tùm dignitate allectus perſanctè affirmavit, hunc illum eſſe, quem ſummis votis diù expetiviſſet, cujus ſublimi, & eleganti ſtylo Chriſti res geſtæ miræ, & inſignes à nonnullis jam tentatæ, ſed parum luculentèr expreſſæ, carmine celebrari poſſent, eaſque, ut verſibus attingeret, atq; inchoaret, hortatu ſuo perfecit. Id cantat ſequens proteſtatio Chriſtiadi antepoſita. *Quiſquis es, Autor te admonitum vult, ſe non laudis ergò opus adeò periculoſum cupide aggreſſum, verum ei honeſtis propoſitis præmiis à duobus Sum. Pont. demandatum ſcito Leone X. prius, mox Clemente VII. ambobus ex Etruſcorum Medycum clariſſima familia, cujus liberalitati, atq; induſtriæ hæc ætas literas, ac bonas artes, quæ planè extinctæ erant, excitatas, atq; reviviſcentes debet. Id volebam neſcius ne eſſes.* Legit Chriſtiadem Clemens VII. paulò poſt ſecutus, qui à tanto Patruele, cæteriſq; Majoribus ſuis in eliciendis optimis ingeniis ſua liberalitate, remunerandiſq; quàm ſimillimo munere de re literaria optimè merentibus nihil degeneravit, in Antiſtitum numerum Poetam noſtrum inauguravit, & Albæ Ligurum Epiſcopum declaravit, electum quidem à Paulò III., dum ageret ætatis ſuæ annum ſexageſimum ſecundum.

Anno 1549. poſt obitum Benedicti Accolti S. R. E. Card. Epiſcopi Cremonenſis idem Paulus III. ad inſignem Patriæ Præſulatum Vidam promoviſſet, niſi ad paucos dies ipſe S. P. è vita deceſſiſſet. Conſtat ſanè ex regeſtis Archivii Patriæ Vidam noſtrum à Cathedralis Capitulo in Epiſcopum Cremonæ fuiſſe electum. die namq; Jovis 14. Novembris coram Decurionibus Congregatis per RR. Hieronymum de Pinzonibus, Hieronymum Amidanum, & Federicum Marianum Canonicos inter alia fuit expoſitum.

Die heſterna pręfatum Collegium, ſeù Capitulum ut opportunè provideret de perſona idonea ad dictum Epiſcopatum congregatis legitimè ipſis RR. DD. Canonicis cum diligentèr excuſſionem feciſſet de omnibus perſonis ipſius Civitatis idoneis ad illam dignitatem, & qui reſidere vellet, & poſſet præſentialitèr in dicto Epiſcopatu nullum magis idoneum inve-

inveniſſe, quam M.R.D. Hieronymum Vidam ejuſdem item Collegii Concanonicum, quippè qui omni virtutum genere, & divini cultus obſervantia egregie prę ſtat, adeò ut etiam longè major ei dignitas convenire poſſit, propterea unanimitèr omnes ipſum M.R.D. Hieronymum Vidam in Epiſcopum Civitatis Cremonę omni meliori modo elegiſſe, & ſeù poſtulaviſſe &c.

Ejus elegantes libros honoris, dignitatiſq; gratia Bononiæ in publico Archigymnaſio facta fuit legendi facultas, quive ejus nominis inſcriptione fuerunt divulgati: Una cum omni virtutum genere ornatiſſimis Cardinalibus Reginaldo Polo, Joanne Maria de Monte, & Marcello Corvino Pontificiis Legatis Tridentum miſſus fuit, ut conjuncta fermè cum ipſis authoritate Judex, ac diſceptator communi Chriſtianorum conſilio præeſſet, & omnem penè Germanorum nationem Lutherana peſte afflatam ſanitati redderet. quos quidem honores, ac Magiſtratus oblatos accepit, ut Conſanguineis, quorum erat amantiſſimus, rem gratam faceret, ipſe alioquin ſua ſorte contentus, nulliſque avaritiæ, neque invidiæ, neque ambitionis ſtimulis coactus. Pietate in Deum præcipuè, ejuſq; honoris augendi, & celebrandi ardore claruit, quod & ſacra illius carmina teſtantur. Albæ Pontifex poſtquam renuntiatus fuit à comiſſa ſibi Urbe nunquam abfuit, præterquam turbatis illis temporibus, quibus Franciſcum Primum Galliarum Regem inter, & Carolum Cæſarem fædiſſimum bellum exarſit, tunc verò longiùs abeſſe maluit eò ſcilicet conſilio, quod in ſuis ipſe de Reip. dignitate dialogis ad Reginaldum Polum Card. in princ. lib. 1. loquitur, ut Pontificiæ dignitati conſuleret, quæ in hujuſmodi rerum perturbatione ob effrænatam Militum licentiam turpiſſimo cuiq; capiti ludibrio eſſe ſolet, imò quod ſilentio non eſt prætereundum, dum Gallus, qui Mediolano, inhiabat, Albam, Claraſcumq; quæ à Cæſarianis tenebantur, tentavit per induſtriam capere, miſſiſq; per noctem ab Auguſta Taurinorum tot cohortibus, quot judicabat ſatis forè ad eam rem patrandam, bipartito Exercitu ſine difficultate Claraſcum cæpit, perterritis repentino tumultu Cæſarianis Militibus Albam quoq; deventum erat, jamq; Gallicanæ cohortes Duce Joanne Ant. Benevellano, ſuperata foſſa, admotiſq; ſcalis muros aſcenderant, aliqui etiam ingreſſi erant Urbem, Cæſarianis Militibus, qui in præſidio collocati fuerant, cedentibus, Arcemq; & tutiora loca Urbis propere petentibus, niſi obſtitiſſet (ut loquitur ipſe in Orationibus) inſignis fides, & memoranda animi fortitudo Vidæ Cremonenſis Sacerdotis, atq; in ea Civitate Sacerdotum Principis, & Sacrorum Antiſtitis, qui auditu tumultu, cognitoque periculo, abjecta Pontificia perſona, ſumptoq; ſago populum ſibi incredibili benevolentia devinctum armavit, factoq; agmine ad ſemicaptæ Urbis locum properavit, hoſtes, qui ingreſſi fuerant, cæpit, qui murum aſcenderant eos dejecit; deturbavitq; in foſſam præcipites, cæteri verò

omnes

omnes fugæ conſilium projectis omnibus cæperunt, relictiſq; ſcalis, ſudibus, ferreis harpagonibus, cæteriſq; bellicis inſtrumentis, in fugam turpiter converſi ſunt. ſic ab omni cædis periculo, vaſtationiſq; metu Urbem virtute ſua liberavit. Templa cælitibus quamplurima poſuit, ornavit, inſtauravitq; Ticenghi in noſtri Agri pago ædem D. Andreæ labentem, cujus erat Rector, reædificavit. Paderni etiam in eodem agro aras D. Dalmatio conſtruxit, ubi rexit Archipresbyteratum, Præpoſituras utiq; obtinuit Monticelli ultrà Padum tunc Diœceſis Cremon. ac Solarioli de Moneſtirolo, ut ajunt, ubi Templum D. Paulo ſacrum ædificavit, Cremonæ Divæ Margaritæ fanum, ſenio jàm confectus elegantiſſimè reſtauravit, auxitq; picturis egregiis. Albæ in majori Templo organum condidit, & D. Caſſiano in Albenſi Agro Eccleſiam inſtruxit. Divis etiam Auguſtino, ejuſq; Genitrici Monicæ Ædem, & Altaria erexiſſe videtur, ut ex Hymno, quod fortè pręſtitit, dum Mantuæ inter Canonicos Regulares Congr. S. Marci, quorum Prioratum S. Pelagiæ in Suburbiis Cremonæ obtinuerat, nunc Seminario Clericorum unitus, vel Ticini inter Canon. Lateranenſes commoraretur, quorum Inſtitutum annos quatuordecim profeſſus eſt. Beneficiis acceptis perquam gratiſſimus Mediceorum laudes, à quibus, ut vidimus, Nobili Sacerdotio, opibuſque honeſtatus fuit, identidem ſuis in libris inſervit. Liberalis in eos præſertim, quos premeret paupertas, quotidiè campani æris ſonitu ſuas ad Ædes, optimarum etiam artium domicilium, accitos egenos paſcebat, antequam menſæ ipſe accumberet, ad quam ſemel ſingulo quoque die cibo, potuq; exiguo contentus accedebat. Joannis Matthæi Giberti Veronenſis Epiſcopi, ac Scipionis Vegii Laudenſis Medici, & Philoſophi præſtantiſſimi potiſſimum neceſſitudine uſus eſt familiariſſimè. Obiit piè, feliciterque Albæ anno poſt Chriſtum natum 1566. cum ætatis ſuæ annum ageret ſextum ſuprà nonageſimum ſepultus in Majori Templo, pauperibus amiſſo Patri optimo amara lachrymarum vi parentantibus; paucos etiam poſt dies ſuos Patria dolores expreſſit in ſolemnioribus exequiis Tanto Viro ære publico celebratis. Fuit grandi ſtatura, ac ſublimi vultu gravitatis pleniſſimo, & ad captandam venerationem, terroremq; facto, facie tereti, in totum Virgilio ſimili, ut notat *Gyraldus in Dialogis*, breviori collo, pulcherrimo capite, promiſſiori, ac ſpiſſa barba, oculis magnis, magniſq; ſuperciliis. Plura ædidit Opera ſæpe ſæpiùs recuſa, & numeris juncta, quo ſcribendi genere Antiquos tùm Græcos, tùm Latinos ſuperavit, hæc ſunt

Hymni de rebus divinis.
Chriſtiados libri ſex.
De Arte Poetica lib. tres.
De Bombyce lib. duo.
Scacchia lib. 1.
Bucolica; Eclogæ. 3.

Car-

Carmina diverſi generis, quæ ante editionem Lugduni per Seb. Gryphium 1554. vulgata non erant.

Carmen Paſtorale, in quo deploratur Mors Julii II. Pont. M.

Quercens inſcriptum. Interloqutores Myrtilus, Coryletus, & Vitiſcus &c.

Egloga, cui tit. Aphatarques cum aliis Vidæ Carminibus edidit Claud. Verterius Pariſiis apud Mathurinum Prevoſt. 1581.

Soluta Oratione extant.

Cremonenſium Orationes III. Adversùs Papienſes in Controverſia Principatus Cremonæ apud Vin. Comitem 1550. quæ recuſæ fuerunt Pariſiis 1562. ſtudio Jacobi Ant. Bevilaquæ Cremon.

Dialogi de Reipublicè dignitate, ſeù Civilis Societatis ad Reginaldum Polum Cardinalem lib. 2. Ibidem 1556.

Conſtitutiones Synodales Civitati Albæ, ac Diœceſi præſcriptæ. Ibid. 1562.

Epiſtola M. Ant. Cuccho J. U. D. Int. Kal. Septembris Cremonæ 1563. *prò inſtitutionibus juris Canonici Papiæ apud Hier. Bartolum, & Conſtantin. Sociorum* 1565. *item*

Epiſtola Nicolao Gallinæ Fiſci Papię Adv. Cremonę 3. No. Junias 1556. quæ inter carmina ejuſdem Gallinę Mantuani J. C. Cremonæ excuſa 1563. per Vinc. Conctum habetur.

Dicitur etiam ſcripſiſſe, licet non ediderit.

De Arte Oratoria Tractatum ſubtiliſſimum, &

Paraphraſim in omnes Evangelii Scriptores ad Delphinum Franciæ Regis Filium, & hæc ſunt, ut reor, quæ ad Chriſti rem ſpectantia ſoluta oratione conſcripſiſſe innuit, eaq; in lucem editurum, ut in fine Voluminis ſuorum Carminum; verum titulos, & opera non exprimit.

De Magiſtratu lib. 1. ut teſtatur *Poſſevinus*, qui & alterius Hieronymi Vidæ Juſtinopolitani opera refert.

Inter Inſcriptiones funebri pegmati appoſitæ, dum eidem in Cathedrali Cremonę publicè parentabatur, hæ legebantur.

M. Hier. Vidæ Albæ Epiſcopo,

Quem probè omnes norunt.

Civitas Cremona decreto ſepulchro ſumptu pub. Civit. Qui de Univerſa Civitate B. M. eſt, parentavit V. A. N.

Qui cum quidquid in Egregium hominem laudis dici poteſt, in eum beneficio naturę fuerit collatum, immortalitate erat dignus, niſi naturę communis conditio obſtitiſſet. Vivit tamen adhuc apud nos, vivitq; æternum ad poſteros benef. jucundiſs., ac perpetua recordatione.

Qui omnibus ergà gregem ſibi comiſſum officiis functus piet. charit. fide, conſt. præclarus omnibus carus, nemini noxius à nobis diſceſſit. ſuo magis, quam aliorum tempore.

Qui non ſolum piè, & ſancte Deum coluit, ſed ità etiam cecinit, ut in Cœlo locum, ubi beatus ęvo ſempiterno fruatur, & in terris ęternam ſibi gloriam maximo omnium mortalium fructu comparuit. Obiit anno MDLXVI. xxii. Septembris.

Extant

Extant numiſmata cum Icone ex una parte, & nomine Vidæ *Hieronymus Vida*, ex alia verò Pegaſus cum epigr. *Quos amarunt Dii.*

Alia quidem videntur cum Effigie, & nomine, ac ex poſtica Inſcriptio *Non Stemma, ſed Virtus*, quorum meminerunt *Paulus Maria Terzagus, & Petrus Franc. Scarabellus in deſcriptione Muſæi Septaliani p.* 361., *&* 350.

Gloriantur etiam ejuſdem Præſulis doctiſſimi depicta Imagine Bibl. Ambroſiana Mediol. Muſæum M. Ducis Etruriæ, nec non Academiæ, & Gymnaſia multa.

Authores in Vidam infenſi, ut comperii, fuerunt

Julius Cæſar Scaliger in hypercritico, qui, ut notatur à doctiſſimo *Joanne Caſtellione* videtur nimius in Poetis exagitandis, neque deſunt, qui ægreferunt ab eodem reprehendi Ariſtotilem, ut ſcribit *Ant. Poſſevinus in Bibliotheca Selecta lib.* 17. *cap.* 2. & animadvertit extare in aliquibus ipſius Authoris operibus nonnulla, quibus mores catholicæ Religionis carpuntur, ideòq; eadem omnia delenda eſſe, & Juvenes præmonendos nequam indè labem animis ſuis aſpergant; verùm cum ſibi contrarius ſit dum in Vida errores arguit, ipſumq; pro norma Poetis præſcribit, dicendum eſt nullum exindè præjudicium tanto Viro conferri. *In Epiſt. Poet. ad Sylvium Filium* ſcribit. *Vida prudens ille quidem multa benè monet, quibus cautim Poeta fiat, verum factum jam inſtruit, ut perficiat, & paulò poſt. At eum neglexit Ariſtotiles, Horatius vitiavit, accuratiùs Vida: & in hypercritico. M. Hieronymus Vida etiam dum viveret magni fuit nominis, nunc illum audio à pleriſq; ſtatui noſtri temporis Principem Poetarum &c.*, & loquendo de Poetica ſequitur. *Prærereà tanto majore laude, quàm Horatius dignus eſt, quantò artificioſius de arte agit hic, quàm ille.*

Bernardus Saccus Ticinenſis in libro de Italicarum rerum varietate, & elegantia Papiæ apud Hier. Bartolum 1565. quem poſt modum reimprimi ibidem curavit anno 1587.

Henricus Farneſius Eburo adjecto Indice, quem intrà calamum cohibere poterat, M. Hieronymi Vidæ, quem ſub Scriptoris Cremonenſis nomine intelligit, Hoſtis accerrimus, ac Vindex nimium audax detegitur; aſt omittendo plura, quæ impellunt ad nauſeam, & nonnulla veritati ſanè repugnantia, ut magis periurus appareat, & ut venena necent Authorem, Vidam vocat Juris humani expertem, ab Eccleſia profugum, & Romanorum Imperatorum hæreticorum fautorem tacitum. Tres illæ Orationes ſuperiùs allegatæ hiſce improbis dicteriis cauſam dederunt. ſed de his ſatis pro nunc, data enim opera tot Scriptores percelebres de Vida benè ſentientes hìc referam, qui Sacchi, & aliorum maledicentiam confundere, & in nihilum reducere queunt.

Poſt Bernardum, ut negligam *Cæſaris Caporalis* ſcurrilia Verba in Vidam prolata in *Capitulo ubi de Mæcenatis exequiis*, Bernardinus Parthemius in lib. 2. de Imit. Poet. circà Vidæ notionem, num

claudicet, vel talipedet, ignoro. *Del Vida l'hò ſentito lodare, & à me ancora è apparſo bello ſpirito di Poeta, che havendoſi propoſto un' argomento conforme quello del Sannazaro tanto ſe li fece vicino, che tiene quaſi il piede in quell'iſteſſi veſtigii, ſe non che pare ad alcuni, che troppo ſpeſſo s'intoppi ne mezzi verſi, & negl'iſteſſi penſieri di Virgilio.* qui cerebrum in calcibus non habet, dignoſcit Parthemium non vidiſſe carmina Vidæ; nam ex aliquorum, ut ipſe fatetur relato, loquitur, & dum ſimile argumentum cum Sannazario ſibi non propoſuit; ille planè de Partu Virginis, & iſte cecinit Vitam, Actaque, & Mortem Chriſti, inſcripſiſſe porrò Sannazarium ejus Poema Chriſtiadem, animadvertit *Scaliger in hypercrit.* verùm mutato conſilio non Chriſtiadem, ſed de partu Virginis inſcriptum maluit, cum Chriſti tantum natalia tractet.

Udenus Niſieli, ſeù meliùs, *Benedictus Fiorettus Florentinus, in Progym. Poet. Vol.2. Pag.* 8. mordet illa carmina, quæ Vida Parentum manibus donat, ubi

Tædia me veſtrę cœpiſſent nulla ſenectę &c.

Scribit enim eſſe indecora; at mitius in ipſis eſt potiùs conſideranda expreſſio illius ingeniti, ac teneri amoris, quem habent, ſeù habere debent filii erga Genitores.

In Progym. 10. refert eadem, quæ *Scaliger in Poetica lib. 6. cap.* 4. ubi in Principio Poetices dicit

Ecquis erit juvenum ſegni, qui plebe relicta &c.

Imprudentia eum arguens, ſed veritati ſit locus non mecaſtor Vida terret animos juvenum, ſed laudis amore ſuccenſos ſtimulat ad addiſcendam poeſim, nam verba *inacceſſæ rupi* inferunt, quod adhuc Adoleſcentes ad illam rupem non acceſſerunt, & ubi. *Parce puer, ò lachrymis*, potiùs quam fœda Oratio Vidæ, eſt fœdum Niſieli contrà Vidam dicterium, quià Regum filii, & maximè in puerili ætatę lugere poſſunt, fletus quidem Regalem Majeſtatem non contaminat, & eò magis in noſtro caſu quando Patrem apud Hoſtes captum habebat. Porrò ſi bis Vidam ſugillat, ter ipſum laudat, ut *in prog.* 5. *in prog.* 36. & *in prog.* 50., quò remitto Lectorem cum mihi ſufficiat exſcribere, quæ ipſe Fiorettus in fin. *prog.* 15. contra Scaligerum. *Alla fine i Critici appaſſionati non ſono altro che una Ruota di deciſioni ſtolte, e di giudizj perverſi.*

Renatus Rapinus Soc. Jeſu. Poeta inter Bucolicos inſignis, qui ſacras Eclogas multa cum laude conſcripſit *in diſſertatione ſua de carmine paſtorali Pariſiis apud Sebaſt. Cramoyſi anno* 1659. *excuſa part.* 3. de Italicis Eclogiſtis, ſeù Bucolicis Scriptoribus ſententiam ferens, de affectata latinitate, ac prolixitate doctiſſimi Vidæ poſt laudes effutiit, ubi. *Hieronymus Vida in ſuo Daphnide, & Cherydone, ſuaque Nice perdiligens eſt, & emendatus, & nimium ſemper inquirens in ſeſe, ejuſq; carmen nimia latinitatis Religione, quodammodo attenuatum. Latinum videlicet diù ſe volebat. Hinc illa exilitas, quàm dedita opera ſectabatur, quod non quivis è turba, ſed is*

tantum

tantum, qui ſit intelligens æſtimator, perſpicere poſſit. Eſt quoq; ejus Oratio interdum fili paulò uberioris, quàm ferat Ecloga. Hactenus Renatus, ubi videtur à laudibus in dicteria declinaſſe, quæ tamen ad obſtruenda vulgi obloquentis ora, qui videlicèt Vidam de carminis humilitate condemnat, detorqueri etiam poſſe putarem: dum enim eſt, qui Vidam de nimia etiam Latini Sermonis religione condemnat, quis, oro, eum arguere poſſit de humilitate ſcriptionis.

Aliam itidem cenſuram noſtris obtutibus ſe obtulit in Libro Gallico, cui tit. *Le Novelles de la Republique des Lettres mois de Juilet* 1684. *pag.* 776. nobis à doctiſs. *P. Somentio* indicatam, ubi *P. Leonardus Friſon* eadem prolixitate SS. Joſephi, & Joannis in libro nempè 3., & 4. *Chriſtiadis* Sermones coram Pontio Pilato Judeæ Præſide condemnat, qua Eneę Didoni in Virgilio leguntur, & veluti inveriſimiles, cum Pontius tunc pacato animo audire non debuiſſet omnia, quæ de Chriſto narrari poſſent à Joſepho, & Joañe.

Verum P. Friſon nihil agit de pulcherrima Vidæ imitatione è Virgilianis excepta, & quod admirabilius eſt, cum negare haud quiſquam audeat duas in Chriſto Jeſu fuiſſe naturas divinam alteram, cujus virtuti impaſſibilis eſſet, & immortalis, alteram verò humanam qua ſimilis nobis Mortalibus eſſet, & paſſibilis, concionem diviſit, & S. Joſephum humani natalis primordia rectum ſiquidem ordinem ſervando narrare voluit. Joannem verò Verbi æternam generationem exponere; quin imò ne id affectate videretur, inſinuat Poeta quamdam animi in Pontio ſolicitudinem de Jeſu, ne periret, debitaſve ſciſcitationes præcidi vult ubi Pontius ad Joſephum.

. . . cœlum, & cœli vaga ſidera teſtor
Sollicito mihi cura Tui eſt nunc maxima nati.

Paulo poſt pergit interrogando.

Fare age (namque mihi haud nunc primum venit ad aures)
Quæ fortuna Viro, unde domo, quo ſanguine cretus
Ede tuum, matriſque genus &c.

Unde quomodo paucis ſe poſſet expedire Joſeph, dicat qui ſuæ Mentis eſt compos, cum ipſe Vida noverit opportunam prolixitatem ex illo poſt Joſephi carmina.

Dixit, & hic facto defeſſus fine quievit.

Ut exindè Joannem loquentem introducat, cupiditatem audiendi majora de Jeſu in Pontio demonſtrat ex illis.

Immò ait: citiùs cauſas ab origine partus
Exequere &c. pauloque poſt
Cætera mira refer &c.

Dignum inſuper Tanto Poeta illud eſt, quod in exordio lib. 4. habetur deſcribendo Joannem, qui attenta dicendarum rerum gravitate hoc onus tanquam viribus impar recuſavit, at demum Præſidis voluntate acquievit, &

Cum gemitu ex imò ſic fari pectore cæpit &c.

Sed priùs ut confundantur pręter adductos alii quoque adducti à *Thoma Pope Blount in cenſura Celebriorum Authorum pag.* 675., audiamus, quę de eo protulit Pont. ille Max. & doctiſſimus Leo X. cui, ex relatis à Roſino, cum priores Chriſtiadis libros Vida porrexiſſet pedibus ſanctis provolutus, ille præguſtus teneritudine, & ubere exundantis animi lętitia admirabundus, & alacer diſticon prorupit.

Cedite Romani Scriptores, cedite Graii,
Neſcio quid majus naſcitur Æneide.

Accedant ad trutinam ordine Alphabetico Scriptores diſpoſiti, qui celeberrimum, ne dicam Patrię, ac totius Europę decus comendant; nec dubito quin prębvaleant numero, pondere, & menſura adversùs ſatyricos, & præcipuè contrà Saccum, & Henricum Farneſium, qui pręter honeſtę cenſurę limites ad maledicentiam pręcipitarunt.

Alſtedius in Enciclopedia Tom. 3. *lib.* 30. *pag.* 703. totum ibi refert de Scacchiæ ludo Poema.

Alſtedius Tom. 3. *Enciclopediæ Lugduni* 1649. *pag.* 703.

Aproſius Angelicus in Bibl. Aproſiana pag. mihi 53.

Arioſtus Lud. in Orland. cant. 46. *ſtr.* 13.

. . . . . *Il Vida Cremoneſe*
D'alta facondia ineſſicabil vena.

Idem in Satir. VII. ad Piſtophilum

Balladorius Hier. in Vita S. Homoboni Crem. ubi affert ejus carmina.

Baronius Angelus in Orat. de Urbis Cremonæ laudibus.

Baronius Cæſar Card. in Martyrolog. die 13. *Novembris.*

De Bernardis Camillus Cremon. Carmin. Italicis Chriſtiadem vertit. ſervatur MS. in Bibl. Claſs. Ravennę, ut dicam ſuo loco.

Bechara Camillus Plac. in ejus Poematiis Cremonæ editis 1570.

Bembo Petrus S. R. E. Card. in Epiſt. lib. 6. *pag. mihi* 372. *data Patavii* 1539.

Bonhomius Jo: Franciſcus Bononien. in Chirone Achillis.

Boldonius Sigiſmundus in Orator. Poſthum. Orat. 18. *pag.* 324.

Boterus Jo: in libro de offic. Card. pag. 28. 29.

Botta Bartholomeus Ticinenſis ſcripſit luculentèr commentaria in Chriſtiadem hoc tit. M. Hieronymi Vidę Cremon. Albę Ep. Chriſtias Presbytero Bartholomeo Botta Canonico Papienſi Interprete. Ticini apud Hier. Bartolum 1569. dicavit Hyppolyto de Rubeis Ep. Ticinenſi, ubi etiam in Libri veſtibulis nonulla de Vidę Vita libare potes, nec non ejuſdem elegantiſſimam Epiſtolam ad ipſum Bottam.

Breſſianus Joſeph ex profeſſo in Corona Vir. Illuſtr., & in Roſis, & Violis Cremonæ. nec non in ſuis cęteris libris de rebus Patriæ.

Caferrius Nicolaus Angelus in Synt. Vetuſt. pag. 276.

Cajetanus Daniel. Cremon. plura, & plura in carm. MSs.

Calca-

Calcagninus de Calculorum ludo pag. 299. ubi. *Vida meus Vir unum ad poeticam natus eſt, & Doctorum judicio elegantiſſimus.*

Calcagninus Cælius de Teſſerarum, & calculorum ludis. item in lib. Epiſt. 8. *pag.* 104.

Camillus de Sitonis Senior Mediol. anno 1590. *italicis carminibus traduxit libros de Bombycibus, & Scacchiadem, quorum MS., ut vidimus penes Camillum J. C. ejus Nepotem ſervantur.*

Campus Ant. hiſt. Cremon. lib. 3. adferens veram Vidæ vultus effigiem ad annum 1531.

Cannetus Petrus Abbas Camald. omni doctrinarum genere excultus, & Amicus meus pretioſiſſimus *in prima ſuorum Epigr. Centuria.*

Capponius Jo: in fine ſui Eydillii de Bombycibus.

Caramella in Muſæo Illuſtr. Poetarum.

Caſtellionæus Jo: Antonius in Antiquit. Mediolan. Baſil. Vincent. p. 1. *faſcic.* 9.

Cavitellus Lud. in Annal. Cremon.

Cerrius Ant. in Satyris Scholiaſticis.

Cæva Thomas è Soc. Jeſu in ſuo Poemate de Puero Jeſu. Prolus. ad Lectorem, Vidam noſtrum Jacobo Sannazario, Capoleoni Ghelfuccio, aliiſque magni nominis Vatibus parem facit; cujus potiſſimum exemplum ſe aſſerit in ſcribendo fuiſſe imitatum, quinimò diſertè fatetur, atque ingenuè.

Cinellus Jo: Med. Phyſicus Eruditiſs. cui multa debeo, in *Bibl. Vol. pluteo* 1. *pag.* 59.

Collectanea Coryciana Romæ impreſſa 1524. affert ejus carmina.

Collectanea pro Seraphyno Aquilano facta à Joanne Philotheo Achillino Bononiæ cuſa 1504. refert duo Epigr. & alia.

Conradus Quintus Marius de copia latin. ſermon. lib. 5.

Conradus Sebaſtianus in Comment. ſuper Brutum Ciceronis.

Contarenus Aloyſius in libro cui tit. il vago, e dilettevole Giardino, ubi de Viris in literis Illuſtrioribus ad ann. 1530.

Cotta Lazarus Auguſtinus in ſuo Poematio Herculis Arii iter per Inſubriam &c.

Crottus Jo: Jacobus in oratione funebri habita prò Nicolao Lucaro. Papiæ 1518.

Creſcentius in Tract. Nobilitatis lib. 1. *cap.* 32. *num.* 4.

Doletus Stephanus, quem peſſimo, & execrando modo exagitat Scaliger in hypercritico, *in ſuis Carmin. lib.* 1. *p.* 2.

De Dominicis in paraphraſi Italica Hiſt. Jovii part. 2. *pag. mihi* 633.

Draudius M. Georgius in Bibl. Claſſica pluribi.

Dulcius Ludovicus ad calcem Vitæ Caroli V. Imp.

Eynſengreim Guillelmus in catalogo Scriptorum Catholicorum M. H. Vida Cremon. Albæ Ep. Vir. ingenioſus, gravis, & ornatus moribus, Chriſtianæ Religionis obſervantiſſimus, facundus &c.

Faballus Hieronymus Laudenſis Cremonæ edidit apud Vinc. Comitem 1561. Orationem in M. H. Vidæ Albæ Ep. laudem, eumq; in aliis Orat. laudat.

Faber

Faber Hieron. in Mem. Sacra Ravennæ.
Faletus Hieron. lib. 6. ſuorum ſtromatum.
Ferentillus Auguſtinus in diſcurſu Univerſ. hiſt. ad annum 1547.
Fornarius Simon in Oppoſitione Arioſti cant. 46.
Gabianus Jo: Jacobus in Gallo. Ad Aloyſium Galleanum ubi
Vida Poeta meæ decus immortale Cremonæ.
Gadius Jacobus Cremon. in hiſt. MS.
Gallus Vincẽtius Cremon. Cler. Reg. S. Pauli in ſuis Operibus de Poetica &c.
Garzonius Thomas in Plat. Univerſali cap. ult. ubi de Poetis nominat Vidam glorioſum.
Geſnerus Conradus in Bibl. Inſtituta.
Ghilinus Hier. Abbas in Theatro Literat. vol. 1. latè.
Grazzinus Coſmus in lib. cui tit. Scacchiæ ludus emendatus Florentiæ apud Junctas 1604. idem Grazzinus italico verſu octavo, ut ajunt, rythono diſtributo Scacchiam tranſvertit apud eoſdem Junctas, & alios impreſſum.
Grudius Nicolaus Poeta Belgicus lib. 1. Epigr. pag 44. ibi inter cætera.
Donec Minciadem jactabit Mantua Vatem,
Jactabit Vidam Clara Cremona tuum.
Guatius Stephanus Caſalenſis in Selectis 3. Vol. à Bartholomeo Zucchio Venetiis apud Soc. Minimum 1595.
Guazzus in libro Converſatione inſcripto.
Gyraldus Lilius Gregorius. De Poetis ſuorum temp. Dialog. 1. Admirari ego ſoleo, id, quod vos minimè fugit. M. H. Vidam Cremon. quem unum hac tempeſtate meo judicio eò perveniſſe videmus, quò ſine Græcis, duce cum primis Virgilio pervenire Poeta poteſt. Et de eodem alia plura. *Idem in Epiſt. de Incommod. direptionis Urbanę*, in qua Amicos ejus recenſet.
Hofmannus Jo: Jacobus in Lexico Univerſali.
Imperialis Joannes in Muſæo hiſtorico, & Phyſico ubi Effigies ibi, & leguntur Epigrammata *Joſephi Mariæ Ciriæ Cremon. Somaſchæ Congr. Joannis Thomæ Muſconii, & Ronconii.*
Innominatus Imperfectus Faentinus edidit Faentiæ 1616. per Joannem Simbenum. Scaccheide di Gerolamo Vida ridotta in ottava rima. Opuſculum eſt valdè bonum, ejuſq; Auctor creditur Sebaſtianus Martinus Cauſidicus Faentinus ex relatis à doctiſs. Abb. Canneto.
Jovius Paulus hiſt. lib. 4. pag. mihi 278. Vidam Poetam celeberrimum vocat.
Item in Elogiis.
Juſtinianus Fabianus. In Indice Univerſali Alphabetico in Verbo Bombyce, & Chriſtiados.
Kempius Martinus. In Mantiſſa de Judæ Ingenio Appendice Metrica in fine ſui diſertſſimi Tractatus de oſculis.
Lamus Alexander in Somnio cant. 2., & in diſcurſu Picturæ Bernardini Campi, inſuper carmine hetruſco Chriſtiadem Vidæ traduxit, ut dicam ſuo loco.

Lan-

Lancellotus Secundus Olivet. Abbas in diſc. xii. libri inſcripti italicè l'Hoggidì?

Landus Conſtantius in eruditiſs. opuſculo Inſcripto. In Veterum Numiſmatum Romanorum Miſcellanea explicationes, ubi de Jano Bifronte.

*Laudius Defendens in diſc. Hiſt. Laudenſ. diſc.*8.

Legatus Laur. Cremon. in Muſæo Coſpiano pluries, & alibi.

Lombardellus Horatius in opere attitulato il Giovane Studioſo pag. mihi 16.

Lotychius Jo: Petrus de Poetis pag. 80.

Materia priſcos ſuperavit, & arte Poetas.
Vida *canens fidei carmine plena ſacræ*
Cæſaris eſt Vates Maro, Vida ſed eſſe Jehovæ,
Et Chriſti Vates maluit eſſe ſui.

Ludovicus Jacob à S. Carolo in Bibl. Pontificia lib. 2. *pag.* 340.

Macchiavellus Hieronymus de Lugo in Prolegomenis ennarrationum in Chriſtiada, cujus MS. apud me proſtant ex munere humaniſſimo nunquam ſatis laudati Abb. Canneti.

Magirus Tobias in Eponymalogio, qui allegat de eo ſcribentem *Jac. Auguſt. Thuanum lib.* 38.

Maraccius Hippolytus in Bibl. Mariana Tom. 1.

Maſurius Aloyſius in Gallicum vertit Scacchiæ Ludum, & Lugduni formis dedit 1557. ex Bibl. exotica pag. 206.

Meninnus Federicus à Gravina Medicus Neapolitanus, Poeta eximius in Italico Epigrammate mihi humaniſſimè directo.

Stupor d'un Vida: al ſuo cantar ſuperno
Poiche del Ciel s' aprì l'atrio immortale,
Attonito laſsù, d' Arpa vocale
Non più norme diè Cintio al ſuono alterno.
Gli Orfei non vanta il Rè del foco eterno,
Mà chiude al ſuo cantar l'uſcio Infernale,
Perche teme, à goder l'aura vitale
Non riedano frà noi l'Ombre d' Averno.
Dite hor quando udì mai vanti, ò ſtupori
Pari al ſecolo antico, ò pure al noſtro
A quei, che opraſte Voi Cigni canori
Se in ſtige Orfeo, ſe ne l' Empireo chioſtro
Tacque il Muſico Dio, che ama gli allori:
Belle Muſe d'Inſubria, il pregio è voſtro.

Merula Pellegrinus in Sanctuario Cremonæ, ubi de Eccleſia Divæ Margaritæ.

Merula Gaudentius in Bello Eraſmicano.

Miræus Aubertus Bruxellenſis Bibliot. Eccleſ. P. 2. *cap.* 83.

Monarius Franciſcus, ſeù melius P. *Camillus Hectoreus in Rudimentis Poeticis &c.* Bononiæ excuſis.

Muſconius Jo: Thomas in Epigr. lib. 1. *pag. mihi* 31., & *lib.* 2. *epigr.* 2.

Mutonus Nicolaus ſuper Scacchia paraphraſim italico verſu edidit Romę 1544. edidit paritèr de ſimili ludo *Gregorius Ducchus Brixienſis*

ſis heroicum Poema italicè Vincentiæ 1607. *Item Petrus Carrera cum diſceptationibus P. D. Joannis Baptiſtæ Cherubini, & Marii de Tortellis J. C. Militelli per Joannem de Rubeis* 1617.

Naldinus Paulus in Corographia Eccleſiæ Juſtinopolitanæ laudat Vidæ familiam, & doctrinam.

Niger Hieronymus in Epiſt. Collectis à Jordano Ziletto directis Marco Ant. de Michaelibus, una ſcilicèt die 10. Decembris 1622., altera diei 17. Martii 1523., & diei 1. Aprilis 1527.

Niger Joſeph Proavunculus meus *in ſuis Carm. MSs.* eidem dirigit Epiſt. quintam. quæ incipit.

Ite ſalutatum celebrem mea Carmina Vidam.

Niger Ioſeph Avunculus meus humaniſſimus in ſuo Martyrologio Eccleſiæ Cremon. MS.

Offredus Ioannes in Collectaneis carminum Italicorum per Vinc. Comitem Cremonæ 1560.

Ogerius Simon. lib. 2. Sy. VI. 145.

Opmeerus Petrus in chronographia ad ann. 435. proximum Virgilio occinit.

Paſtus Ioſeph in libro cui tit. Cortina della Moſtruoſa Fucina.

Pennottus Gabriel in hiſt. Trip. Can. Regul. Later. lib. 3.

Philiculus Vaſquinus Scacchiæ Ludum Lingua gallica traduxit, & Pariſiis impreſſit, ut ex Bibl. exotica.

Perbonus Hieronymus in Epiſt. lib. 4. *pag.* 6. *Mediol.* 1533.

Planerius Ioannes de Quintiano in Epiſt. Moral. dum ſcribit Vidæ Juniori Eccl. Cathedralis Cremonæ Canonico.

Pope Blount Thomas in cenſura celebriorum Authorum pag. 675. *de quò ſuprà.*

Poſſevinus Ant. Soc. Ieſu. Bibl. Selecta lib. 17. *cap.* 1. *& App. Sacro.*

Quenſtedet Io: Andreas in Dialogo de Patriis Illuſtr. Vir. pag. 292.

Reuſnerius Nicolaus in Iconibus. M. H. Vida Cremo. ſummi ingenii Vir, ſummæque doctrinę, Poetarum Scholæ Chriſtianæ facilè Princeps. Heroico ſpiritu Maronem feliciter æmulatus, quod ſatis ipſe teſtatum fecit inſigni illo Chriſtiades opere nunquam ſatis laudato &c.

Roſinus Celſus in Lyceo Lateran. lib. 11. *ut dixi, latè.*

Sadoletus Iacobus lib. 10. *in Epiſt.* ubi doctiſſimus hic Cardinalis veterem ſe Vidæ Amicum dicit, eumq; impenſe laudat, & *lib.* 5. *ad Angelum Colotium* Magniloquum Vidam appellat.

Scalvus Bartholomeus in Prefatione Meditat. Spiritualium.

Senenſis Sixtus Ord. Præd. in Bibl. Sancta lib. 4. *H. Vida Cremon. ex Can. Reg. Later. Albæ Ep. poſteà Virgilianī Carm. imcomparabilis Imitator, primus ferè omnium Latinorum Poetarum Vitam, Reſurrectionem, aliaq; Servatoris noſtri geſta ex quatuor Evang. collecta ſublimitate carminis Virgilianæ Majeſtati proxima feliciſſimè cecinit.*

Spacchius Iſraël in Elench. Med. pag. 40. ubi de Bombycibus, à quo forſan incautè in Catalogis Librorum editis Lugduni 1662. *Philippus Borga, & Laur. Arnaudus Hieron. Vidæ opera Medica recenſent.*

Spinula

Spinula P. Franciſcus Od. 17. *pag.* 17.

Tamborinus Aſcanius Abbas Vallumbroſanus de Iure Abbatum Tom. 2. *diſp.* 24. *quæſt.* 4. *num.* 33. ubi ſcribit Vidam fuiſſe Can. Reg. *Congr. S. Marci Mantuæ. deſiit tandem hęc Congr. & eorum Monaſt. S. Marci à Gulielmo Mantuæ Duce conceſſum fuit Monacis Camal. obtenta prius à Sede Apoſtolica facultate.*

Tarteſius Iulius de Nobilit. pag. mihi 94.

Tarteſius Marcus Paulus Cremon. Rhetor edidit Cremonæ anno 1559. *apud Vinc. Comitem.* In M. Hieronymi Vidæ Poeticam Præfationem, in qua dignopere eumdem laudat.

Terminius Ant. in diſcurſu Italico de Miſeria humana in rithonis Ferrantis Caraffæ, Januæ 1559.

Teiſſier Antonius in ſuo cathalogo refert Orationem Faballi, ſed perperàm in Funere noſtri Authoris excuſam anno 1561. cum ipſe vivere deſierit, ut innuimus anno 1566.

Idem in libro, cui Gallicè titulus eſt, *les Eloges des Hommes Scavans* Ultrajecti cuſo 1697. ubi in Additionibus præter opera memorata refert Vidam ſcripſiſſe Epiſtolam Jo: Mattheo Giberto, & Martyrium S. Dalmatii, quod in Himnis ſanè comprehenditur, affert inſuper cujuſdam Scriptoris Galli futiles cenſuras, verum tenuiſſimo filo contextas, adeò ut ipſæ primo mentis intuitu diſſipentur.

Valerianus Jo: Pierius de Chriſtiade cecinit.

Conditor Illiadis tacebitur, atque Maronis
Altiſonus cantus facientia hæc carmina palmam.

Varchius Benedictus in Dialogo cui tit. L. Hercolano.

Vectiolus Vincentius in Oration. pag. mihi 147.

Ughellus Ferdin. in Ital. Sacra plura.

Ulloa Alphonſus. In Vita Caroli V. Imp. lib. 4. *& in fine Operis, ubi de Illuſtribus Viris in literis.*

Uviellus Lucas Iſagoge de Scacchię Ludo, cui adiicitur Vidę Carmen Argentorati apud Paulum Lederoy 1605.

Zanchius Baſilius Bergom. Can. Reg. Lateran. in Poematiis.

Zava Franciſcus pluribi in Oratione, in Epiſt. & in Carmin.

In fronte Fani Divæ Margarithæ ab ipſo ornatiſſimè extructi literis cubitabilibus lapidi excultis legitur.

M. Hieronymus Vida Albæ Epiſcopus fecit anno à partu Virginis MDXLVII.

Intus Fanum ante Majorem aram literis aureis extant Inſcriptiones, quæ cum Vidæ eruditionem indicant, duco illas Doctiorum oculis ſubijcere.

Propter Ædem in ſepulcreto ſanctitatis ergò Cadavera humanto, conduntove, ut lubet, qui intus rejectis, antiquitatiſq; Pontificis execrationibus non ſanctum humaverit, condideritvè, piaculum eſto.

Ne quis heic nedum ſacrum, ſacrove commendatum clepſerit, rapſeritve, ſed neque præter olla, quę poſita ſunt, ſimulacra, aliud appingito, effingitove, neu altare extraordinarium, quod ædem deformet, inconcinnamq; reddat exædificato. Neù quid omninò ſtructurę, picturęve addito, neu demitto, neu mutato, ſarta tecta ad quem ſpectarit, bona fide pręſtato, collapſa, ſqualidaq; & obſoleta, reconcinnato, atque in priſtinam formam, nitoremq; reſtituto. Qui ſecus faxit, deteſtabilis eſto, Civitaſq; ipſa Vindex ſciet.

Alterum, exacto ſæculo, & circà annum 1585. Hieronymum Vidam Juſtinopolitanum literis floruiſſe, ut innuimus ſatis conſtat, verumtamen, ne cum noſtro ab aliquibus confundatur, optimum duxi de illo nonnulla mihi cognita ſcribere.

Extant porrò iſtius Vidæ opera italica.

Tilliria, Comedia Venetiis ędita abſq; anni mentione.

Il Sileno. Dialogo.

Le Concluſioni amoroſe, quę cum interpretatione Octonelli de Bellis Juſtinopolitani, & declaratione in rhytonos Vincentię prodierunt apud Georgium Gręcum 1589. ubi Poetæ Concives ipſum laudant.

Alia quoque carmina italica, dicitur, evulgaſſe; de eodem cecinit *Jo: Baptiſta Pinellus lib.2. carminum* 29.

Inter Archivii Cremonæ monumenta, & nempè in Regeſtis ſignatis D.D. annorum 1519.20.21.22. cum mihi ad manus venerit ſequens Epiſtola noſtri Vidæ agens de ejus Poetica, hic eam placuit ſubtexere.

Marcus Hieronymus S.D.

Sena: Po: Plebique Cremon.

„ SI vos, Liberiq; veſtri valetis, bene eſt. Ego quidem valeo; nun-
„ quam Patres optimi viſus ſum mihi ex meis vigiliis uberiorem
„ fructum cæpiſſe, quàm nuperrimè ex literis veſtris, quas ad me
„ publicè miſiſtis, jure veſtro poſtulantes, ut libros, quos de arte
„ poetica hexametris conſcripſiſſem, ad vos tranſmitterem, quo
„ Liberi veſtri his lectis, aut doctiores fierent, aut exemplo do-
„ meſtico promoti ad ea ſtudia magis inflammarentur. Ego verò
„ tametſi hujuſcemodi operi ſummam manum jam pridem im-
„ poſuiſſem, tamen conſilio, ut ego quidem arbitror uſus optimo,
„ nondum id vulgare decreveram, ſcio enim quam periculoſum
„ ſit de re tàm varia, tàm difficili, atq; ardua ſcribere his præſer-
„ tim temporibus, quibus tot præclara ingenia liberalitate Leo-
„ nis X. Pont. Max. invitata emerſerunt, emerguntq; in dies, ut
„ artes mihi ipſa injuria temporum jamdudum extinctæ videantur
„ quodamodò hujus auſpiciis reviviſcere, ſed quod ego vobis, aut
„ patriæ, qua mihi nihil antiquiùs, negare auſim: malo apud alios
„ temerarius, & ineptus, quàm apud vos ingratus, ac contumax
„ cenſeri; Hac tamen lege hos libros vobis credimus, ut apud
„ vos in quopiam loco, aut publico, aut privato ſerventur, quo
„ tantum Civibus noſtris aditus ſit, ne ſi fortè in exterorum manus

„ furto

" furto ſublati devenerint, injuſſo meo Librariorum avaritia in
" vulgus venales prodeant; quarè medius fidius nihil mihi mole-
" ſtius accidere poſſet, ne quis me fortè hinc aliquam gloriam, &
" vulgi rumuſculos aucupari autumet, ſat mihi erit, ſi in his noſtræ
" Civitatis Juventutem aliquid profeciſſe intellexero. At non
" erunt puto prorsùs inutiles; nam præter quod à nobis ea res
" tractata eſt, quod pleniſſimè ſcribi potuit, cautiores etiam noſtri
" Adoleſcentes in legendis Authoribus redduntur, dum quibus
" aſſiduè dent operam à quibuſvè ſibi cavendum ſit à nobis admo-
" nentur, ne fortè diſcant eas literas, quæ non minori labore poſteà
" dediſcendæ ſint. Aſſequentur hi quidem perbrevi ea omnia,
" quæ ego his ſtudiis à pueritia deditus labore, & vigiliis multo-
" rum annorum vix aſſequutus ſum, modo ſibi exaratatione, quæ
" in omnibus artibus, ac diſciplinis eſt perneceſſaria non deſint;
" intelligent etiam quantum ornamenti, ac luminis huic arti præ-
" ſtantia ingenii attulerit Virgilius noſter, quem Poetarum om-
" nium (non de noſtris tantum, verum etiam de Græcis loquor)
" facilè Principem ponimus. Hujus Ego, quoties, Patres optimi,
" divinum Poema lego, videtur mihi vir ille non tantum hiſtoriam
" ſcribere, ſed de ea ipſa arte præcepta tradere voluiſſe, ut oſtende-
" ret quantum Græcis ipſis, à quibus hanc diſciplinam accepi-
" mus, defuiſſet, quove de hac arte eſt, quo de cæteris omnibus,
" dici poſſet, noſtros videlicet, quæ ab aliis accepere, ea ſemper
" meliora reddidiſſe. Cæterum occurrent etiam fortaſsè quædam
" obſcuriora, quod à nobis loci nonnulli tractati ſunt ſubtiliùs, qui
" ſine aliqua conditione Adoleſcentibus intelligi non poſſint. Ad
" hoc præſto erunt Præceptores, quibus Civitas noſtra præ cunctis
" aliis eſt feliciſſima tùm grecè, tùm latinè erudìtiſſimis. Valete.
" Romæ. Nonis Febr. MDXX.
" A Tergo. Senatui, Pop. Plebique Cremonen.
Sigillat. cum corniola in cera rubea forma clauſa.

Hinc die 27. Martii eodem anno 1620. ex Decreto Generalis Conſilii ære publico Vidæ Poetica excuſa fuit, typis aſſiſtentibus Daniele Cajetano, & Franciſco Concoretio ambobus ex Didaſcalis Cremonenſibus, ut patet ex libro inſcripto. *Proviſionum* ejuſdem Anni in Archivio ſervato.

Demum ut appareat, quantum toto cœlo aberret *Romualdus à S. Maria Nudipes Auguſtinianus in ſua Flavia Papia Sacra*, ubi in operis veſtibulo memorat ineptè quidem Declamationes Cremonenſium contrà Papienſes, & totis viribus inſudat, ne iſtæ à Cive Cremonenſi compoſitæ credantur, ut ſua, & Julii Salerni ab eo in fine ſuæ diſſertatiunculæ allegati Calumnioſa figmenta incautis auribus vendere poſſit, optimum duco prò veritate multa hic ab archetypis memorati Archivii excerpta ſubnectere, ex quibus Noſter Vida illarum Declamationum (aut ait) Auctor dignoſcatur, & exiſtimetur.

In Congregatione diei Martis 21. Maii 1549. habita per Nobiles DD. Deputatos Regimini Civitatis Cremonæ inter alia ſic fuit ordinatum.

„ DEmum expoſuit D. Bartholomeus Oxius qualitèr in lite, ſeù
„ controverſia occaſione præcedentiæ vertente inter Cremo-
„ nenſes, & Papienſes per quàm plures Literatos hujus Civitatis
„ factæ fuerunt diverſæ ſcripturæ, & allegata jura in honorem, &
„ gloriam hujus Civitatis contrà dictos Papienſes, quæ collectæ
„ fuerunt, ut tranſmittantur ad R.^{mum} Ep. Albenſem, cum quo de
„ hoc factum fuit verbum nomine iſtius Magn.^{æ} Communitatis,
„ ut ea reducat in Orationem elegantem in defenſionem Patriæ,
„ qui obtulit libentiſſimè elaborare prò Patria, in nulloq; deficere
„ juxtà vires ſui ingenii, quæ Oratio poſtquàm facta fuerit im-
„ preſſioni danda, ut Cunctis innoteſcat, & ſuper hoc dandas eſſe
„ literas p.^{to} R.^{mo} Ep. cum ipſis Scripturis.
„ Ideò præfati Magnifici DD. Deputati ordinaverunt, & ordinant
„ dictas omnes Scripturas tranſmittendas eſſe p.^{to} R.^{mo} Ep. Albenſi
„ cum literis Magnif. Communitatis ejus R.^{mam} Dominat.^{em}
„ rogando, ut dignetur, & velit facere, & componere, ſeù illas
„ reducere in aliquam Orationem elegantem addendo, & dimi-
„ nuendo, mutando, & corrigendo, prò ut ſibi meliùs videbitur, &
„ placuerit prò gloria, & honore hujus Civitatis, & poſtquam
„ ipſe illam Orationem compoſuerit, ordinaverunt ut ſuprà, quod
„ imprimi debeat ad æternam rei memoriam, & ut omnibus cla-
„ rius jura, honos, & gloria Civium Cremonenſium eluceſcant,
„ & cognoſcantur, partito poſito, & obtento per omnes &c.
„ Ità, & prò ut ſuprà legitur in libro Proviſ. anni 1549. fol. 65.

Reverendiſſimo Monſignor.

„ PEr la controverſia trà la Città noſtra, & Pavia de la prece-
„ dentia ſapendo quanto la S. V. R.^{ma} hà a petto l'honor della
„ Commune Patria, mandiamo con queſta noſtra per Meſſo à
„ poſta diverſe Scritture, & primamente le ragioni dedutte in
„ nome noſtro nanti l'Eccellentiſs. Senato di Milano, poi le
„ ragioni de Paveſi, finalmente diverſe coſe raccolte per alcuni
„ in favor noſtro, onde preghiamo ſommamente V. S. Rever.^{ma},
„ che ſi voglia degnare di veder il tutto, e ridurlo come gli pa-
„ rerà in una elegante Oratione in defenſione dell'honore della
„ Patria, la qual poi intendemmo far imprimere, & eſibirne copia
„ à ciaſcuno di quello Senato, il quale pare che voglia decidere
„ queſta Cauſa quanto più preſto, ne voreſſimo mancar dal canto
„ noſtro all'honor publico, & la maggior confidanza, che hab-
„ biamo in V. R. S., che in ciò eſponerà tutte le forze, & inge-
„ gno ſuo, & oltre gli altri oblighi la Patria principalmente
haverà

„ haverà queſto à V. R. S., alla quale bacciamo con debita rive-
„ renza la mano. Da Cremona alli 30. Maggio 1549.
„ Obligatiſſimi Servitori
„ Li Preſidenti al governo di Cremona.

Magnifici Signori mei Oſſerv.^mi

„ IO in queſta occorenza vorrei eſſere il più eloquente, che mai foſ-
„ ſe, sì per difendere la dignità de la Patria noſtra, la cui memoria
„ ſempre in l'animo mio è viva, com'anco per ſoddisfare alle SS.
„ VV., alle quali per lor gentilezza, & amorevolezza è piacciuto
„ deferire tanto alla perſona mia, & per meſſo particolare mandato
„ à poſta inviarmi tanto honorevole impreſa. Sarei molto ingra-
„ to, & ſcorteſe, li quali vitii ſempre hò tenuto lontani da me, non
„ laſſandomegli mai approſſimare, s'io non adoperaſſi tutto quel
„ poco, è debole ingegno, qual Dio, e la Natura m'hanno donato,
„ & à tutta mia forza non ſcacciaſſi tanto opprobrio, & ignominia
„ dal nome Cremoneſe, qual alle orecchie mie è, & ſempre fù dol-
„ ciſſimo. Non vorrei promettere alle SS. VV. gran coſe, che forſe
„ poi non poteſſe tenere, mà l'animo mi dà ſperanza, purche non
„ ſia anguſtiato da careſtia di tempo, di dir tal coſe della Città
„ noſtra, che non ſolo ſervirà à queſto temporale biſogno, occor-
„ rendo al preſente pericolo, mà con queſta occaſione ancora
„ l'infinite ottime qualità, & conditioni de la Patria noſtra ſaran-
„ no conſecrate all'eternità, ſel mio ſcrivere potrà qualche coſa.
„ Hò ſcritto certe particularità al Magnifico Mr Antonio Maria
„ Auguſto circa queſto negocio, riſpondendo à certe di lui, repu-
„ tandome ſcrivere à quella Magnifica Communità, havendo
„ quel da bene Gentiluomo donato, e conſecrato la vita ſua alla
„ detta Univerſità ſervendogli e dì, e notte tanto fidel, & amore-
„ volmente, e con tanta ſufficienza. Da cui le SS. VV. potranno
„ intendere in qualche particulare il parer mio, maſſime circa l'av-
„ vocatione della Cauſa, ſe le Suſpicioni che ſe hanno de Judici
„ hanno fundamento. Mi raccomando, & offero quanto poſſo
„ alle SS. VV. MM. Alba alli IV. di Giugno MDXLIX.

Sottoſcr. come Fratello Geronimo Vida Veſcovo d'Alba.

Eod. Anno XXXII.

ANdreas Burgus Caſtrileonis Comes, qui nobilitatem cum Virtute conjunctam ità habuit, ut literis comendatiſſimus, & dignitatibus clariſſimus fuerit. Maximiliani Imperatoris mox Ferdinandi Romanorum Regis ardua, ac præclara tùm in Italia, tùm in Germania, Gallia, & Hiſpania geſſit negotia, Legationibus perquam maximis functus omnia meritorum ſpatia occupavit: Obiit Bononiæ dum eſſet Ferdinandi Regis Orator apud Clementem VII. Sum. Pont. ejuſq; Cadaver Cremonam translatum in ædibus Divi Petri dicatis funebri oratione, ac ſolemnioribus exequiis humatur. Ibi notis aureis hoc legitur monumentum.

MD.

M D.

Andreæ Burgo Co: Equ., & Heroi

Primum Lud. Sf. Med. Ducis mox D. Cæſ. Max. A. Secretis Præfecti Conſil. Aulic. Imp. ante Hiſpaniarum, dein Mediolani cum jam ab eodem Ceſ. Legat miſſus fuiſſet ad Pont. Max. Julium II., & Clementem VII. Ad Reges Ferdin. Aragon. Hiſpan. Ludovic. Galliæ ſemel, atq; iterùm Henricum Britanorum, & ad Nepotem Caroli Margarit. quæ Filium in Pleumos tandem compoſit. ac ſedat. in Italia bellicis Tumult. in Concil. Bononienſ. Pacif. tamquam voti compoſiti defuncto Kal. Jan. MDXXXII. *Ætat. ſuæ ann.* LXV. *Menſ.* III. *die* XXIII. *Poſu. Ferd. F. & Catharina Angiſs. Uxor Lign. Tabul.*

Nunc verò Marmor. Lapid. Reſti. Curavit. Lombard.

Nepos Anno MDLXXXVII.

M. M.

Attamen ex ſubanexo Epitaphio rubro lapidi inſcripto in Sacello poſt Chorum Eccleſiæ S. Marci Tridenti cultæ per P. R. Auguſtinianos apparet Andream alteram habuiſſe Conjugem, & ſcilicet Dorotheam Thuonnam Nobili Tridentina ortam familia, ubi etiam Andreæ, & Dorotheæ effigies habentur egregiis penicillis expreſsæ.

D. O. M.

Dorotheæ Thuonnæ, Pudicitia, Prudentia,
Venuſtate, ac Moribus inſigni
Uxori chariſſimæ, & benemeritæ
Andreas Burgus Cremonenſis Eques,
Et Cæſareus Conſiliarius Maritus mæſt. P.
Vixit Ann. 30. *menſe* 2. *dies...*
Obiit X. *Octobris* MDLII.

Quid gemis heù? tanto felicia funera luctu:
Turbantur lacbrymis gaudia noſtra tuis
Parce precor triſtes quæſtus effundere: vixi
Non erat in fatis longior hora necis.
Immatura peris: ſed tu diuturnior, annos
Vive meos, conjux optime vive tuos.

Ejus virtutis ſpecimina reliquiſſe fertur
Epiſtolas ad Principes, ac
Orationes

Andream laudant *M. Hieronymus Vida in orationibus act.* 2. ubi. His adminiculis adjuti, qui ex Civibus noſtris Remp. adminiſtrarunt, id ſumma laude ſemper fecerunt, & cum quadam omnium admiratione, quod noſtris temporibus vidimus in Andrea Burgio, qui carus priùs Maximiliano Imperatori, mox Ferdinando ejus Nepoti Rom. Regi multa, & magna negotia in Italia, in Germania, Galliaque, & Hiſpania geſſit &c.

Jo:

Jo: Petrus Arlunnus Mediol. Medicus anno 1515.
Andreæ dicavit ſuum de Peſte Tractatum.
Cavitell. in Annal. plura de eodem.
Ant. Campus hiſtor. lib. 3.
Leander Albertus in deſcriptione Italiæ.
Alex. Lamus in Somniis cant. 3.
Lud. Guicciardinus in hiſt. lib. 10.
Zava in Orationibus 4. *in Parentalibus.*
Petrus Bembus in Epiſt. lib. 7. *Epiſt. nomine Leonis X. Sum. Pont. eidem ſcripta.*
Comes Franc. Perſicus in ſua Hiſtor. MS. ſcribit. Veronam, & Arces Andreas Burgus Cremonenſis à Rege, Gurgenſiq; miſſus accipit. Andreas Legatum Cæſareum apud Ludovicum agebat, Vir quidem virtute præditus cùm latinæ linguæ decore, tùm rerum experientia, & uſu haud inceleber.
Pierius Valerianus in Epiſt. de honoribus habitis Illuſtriſſimo Gurgenſi Cæſareo Vicario Urbem ingredienti hæc habet. cum his Andream Burgium Cremonenſem agnovimus Virum in magnis negotiis obeundis ætate noſtra clariſſimum &c.
Clemens Flammenus in Caſtillionea plura, & alii.
Cum ad manus meas pervenerint nobiliſſimum Maximiliani Cæſaris privilegium Andreæ, ejuſque Deſcendentibus conceſſum, nec non ejuſdem Andreæ præclarum Teſtamentum, ut verè appareat Teſtamenta Hominum ſpeculum eſſe morum; hic ſubnectere viſum fuit.

„MAXIMILIANUS divina favente clementia electus Ro„manorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, „Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex; Archidux Auſtriæ, „Dux Burgundiæ, Lotaringiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, „Carniolæ, Lymburgiæ, Lucimburgiæ, & Gheldriæ; Lantgra„vius Alſatiæ, Princeps Sveviæ, Palatinus in Habſpurg, & Han„noniæ; Princeps, & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tirolis, Go„riciæ, Arthefiæ, Olandiæ, Scelandiæ, Ferretis, Inkyburg, Na„murci, & Zutphaniæ; Marchio Sacri Romani Imperii ſuper „Anaſum, & Burgovii; Dominus Phryſiæ, Marchiæ Sclavoni„cæ, Mecliniæ, Portus Naonir, & Salinarum &c.
„Honorabili fideli nobis dilecto Andreæ de Burgo noſtro, & Ill. „Caroli Principis Hiſpaniarum, & utriuſq; Siciliæ, atq; Hieruſa„lem, Archiducis Auſtriæ, Ducis Burgundiæ; Brabantiæ, nepo„tis, & filii noſtri chariſſimi Conſiliario, & Camberlino, ſacri La„teranenſis Palatii, Aulæq; noſtræ, & Imperialis Conſiſtorii Co„miti Palatino, Gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonum. Et „ſi Imperialis Majeſtatis celſitudo ea potiſſimum gratia in Ro„mani Principatus culmine conſtituta ſit, ut circumquaq; aciem „conſiderationis ſuę dirigens, quos promerere dignè animadverte„rit, ſingularibus prerogativis afficiat, illos tamen meritò magis, ac

„magis

magis extollere debet, quos non ſolum præcipuis virtutum inſignibus decoravit altiſſimus, ſed etiam qui inconcuſſa fide, & obſervantia continuò aliquid erga nos, & ſacrum Romanum Imperium præſtare nituntur. Hinc eſt quod nos conſiderantes ſervitia, & merita, quæ tu prænominate Andrea nobis, & ſacro Romano Imperio multipliciter exhibuiſti. Quodq; pro quiete, & tranquillitate totius Reip. Chriſtianæ, in primiſq; pro honore, dignitate, & utilitate noſtra, ac ſacri Romani Imperii, & domus noſtræ Auſtriæ, & Burgundiæ, nullis vigiliis, ſtudio, operæ, & diligentiæ pepercisti, præcipuè in multijugis legationibus tuis, quas tibi toties pro ſumma rerum noſtrarum, & ſacri Romani Imperii, & domus noſtræ Auſtriæ, & Burgundiæ variis temporum conditionibus, numquam opinione noſtra de ſumma prudentia tua, fide, conſilio, & deſteritate fruſtrati, Tum apud Sereniſſimum Regem Arragonum, Ferdinandum fratrem noſtrum cariſſimum, cum filius noſter cariſſimus bon. mem. Philippus Rex Sereniſſimus Caſtellæ in Hiſpania, ab univerſis Populis in Principem electus. Iterum in eamdem Hiſpaniam, apud prædictum filium noſtrum in Regem Caſtellæ jam electum; Bis apud Sereniſſimum Regem Angliȩ Henricum, fratrem noſtrum cariſſimum; ultimo pro matrimonio Sereniſs. Principis Caroli nepotis noſtri contrahendo, tùm iterum poſt tractatum Cameracenſem, apud Sereniſſimum Regem Franciæ fratrem, & conſanguineum noſtrum cariſſimum, inita cum eo pace, & expeditione rerum Italicarum ſuſcepta obeundas demandavimus. Et qui Deus Optimus Maximus, ultrà prædicta omnia perſonam tuam ſingulari quadam, & gemina humanitate, conſilio, doctrina, & in rebus gerendis dexteritate, inter alios maximè decoratam eſſe voluit. Harum rerum omnium intuitu cogimur eſſe ſolliciti, quibus potiſſimum rationibus, ſervitia, & merita tua recumpenſemus; Volentes igitur te prænominatum Andream, aliquo ornamenti titulo, & beneficentiæ dono decorare, te ipſum Andream, ac tui intuitu Danielem, & Lumbardinum honorabiles Ju. Con. fratres tuos Germanos, nec non Octavianum, Cæſarem, & Armaninum conſanguineos, Agnatos tuos, omnes de Burgo, quos Nobiles ex antiquis veſtrȩ Patriȩ natalibus invenimus, priſtinam, ac naturalem nobilitatem in te, & eos recognoſcentes, confirmantes, & rurſus augentes, tuoſque, ac cujuslibet eorum filios, & deſcendentes in perpetuum, legitimos, & naturales motu proprio, ex certa ſcientia animo deliberato, ſano quoque Principum, Comitum, Baronum, & Procerum noſtrorum, ac ſacri Imperii fidelium dilectorum accedente conſilio, & aſſenſu, nobiles conſtituimus, decernimus, & creamus, ac in perpetuum nobilitamus, decernentes, quod vos prænominati omnes, & filii veſtri, ac deſcendentes in perpetuum legitimi, & naturales ut ſuprà, ubique locorum, & terrarum,

„ tàm

„ tàm in judicio, quàm extrà, in rebus ſpiritualibus, & temporali-
„ bus, eccleſiaſticis, & prophanis etiam ſi in præſentibus de ipſis
„ fuerit facienda mentio ſpetialis, omnibus, & ſingulis exercitiis,
„ ac quibuſvis actibus, & ſtudiis, honoribus, dignitatibus, officiis,
„ juribus, libertatibus, inſignibus, privilegiis, gratiis, & indultis
„ gaudere, uti frui, & potiri poſſitis, & poſsint, quibus alii Romani
„ Imperii nobiles militares gaudent, & fruuntur quomodolibet
„ conſuetudine, vel de jure. Confirmantes etiam vobis arma, &
„ inſignia à vobis, & majoribus veſtris geſtari conſueta, videlicet,
„ clypeum in campo albo, ſeù argenteo, Leonem rubrum erectum
„ habentem, ac ea ad majorem veſtrum decorem, ſic meliorantes,
„ ut ſuper clypeo galea ſit torneamentorum cum rubris, & albis
„ teneis dependentibus, à cujus cono pro Criſtis exeat arbor Pinea,
„ in naturali colore, cum eulogio ſtipiti involuto in lingua Gallica
„ hujus ſententiæ (Rectè proeundo in altum) & pro ut hic in me-
„ dio artificis ingenio clariùs effigiata cernuntur.

Hic cadunt Inſignia.

„ VOlentes, & auctoritate noſtra Imperiali decernentes, quod
„ vos omnes prænominati, atq; à vobis deſcendentes, ut ſuprà
„ hujuſmodi armorum inſignibus, ex nunc in anteà futuris perpe-
„ tuis temporibus, in omnibus, & ſingulis honeſtis, & decentibus
„ actibus, tàm ſeriò, quàm joco, haſtiludiis, bellis, duellis, ſingu-
„ lari certamine, edificiis, annulis, clinodiis, ſignetis, ſigillis,
„ ſepulchris, ſuppellectile, etiam in torneamentis, & alias ubicunq;
„ libuerit deferre, & geſtare; nec non illis præeminentiis, gratiis,
„ & prærogativis, uti, frui, & gaudere poſſitis, & valeatis, ac poſ-
„ ſint, & valeant, quibus cæteri noſtri nobiles inſignium, & armo-
„ rum ornamentis, à nobis, & Sacro Romano Imperio inſigniti
„ gaudent, & potiuntur, jure, vel conſuetudine, abſque alicujus
„ impedimento, & contradictione. Inſuper vos prædictos, & à
„ vobis deſcendentes, ut ſuprà, motu, ſcientia, conſilio, & aſſenſu
„ prædictis, & de noſtræ poteſtatis plenitudine Sacri Lateranenſis
„ palatii, Aulæq; noſtræ, & Imperialis Conſiſtorii Comites Palati-
„ nos facimus, conſtituimus, creamus, erigimus, & attollimus,
„ ac Imperiali auctoritate gratioſius inſignimus, decernentes, &
„ hoc Cæſareo ſtatuentes edicto, quod vos prænominati, & deſcen-
„ dentes veſtri, ut ſuprà, quàmdiù vixeritis, & vixerint, univerſis,
„ & ſingulis privilegiis, juribus, immunitatibus, exemptionibus,
„ honoribus, conſuetudinibus, favoribus, præeminentiis, & præ-
„ rogativis, quibus ſacri Lateranenſis palatii Comites Palatini de
„ jure, vel conſuetudine freti, ac uſi ſunt, vel utuntur, ac fruun-
„ tur, uti, frui, & gaudere poſſitis, & debeatis, ac poſſint, & de-
„ beant. Vobiſq; omnibus, ac prædictorum cuilibet quoſcunque
„ etiam nobilium baſtardos, ſpurios, manſeres, nothos, inceſtuo-

ſos, naturales, ac ex nephario coitu natos, & quoſcunq; natalium defectus, quoquo modo patientes, ſivè maſculos, ſivè fœminas quocunque nomine cenſeantur, & quovis modo illegitimè natos, & quemcunq; alium defectum natalium patientes, etiam ſi plures, vel omnes, in legitimanda perſona ſimul concurrerent conjunctim, vel diviſim, & ex ſerva natos, legitimandi concedimus, & damus facultatem, ipſoſq; in patriam poteſtatem reducendi, & illos ſic ut ſuprà dictum eſt, legitimandos reducendi ad priſtinum ſtatum naturæ, quò omnes legitimi naſcebantur, ſivè legitimandi præſentes fuerint, ſivè abſentes, ſivè ratam legitimationem habuerint, ſivè non, & eorum parentibus, præſentibus, & abſentibus, vel mortuis, vel furioſis, vel mente captis, ita quod etiam ſufficiat procurator, nuntius, vel miſſus, habens ad hoc ſpeciale mandatum, vel ab ipſis legitimandis, vel ab eorum parentibus, etiam ſi legitimandi ſint infantes, furioſi, vel mentecapti, citatis, vel non citatis illis, ad quos hæreditas ſpectare poſſet, vel ſpectaret, ex teſtameno, vel ab inteſtato, vel quocunq; alio modo, & hæreditate adita, vel non adita, poſſeſſione, etiam actualiter, vel aliter apprehenſa, vel non apprehenſa, exiſtentibus filiis, fratribus, vel eorum deſcendentibus, aut agnatis, vel cognatis, ſeù affinibus quibuſcunq; legitimis, & naturalibus, vel non exiſtentibus, abſentibus, vel ignorantibus, vel etiam invictis, ipſoſq; legitimandos ad legitima, & primæva jura naturæ reducere, & reſtituere valeatis, & valeant, ac ſi ex vero, & legitimo matrimonio nati, & generati eſſent, nulla juris, vel facti obſtante exceptione, quin per vos, & prædictorum quemlibet legitimi, vel legitimandi legitimati ſint, & tales ſic legitimandi ad ſucceſſionem bonorum paternorum, & maternorum, agnatorum, & cognatorum, & etiam extraneorum, ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſuccedere, & admitti debeant intantum, quòd tales legitimi agnoſcantur aliis agnatis, & comprehendantur in quocunq; ſtatuto, conſuetudine, conſtitutione, decreto, & qualibet voluntate, loquente, vel diſponente de legitimo, vel naturali, vel de legitimo matrimonio nato, & procreato, poſſintq; tales, & debeant, ſi voluerint, ex teſtamento, vel inteſtato, vel quocunq; alio titulo ſuccedere, ac ſi de vero, & legitimo matrimonio, ut ſupra dictum eſt, nati eſſent, & procreati, etiam cum filiis legitimis, & naturalibus, vel aliis venientibus ab inteſtato, niſi vos prænominati, aut alter prædictorum, qui tales legitimaveritis, aut legitimaverint, in legitimatione mitiores partes ſequendas duxeritis, & duxerint, vel eas aliter ſuccedere decreveritis, & decreverint, vel niſi eos, vel eas, ad quendam tantum actum legitimaveritis, & legitimaverint, nulla lege communi, vel ſpeciali illis obſtante, etiam feudali; ſintque dicti per vos, & præfatorum quemlibet legitimandi de domo, caſata, & familia, ac agnatione parentum ſuorum, & arma, & inſi-

inſignia eorum portare poſſint, & valeant, eiſq; uti pro libito voluntatis, & etiam efficiantur nobiles, ſi parentes eorum extiterint. Ita quod ſic legitimati, veri legitimi, & ſine ulla fictione cenſeantur. Illuſtrium tamen Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum filiis dumtaxat exceptis. Poſſitis inſuper vos omnes, & prædictorum quilibet, ad inſtar aliorum notariorum, & ſacri imperii, ejuſq; Conſiſtorii, & aulæ Comitum Palatinorum, ubique locorum facere, creare, conſtituere, & ordinare, notarios publicos, ſeù tabelliones, & Judices cartularios, ordinarios, & delegatos, ac univerſis, & ſingulis perſonis, quæ habiles, & idoneæ fuerint, ſuper quo veſtras, & ſingulorum dictorum conſcientias oneramus, notariatus, & Judicatus ordinarii, & delegati officium concedere, & largiri, ac ipſos, & quemlibet eorum, auctoritate Imperiali per pennam, & calamarium, pro ut moris eſt, de hujuſmodi officiis inveſtire. Dum tamen ab ipſis notariis, & Judicibus ordinariis, ſeù delegatis per vos, aut quemlibet dictorum ut ſuprà creandis, & quolibet eorum vice, & nomine ſacri Imperii, & pro ipſo ſacro Imperio debitum fidelitatis, & corporale priùs recipiatis juramentum, in hunc modum videlicet. Quod erunt nobis, & Sacro Romano Imperio, & omnibus ſucceſſoribus noſtris Romanis Imperatoribus, & Regibus legitimè intrantibus fideles, nec umquam erunt in conſiliis, ubi noſtrum periculum tractetur, ſed bonum, & ſalutem noſtram defendent, & promovebunt damna noſtra pro ſua poſſibilitate aviſabunt, & avertent, inſtrumenta tàm publica, quàm privata, ultimas voluntates, codicillos, teſtamenta, & quæcunque alia judiciorum acta omnia, & ſingula, quæ illis, & cuilibet ipſorum ex debito dictorum officiorum facienda occurrerint, vel ſcribenda juſtè, purè, fideliter, & ſine dolo, & falſitate, & machinatione ſcribent, legent, & facient, non attendendo odium, munera, pecunias, vel alias paſſiones, aut favores, ſcripturas verò per ipſos in publicam formam redigent, in membranis non abraſis, nec papireis, niſi aliter ſe habeat conſuetudo loci, ſcribent; cauſas Hoſpitalium, & miſerabilium perſonarum legitimè, & favorabiliter pro viribus obſervabunt, & eos piè, & miſericorditer tractabunt, ſententias, & dicta teſtium, donec fuerint judicata, ſecretè & fideliter retinebunt; Et omnia alia, & ſingula, rectè, & fideliter facient, quæ ad ipſorum officia pertinebunt, conſuetudine, vel de jure; quodq; hujuſmodi Notarii publici, ſeù tabelliones, & Judices ordinarii delegati, per vos, & quemlibet prædictorum creandi, poſſint per totum ſacrum Romanum Imperium, & ubilibet terrarum, facere, ſcribere, & publicare contractus, inſtrumenta, judicia, teſtamenta, & ultimas voluntates, decretum, & auctoritates interponere, & præcepta quarentigiata, & executiva, in quibuſcunq; contractibus requirentibus illos, vel illa, ac omnia alia facere, publicare, &

„ exercere, quæ ad dictum officium pertinere, & ſpectare noſcun-
„ tur. Inſuper tibi, & vobis antedictis, ac tuis, & eorum filiis, &
„ deſcendentibus ut ſuprà, & cuilibet eorum, concedimus, & lar-
„ gimur ſpecialiter, ut poſſitis, & poſſint filios familias cujuſcunq;
„ ætatis etiam in infantia conſtitutos quoad omnes actus, &
„ effectus, & ad unum tantum actum, & effectum, pro ut vobis, &
„ dictorum cuilibet, & illi, qui talem emancipationem facient,
„ videbitur, & placuerit emancipare, & à patria poteſtate liberare,
„ parentibus tamen eorum volentibus, præſentibus, vel abſenti-
„ bus, & hoc etiam fieri poſſe per procuratorem ſpecialem, tàm
„ ex parte parentum, quàm liberorum: Emancipationibus qui-
„ buſcunque etiam infantium, vel adoleſcentium, decretum, &
„ auctoritatem veſtram interponere. Vobiſq; & dictorum cuili-
„ libet, qui Doctores ſunt, aut pro tempore fuerint, quoſcunque
„ ipſorum judicio idoneos, repererint, adjunctis, & in hoc aſſiſten-
„ tibus duobus, vel tribus Doctoribus, ubi illorum copia haberi
„ poterit, alioquin, per ipſos ſolos, in jure Canonico, & Civili,
„ nec non in medicina, & artibus tàm conjunctim, quàm diviſim,
„ ad baccalaureatus, & licentiæ, ac Doctoratus, gradus, & inſi-
„ gnia promovendi, ac eis legendi, diſputandi, & interpretandi,
„ & alios actus ad perſonas in hujuſmodi gradus conſtitutas quo-
„ modolibet pertinentes, reſpectivè faciendi licentiam, & aucto-
„ ritatem, ac eis ad ipſorum gradum ſolita inſignia conferendi, ità
„ quod ſic promoti omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitati-
„ bus, & indultis, quibus alii in utroque, vel altero dictorum juri-
„ bus, ſivè facultatibus, hujuſmodi Baccalaurii, Licentiati, Ma-
„ giſtri, & Doctores, in ſtudiis generalibus promoti gaudent, &
„ potiuntur, uti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant. Nec non
„ quoſcunque de nobili tamen, vel militari ex utroque parente
„ procreatos milites, quandocunq; & ubicunq; cum omnibus per-
„ tinentiis, privilegiis, immunitatibus, honoribus, & oneribus
„ conſuetis faciendi, conſtituendi, & deputandi, ac eis cingulum,
„ enſem, calcaria aurea, & alia inſignia militaria actualiter impen-
„ dendi, quodq; omnia, & ſingula, quæ milites quavis alia aucto-
„ ritate creati, & deputati, de jure, vel conſuetudine facere, gere-
„ re, & exercere poſſunt, & conſueverunt facere, gerere, & exer-
„ cere, liberè, & licitè valeant, ſimiliter concedendi planam, &
„ omnimodam dicta auctoritate concedimus facultatem. Cæte-
„ rum cupientes vos, ac quemlibet veſtrum magis honorare, &
„ honoris ſpecialis titulo inſignire, vos omnes ſupradictos, &
„ quemlibet veſtrùm, in familiares noſtros, & ſucceſſorum noſtro-
„ rum, ac quorumcunq; Romanorum Regum, & Imperatorum
„ commenſales, & domeſticos palatii noſtri eligimus, & aſſumi-
„ mus, aliorumq; talium numero, & cætui præſentibus aggrega-
„ mus, & ponimus volentes, & decernentes, quod tàm in curia
„ noſtra, quam ubiq; locorum, & per totum Romanum Impe-

rium

„ rium omnibus, & ſingulis privilegiis, libertatibus, immunita-
„ tibus, honoribus, gratiis, præeminentiis, exemptionibus, &
„ indultis gaudere, & perfrui omnes debeatis, quibus cæteri fami-
„ liares Imperii, & commenſales noſtræ Imperialis Aulæ, & no-
„ ſtrorum ſucceſſorum potiuntur, & gaudent, quomodolibet
„ jure, vel conſuetudine quibuſcunq; in contrarium facientibus,
„ non obſtantibus. Quæcunque igitur omnia, & ſingula in prædi-
„ ctis, & circà prædicta, vel aliquod prædictorum feceritis vos,
„ aut aliquis veſtrum fecerit, pro ut ſi à nobis facta eſſent, vel à
„ ſucceſſoribus noſtris, ex certa ſcientia, & motu proprio, & de
„ plenitudine poteſtatis noſtræ, ex nunc, prout ex tunc, & è
„ contra rata, grata, & valida, firma, & perpetua eſſe inviolabili-
„ ter omni, & quacunque exceptione remota, tàm juris, quàm
„ facti volumus, & cenſemus, & Cæſaream roboris obtinere firmi-
„ tatem. Hæc autem omnia, & ſingula ſupradicta facimus, conſti-
„ tuimus, edimus, concedimus, & ordinamus, motu proprio, &
„ ex certa ſcientia, & ex plenitudine poteſtatis noſtræ, & perpe-
„ tuò valitura decernimus, non obſtantibus præmiſſis legibus, con-
„ ſtitutionibus, ſtatutis, & ordinamentis, reformationibus, extra-
„ vagantibus, proviſionibus, privilegiis, reſcriptis, decretis, vel
„ decretali, aut conſuetudine, in contrarium loquentibus, aut
„ decretis, aut aliis quibuſcunq; tàm præſentibus, quàm futuris,
„ ſpecialibus, & generalibus in contrarium facientibus, & ſpecia-
„ liter legibus ſuper Rubrica quibus modis naturales efficiantur
„ ſui, maximè §. fin. & in §. generaliter auctoritatem, & in §. ſi
„ quis ergo filios, & in autentica quibus modis naturales effician-
„ tur legitimi per totos titulos, & C. de naturalibus liberis per
„ totum titulum. Et maximè autentica licèt, & c. naturalis in tit.
„ ſi de feu. fue. controverſia, & c. de inceſt. nup. l. inceſti, & auten-
„ tica ex complexa ibi poſita per totum titulum, & autentica de
„ inceſt. & neph. nup. per totum, & §. ſic ergo licentia cum glo.
„ in verbo non permittimus in autentica. Quibus modis naturales
„ effici, legi colum. 6. l. 1. & 2. in toto illo titulo ff. unde cognati,
„ & inſti. ad orfici §. noviſſimè, & l. generaliter, C. de inſt., & ſubſt.
„ ſub C. fact. & l. ex facto §. ſi quis rogatus ff. de trebell. & l. ſi qua
„ illuſtris C. ad orfi. & c. tanta, & c. per Venerabilem, qui filii ſine
„ legi. cum materia ſua. Quibus omnibus, & ſingulis in quantum
„ huic gratiæ noſtræ obſtarent, quantum ad præſentem conſtitu-
„ tionem, ex certa ſcientia motu proprio, auctoritate Cæſarea, de
„ noſtræ poteſtatis plenitudine, derogamus, & derogatum eſſe
„ volumus, ac vobis, & cuilibet veſtrum, ut ſuprà, prout expe-
„ diens erit, & libuerit derogatum plenam, & liberam facultatem
„ tradimus, & concedimus, ac ſi ſpecialiter, & ſingulariter, &
„ expreſsè in omnibus ejus capitulis, & partibus, & earum quili-
„ bet facta eſſet ſpecialis mentio, & de verbo ad verbum. Hæc
„ autem omnia, & ſingula ſupradicta, ſic vobis, & cuilibet ve-

ſtrum,

ſtrùm, ac filiis veſtris, & deſcendentibus ut ſuprà quoad gratias conceſſas, damus, concedimus, largimur, ut revocari, annullari, & ſuſpendi non debeant, nec poſſint. Nolentes inſuper hanc gratiam, conceſſionem, vel indultum, aut privilegium, nec aliquid in eo, vel ea contentum per aliquam revocationem, annulationem, vel ſuſpenſionem ſimiliter privilegiorum generalem, vel ſpecialem veſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum revocatam, annullatam, vel ſuſpenſam, & revocatum, annullatum, vel ſuſpenſum intelligi, & cum clauſula derogatoria generali, vel ſpeciali. Et perindè habeatur iſtud privilegium, ac ſi eſſet in corpore juris clauſum. Nulli ergo hominum, Communitatum, Univerſitatum, Collegiorum, vel Civitatum, aut locorum liceat, hanc noſtram creationem, largitionem, conceſſionem, indultum, immunitatem, privilegium, derogationem, & gratiæ paginam infringere, infirmare, aut quomodolibet violare, ſeù ei quovis auſu temerario contraire, in judicio, vel extrà, aut contra prædicta, vel aliquid prædictorum quovis modo, vel ingenio contrafacere, vel venire. Si quis autem contrà attentare præſumpſerit, noſtram, & Imperii ſacri indignationem graviſſimam, & pænam centum Marcharum auri puriſſimi, toties quoties contrafactum fuerit, irremiſſibiliter ſe noverit incurſurum, quarum medietatem fiſci noſtri, ſivè ærarii, reſiduam verò partem injuriam paſſorum, vel paſſi uſibus decernimus applicandam. Et ex nunc pro ut ex tunc, & è contrà, ipſo jure, & facto applicamus, & applicatum eſse volumus, toties, quoties, fuerit contrafactum. In quorum omnium fidem, & teſtimonium præſentes literas Imperialis noſtri ſigilli appenſione juſſimus, & fecimus communiri. Dat. in Civitate noſtra Imperiali Treviri die duodecima menſis Maii, anno Domini milleſimo quingenteſimo duodecimo Regnorum noſtrorum Romani Vigeſimo ſeptimo, Hungariæ verò vigeſimo tertio.

TESTAMENTUM.

D. Andreæ de Burgo Cremonenſis Comitis, & Equitis Cæſarei, ac Senatoris Regii, & Suæ Cæſareæ Majeſtatis Oratoris in Italia.

IN Chriſti nomine. Amen. Anno à Nativitate ejuſdem milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono, indictione ſecunda die Martis ſecundo menſis Februarii, in Caſtro Hoſtiliæ in domo D. Jo: Ludovici Zucchoni, preſentibus teſtibus infraſcriptis mihi teſtatori infraſcripto benè notis, & à me rogatis, ut fuit meo teſtamento, & ultimæ voluntati, quàm in his ſcriptis condere ſtatui, ſe ſubſcribant, & eandem ſuis ſigillis ſubſignent, & corroborent. Conſtitutus ego Andreas de Burgo quon. Mag. D.

Oprandi

„ Oprandi Nob. Cremonenſis, Comes & Eques Cæſareus, & Re-
„ gius Senator, ac in præſentiarum ſuarum Majeſtatum Orator in
„ Italia, conſiderans ſolas divinas res eſſe perfectas, humani verò
„ juris conditionem fragilem eſſe, & caducam, & in dies labi, &
„ ætatem ætati ſuccedere, & omnia orta perire, & nihil demùm
„ certiùs exiſtere ipſa morte, quàmvis illius hora ignoretur, quòd-
„ que prudentis eſt, & ſapientis in tempore providere, donec mens
„ ſana viget in corpore ſano, de & ſuper rebus, & bonis ſuis, quod
„ poſt obitum ſuum de eis fieri velit, proindè peregrè profectu-
„ rus, & diverſas Regiones peragraturus, diſcernens varios eſſe
„ fortunæ caſus, qui ſecundum Philoſophum, nec dici, nec exco-
„ gitari poſſint, ne vita mea ante acta bonis, & laudabilibus mediis
„ traducta, obſcura (quod abſit) ordinatione vileſcat de anima,
„ corpore, rebus, & bonis meis ordino, diſpono, mando, & teſtor,
„ prout continetur in ſcriptura de meo juſſu, & mandato annotata
„ per D. Carolum de Magnis Cremon. nunc Cauſidicum Mantua-
„ num amicum meum cariſſimum, me aliis quàmpluribus præemi-
„ nentibus Regum, & Principum diverſorum expeditionibus
„ occupato exiſtente, quàm ſcripturam manu prædicti D. Caroli
„ de voluntate mea factam, pro majori robore, ego idem Andreas
„ Teſtator manu propria ſubſcripſi, una cum teſtibus ſe ſubſcri-
„ bentibus, volens, & mandans hoc meum ultimum teſtamentum,
„ & ultimam voluntatem fore, & eſſe, quod & quàm valere volo
„ jure teſtamenti in ſcriptis, & ſi ſic valere non poſſit, volo valere,
„ & tenere jure teſtamenti nuncupativi, & ſine ſcriptis, & caſu
„ quo ut teſtamentum nuncupativum ſubſiſtere non poſſit, volo
„ ut valeat, ut codicillus, aut ut donatio cauſa mortis, vel ut alia
„ quęlibet voluntas, per quam meliùs valere, & ſubſiſtere poſſit,
„ quam volo inviolabiliter obſervari, & eſſe irrevocabilem, &
„ præ cæteris tenere, & valere, Caſſans ex nunc, & revocans om-
„ nia alia teſtamenta, tàm in ſcriptis, quàm nuncupativa per me
„ priùs condita, etiam ſi reperirent verba ſpecifica, & derogatoria
„ in ipſorum revocatione, & annullatione, ac omnem clauſulam
„ derogatoriam, quæ in eis eſſet, & appoſita reperiretur.

„ In Chriſti nomine Amen. In primis animam, & ſpiritum meum,
„ cum Omnipotens Deus illam à corpore voluerit ſeparari, Suæ
„ Divinæ Majeſtati piè, & devotè commendo.

„ Cadaver verò meum volo humari in Monaſterio S. Petri de Pado
„ ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini in Civitate Cre-
„ monę, & in Capella ubi ſepultus eſt qu. D. Jo: Thomas de Burgo
„ Nobilis Cremonæ frater quon. D. Patris mei, & dictum cadaver
„ volo duci, & ſepeliri condecenter, & ſine pompa, veſtibus griſis,
„ & biretinis indutum, pro ut incedunt illi, qui faciunt votum
„ portandi habitum S. Franciſci.

„ Ut ſi contigerit me mori extrà Cremonam patriam meam, & cada-
„ ver meum non poſſet ſubitò ob aliquos caſus duci Cremonam,

„ depona-

„ deponatur alibi in aliquo honeſto loco, pro ut meis hæredibus
„ videbitur, ſed quantò citiùs fieri poterit, Cremonam ducatur, &
„ fiat ſepulchrum marmoreum, etiam condecens, non pompoſum
„ in aliquo angulo Capellæ, ubi ſepultus eſt dictus patruus meus,
„ & ſit factum, & conſtructum dictum ſepulchrum infra unius
„ anni ſpatium.
„ Cui capellæ relinquo, ac jure legati lego ducatos ducentum à libris
„ quatuor pro ducato ſolvendos termino annorum quatuor, ità
„ tamen quod ſingulis annis ſolvant hæredes mei Canonicis dicti
„ Monaſterii pro cenſu, ſeù penſione ducatos octo ad rationem
„ prædictam, donec ſolverint dictum legatum, ità tamen quod
„ diminuatur pars penſionis ad ratam, quando ſolvent partem
„ dicti legati, & hac conditione lego dictum legatum, ut dicti
„ Canonici teneantur, & ita eos aggravo, celebrare ſingula heb-
„ domada in dicta Capella Miſſas ter cum commemoratione S.
„ Michaelis, & S. Franciſci, & tria anniverſaria, expenſis ipſorum
„ Canonicorum annis ſingulis, duo pro animæ meæ ſalute, & in
„ remiſſionem peccatorum meorum, & illorum de caſata, &
„ familia de Burgo, & Magn. D. Dorotheæ de Thuonnis primæ
„ conſortis meæ, & Com. Catharinæ de Anguiſſola præſentis con-
„ ſortis meæ cariſſimæ; tertium verò anniverſarium die decimo
„ Januarii cujuslibet anni, aut poſtridiè pro anima quon. Maſſo-
„ nerii de Burgo qu. Vexilliferi populi Cremonen., qui obiit de
„ anno 1252. & ſepultus eſt in prato ante portam dictæ Eccleſiæ
„ S. Petri, ubi etiam ſunt ſepulti majores mei: quos ducatos cen-
„ tum teneantur inveſtire in una immobili proprietate ad perpe-
„ tuam rei memoriam, & fiat, ac conficiatur unum Inſtrumentum
„ publicum de dicta fundatione onere à proprietatis aſſignatione.
„ Volo etiam, & mando, ut ex veſtibus meis aureis, & ſericis, quas
„ relinquo in bonis, & hæreditate mea conficiantur duo ornamenta
„ colorata, & unum nigrum pro ornamento altaris, & capellæ
„ ſupraſcriptæ ad miſſas minores, & majores celebrandas, & can-
„ tandas, videlicet palia tria ad altare, & Planetas tres cum ſtolis,
„ & manipulis pro dictis miſſis celebrandis cum commis, &
„ gramide de tela cum ſuis fulcimentis, pro ut erunt planetæ, &
„ palia, & cum armis familiæ meæ de Burgo, & cum nomine meo.
„ Aggravo etiam hæredes meos, ut infra duos, aut tres annos faciant
„ dipingi dictam Capellam cum imaginibus Salvatoris Noſtri, &
„ B. Virginis Mariæ ab uno latere, ab alio verò latere cum Imagi-
„ nibus Sancti Michaelis, & S. Franciſci, S. Annæ, S. Claræ, &
„ ſi aliquid ultra eſſet congruum, neceſſarium, & conveniens ad
„ ornamentum dictæ Capellæ remitto me ad conſcientiam, &
„ diſcretionem hæredum meorum.
„ Item jubeo, volo, & mando, quod eo tempore, quo dicta duo anni-
„ verſaria, celebrantur per hæredes meos, dentur, & diſtribuantur
„ eleemoſynæ in pane, vino, & aliis rebus ad ſummam ducatorum
„ trium.

Item

„ Item volo, ordino, & mando, quòd præf. Hæredes mei ſubito poſt
„ obitum meum celebrari faciant bis Miſſas triginta S. Gregorii
„ pro animæ meæ ſalute per honeſtos Sacerdotes.
„ Item volo, ſtatuo, jubeo, & mando, quòd pro auxilio ad maritan-
„ das aliquas virgines indigentes, ſivè de familia mea de Burgo,
„ caſu quo aliquæ extarent inopes, ſivè aliàs virgines, dentur ſemel
„ tantum in diverſis tamen vicibus ſpacio annorum quinque ducati
„ centum per hæredes meos.
„ Lombardino filio ſpurio nato ex quon. D. Lombardino fratre meo
„ relinquo, & jure legati lego, ut per hæredes meos dentur, &
„ ſolvantur anno ſingulo ducati viginti quinque, donec habuerit
„ modum, vel ex beneficiis, vel alio medio conſequendi, & ha-
„ bendi tot introitus, quod poſſit honeſtè vivere, ita quod dece-
„ dente ipſo Lombardino, vel habente modum ut ſuprà, legatum
„ deficiat, dictumq; Lombardinum Ill. D. Uxori meæ, & hære-
„ dibus meis commendo, & quod ſit benè, & virtuosè educatus,
„ & quod legitimetur ſine præjudicio præſentis meæ diſpoſitionis
„ teſtamenti, & ultimæ voluntatis.
„ Item ſervitoribus meis, & ſervitricibus præf. Ill. Uxoris meæ volo,
„ jubeo, & mando, ut detur, & diſtribuatur totum illud, quod
„ per me ordinatum eſt, & apparebit ſcriptum in cedula manu
„ mea ſcripta in præſenti teſtamento incluſa, quæ cedula erit
„ ſignata manu mea, et ſubſcripta manu D. Caroli de Magnis
„ Notarii, cum ſigno tabellionatus ſui.
„ Item ſtatuo, volo, et ordino, ac mando quod omnia vaſa argentea,
„ et aurea, quæ reperientur in hęreditate mea tempore mortis meæ,
„ vendantur, et pretium convertatur in emptionem prædiorum
„ in territorio Cremonenſi excepta reſervatione, de qua in cedula.
„ Itęm, ſtatuo, volo, ordino, et mando, quod pecuniæ, quas relin-
„ quo ſcriptas in cedula manu mea ſcripta, et de qua, et quæ erit
„ incluſa in præſenti teſtamento, quarum pecuniarum pars eſt in
„ poteſtate præf. dict. Ill. Uxoris meæ notum eſt, et qui etiam co-
„ ram præf. Ill. Uxore mea promiſit mihi ita fieri legaliter, et fide-
„ liter, quanto citiùs fieri poſſit, convertantur in emptiones præ-
„ diorum in agro Cremonenſi, et ubi ſit aliqua pars etiam contine-
„ tur in dicta cedula, et inter ea deponantur pænès idoneum mer-
„ catorem, ad traficandum; aliæ verò pecuniæ, quæ tempore mor-
„ tis meæ reperirentur in capſa, quam mecum duco, vel in mani-
„ bus Ill. Uxoris meæ, vel ſervitorum meorum, vel aliorum, ſint
„ ad ſatisfaciendum ordinatis per me in teſtamento, et illis defi-
„ cientibus ſuppleant redditus mei ordinarii cum tempore, et ex
„ bonis immobilibus nihil vendi volo.
„ In omnibus autem bonis meis mobilibus, et immobilibus, juribus,
„ et actionibus quibuſcunq; ubicunq; ſint jaceant, et eſſe reperian-
„ tur in Italia, Alemania, Hiſpania, et Ungharia, aut alibi cujuſ-
„ cunq; generis, et qualitatis hæredem mihi univerſalem inſtituo

„ *ventrem Ill. D. Catharinæ Comitiſſæ Anguiſſolæ uxoris meæ dilectiſs.*
„ *eo caſu quo eſſet gravida prægnans, ſicuti nunc quaſi ſpes certa eſt*,
„ hoc tamen modo videlicet. Si maſculum unum tantum pareric
„ illum hæredem univerſalem inſtituo, ut ſuprà; Si verò pareric
„ plures maſculos ſimiliter, quòd omnes illi maſculi ſint mihi æqua-
„ liter, & æquis portionibus hæredes univerſales; ſi verò pareret
„ maſculum, et fæminam, tunc mihi hæredem univerſalem inſtituo
„ maſculum verò fœminæ jure inſtitutionis relinquo, et lego, pro
„ ut in prædicta cedula mea apparebit notatum, ſtatutum, et ordi-
„ natum, tanto tempore quo in matrimonio collocabitur, et
„ quod interim à fratre honeſtè, et condecenter alimentetur, &
„ teneatur, mandans dictam filiam meam fore, & eſſe tacitam,
„ & contentam pro omni eo, quod habere, & conſequi poſſet in
„ bonis meis, etiam ratione legitimæ, ſi qua ſibi de jure deberi poſ-
„ ſet; ſi autem pareret ſolam fæminam, illam mihi pariter hære-
„ dem univerſalem inſtituo; ſi verò pareret plures fæminas, illas
„ mihi inſtituo hæredes univerſales æqualiter, & æquis portioni-
„ bus, ut ſuprà, volens, & mandans, quod ſi Ill. Uxor mea pareret
„ maſculum poſt obitum meum, quòd ille poſthumus vocetur
„ Andreas, & ſi ex dictis filiis maſculis unus decederet in ætate
„ pupillari, ſeù adulta, vel aliàs quandocunq; ſine filiis legitimis,
„ & naturalibus maſculis tantum, & non legitimatis etiam ab Im-
„ peratore, vel habente authoritatem legitimandi, ex ſe deſcen-
„ dentibus, eidem ſic decedenti ſubſtituo alios filios meos maſcu-
„ los ſuperſtites, ſivè filiorum filios, & eodem modo ſervetur ſi
„ dictæ filiæ hæredes inſtitutæ, ut ſuprà decederent, quòd una
„ alteri ſuccedat, ut ſuprà.
„ Si verò maſculus decederet, & filia ſuperſtite, tunc filia ſuccedat,
„ & eidem maſculo ſic ut ſuprà decedenti *dictam filiam hæredem*
„ *univerſalem ſubſtituo*.
„ Volens, jubens, & mandans, quod dicta filia matrimonio copule-
„ tur alicui nobili, & generoſo viro, qui etiam vocetur, & nomi-
„ netur de domo, et familia de Burgo, et quòd primus maſculus
„ naſciturus ex ea nominetur Andreas, ſecundus verò Ferdinan-
„ dus, et prima filia fæmina naſcitura nominetur Ricadona,
„ ſecunda Anna, & eo caſu dicta filia mea teneatur dare D. Jo:
„ Mariæ, & D. Jo: Thomæ fratribus de Burgo, de quibus infrà,
„ omne id, & totum quòd apparebit ordinatum, et ſcriptum in
„ dicta cedula mea manu ſcripta, et de qua ſuprà.
„ Si verò decederet dicta filia mea ſine filiis maſculis, ut ſuprà ni
„ nupta fuerit, tunc maritus habeat, et conſequatur in bonis
„ meis nomine dotis ducatos duos mille; reſiduum verò bonorum
„ meorum mobilium, immobilium, jurium, actionum, et hære-
„ ditatis meæ *Deveniat jure fideicomiſſi ad ſpect. Artium, & Medi-*
„ *cinæ Doctorem D. Jo. Mariam de Burgo*.
„ Sed ſi filia mea decederet cum filiis maſculis legitimis, et natura-

„ libus,

„ libus, ut ſuprà, tunc filii ſuccedant in dictis bonis, et hæreditate
„ mea, et caſu quo linea recta maſculina, ut ſuprà deficeret, tunc
„ hæreditas, et bona mea *deveniant ad dictum Jo: Mariam, & alios*
„ *ſecundum ordinem de quo infrà.*

„Et dicto D. Jo. Maria decedente, *tunc* inſtituo, et ſubſtituo primum-
„ genitum ſuum maſculum tantum legitimum, et naturalem, et
„ non legitimatum, ut ſuprà, ità quod ſemper primogenitus legiti-
„ mus, et naturalis, et non legitimatus, ut ſuprà, de gradu in gra-
„ dum, et de linea in lineam, ut infrà, ſuccedat in dicta hæredita-
„ te, et bonis meis, et vocetur Andreas.

„Aggravans dictum D. Jo: Mariam hæredem inſtitutum, et ſubſti-
„ tutum, ut ſupra, ſeù ſucceſſores ſuos, ad ſolvendum anno ſingulo
„ dicto Jo. Thomæ de Burgo, ſeù ejus filiis, et deſcendentibus
„ legitimis, et naturalibus, maſculis tamen, et non legitimatis,
„ omne id, et totum, quòd apparebit ordinatum, et ſcriptum in
„ dicta cedula manu mea ſcripta, et de qua ſuprà ſæpiùs facta eſt
„ mentio, vel emere unam proprietatem, quæ reſpondeat, & de
„ introitu ſingulis annis.

„Et caſu quo dictus Jo. Maria, ſeù ejus filii, et deſcendentes maſculi,
„ ut ſuprà decederent ſine filiis maſculis, ut ſuprà, tunc et eo caſu
„ *inſtituo, & ſubſtituo hæredem meum, ut ſuprà, dictum D. Jo: Thomam*
„ *de Burgo, ſeù ejus primogenitum*, quo decedente alius primoge-
„ nitus intelligatur ſubſtitutus, et inſtitutus ordine ſucceſſivo,
„ recto modo, et ordine procedendo, et intelligendo.

„Decedentibus verò prædictis, ut ſuprà, inſtitutis, et ſubſtitutis, ità
„ quod linea maſculina omni prædicto modo inſtituta, et ſubſti-
„ tuta ſit finita, tunc et in tali caſu *inſtituo, & ſubſtituo in bonis, &*
„ *hæreditate mea hæredem meum Jo: Baptiſtam de Burgo ſervitorem*
„ *meum*, cum hac conditione, quod ejus filius *primogenitus* legiti-
„ mus, et naturalis, et non legitimatus, ut ſuprà, ſolus ſuccedat, et
„ eo decedente ſubſtituo, et inſtituo alium filium maſculum legi-
„ timum, et ut ſuprà, non legitimatum, primogenitum ſemper,
„ et ſic ſucceſſivè in *primogenitum* maſculum, ut ſuprà, deveniat
„ hæreditas mea, donec linea maſculina dicti Jo: Baptiſtæ dura-
„ verit, et fuerit finita.

„Decedente verò dicto Jo. Baptiſta ſine filiis maſculis, ut ſuprà, et
„ ſeù decedentibus ejus filiis, et ſucceſſoribus maſculis, ut ſuprà,
„ ita quòd ejus maſculina linea ſit finita, tunc *inſtituo, & ſubſti-*
„ *tuo Antonium Mariam de Burgo etiam ſervitorem meum, & ejus*
„ *filium primogenitum*, et ſucceſſivo ordine *primogenitum* ſemper
„ maſculum, pro ut ſuprà in aliis perſonis ſubſtitutis, et inſtitutis
„ ſtatutum, et ordinatum eſt.

„Omnibus verò ex prædictis ſic ut ſuprà nominatis deficientibus,
„ ità quod ipſorum omnium ſit finita linea maſculina, *hæres meus*
„ *ſit Antiquior de domo de Burgo*, et ita hæredem, ut ſuprà, meum
„ inſtituo, et ſubſtituo.

„ Volens, jubens, & mandans, & ſic volo, ſtatuo, ordino, jubeo,
„ diſpono, & mando, ut bona & hæreditas mea ſemper remaneat
„ in domo, familia, & caſata de Burgo, & in maſculos tantùm, qui
„ ſint legitimi, & naturales, & non legitimati, ut ſuprà.
„ Cum expreſſa prohibitione, quòd non poſſit detrahi trebellianica
„ de hæreditate, & bonis meis, & hoc ut facultas, & patrimonium
„ meum non minuatur, quod intendo procedere in omnibus, &
„ quibuſcunq; perſonis comprehenſis in præſenti meo teſtamento,
„ & quod virtute præſentis diſpoſitionis comprehendi, & includi
„ poſſint. Et cum expreſſa prohibitione alienandi, diſponendi, &
„ præjudicandi futuris *in agnatione* tàm ratione contractus permu-
„ tationis ultimæ voluntatis, quàm etiam ratione delicti commit-
„ tendi, ſi quod committi contigerit, tàm ratione confiſcationis
„ bonorum, quàm particularis condemnationis perſonalis, tàm
„ ratione proprietatis, quàm fructuum.
„ Et quia regulatus à lege antiqua Chriſti, & à jure communi, &
„ ſtatutis municipalibus, odio habens delinquentes, & non mori-
„ geratos viventes, diſpono, quod caſu quo filius meus, de quo
„ ſuprà, ſeù filii naſcituri in eventum, quod plures à me fuerint
„ procreati, & naſcerentur ut ſuprà, ut dicti ſubſtituti, vel unius,
„ vel eorum quilibet ſi contigerit delictum aliquod committere,
„ imò etiam excogitare, ex quo pœna corporalis, vel confiſcatio
„ bonorum, vel condemnatio aliqua pecuniaria infligi poſſet, ex
„ tunc illum, & illos privo, ac privatum, & privatos fore, & eſſe
„ hæreditate, & bonis meis prædictis, volo, mando, declaro, &
„ ſtatuo, et ex nunc privatos, et privati eſſe intelligantur, & ſuper-
„ ſtitem majorem natu inſtituo, & ſubſtituo in totum, quia volo,
„ & meæ opinionis eſt, *continuò bona mea, & hæreditatem permanere,*
„ *& reſtare in agnatione*, ità quod nec uſumfructum habeat, nec
„ detrahere poſſit trebellianicam, nec jus aliquod habeat in bonis,
„ & hæreditate prædictis, quod devolui poſſit in Fiſcum, et con-
„ fiſcari, quia volo hæreditatem meam, & bona, ut ſuprà, integra,
„ & in totum remanere, ſi autem talis fuerit reſtitutus, vel reban-
„ nitus, ità quod effectus ſit capax bonorum, et hæreditatis meæ,
„ tunc et eo caſu uti, et gaudere poſſit bonis prædictis, et pari
„ modo conſequatur hæreditatem prædictam, et hoc facio; diſpo-
„ no, ordino, mando, et ſtatuo, *ut dictus filius meus, ſeù filii filiæ*
„ *meæ, ut ſuprà, & omnes alii ſupranominati, ac de agnatione mea*
„ cognoſcant quantum abhorream perſonam talia comittentem,
„ perpetrantem, et cogitantem, et non more Chriſtiano viventem.
„ III. Comitiſſam D. Catherinam prædictam Uxorem meam chariſ-
„ ſimam ob amorem inter nos mutuum, & cordialem, et ob ejus
„ honeſtam vitam, et quia confido ipſam materno amore in omni-
„ bus facturam ad bonum, et honorem filiorum, et filiarum no-
„ ſtrarum, Relinquo, deputo, conſtituo, et ordino tutricem, et
„ curatricem dicti filii, filiorum filiæ, aut filiarum mearum, ipſa

tamen

„ tamen vidualiter, et vitam vidualem, et honeſtam ſervante, et
„ vivente, et non aliter, liberans, et ſic libero dictam D. Illuſtr.
„ Uxorem meam ab omni redditione rationis dictæ ſuæ tutelæ, &
„ curæ: et caſu quo aliquo modo gravaretur, ſeù gravari poſſet ad
„ aliquam rationem reddendam, et in aliquò vigore dictæ ſuæ
„ adminiſtrationis, et regiminis reperiretur debitrix, tunc, et eo
„ caſu ex nunc dict. Ill. D. Catharinæ Uxori meæ, ſivè in parva, ſivè
„ in magna quantitate, jure legati lego, et relinquo.
„ Sed ſi decederent filii mei, et filiæ, ut ſuprà inſtituti ſine filiis, ut per
„ me ſuprà eſt diſpoſitum, tunc & eo caſu eidem Ill. D. Catharinæ
„ Uxori meæ dilectiſſimæ jure legati, & inſtitutionis lego, et relin-
„ quo totum, et integrum uſumfructum bonorum meorum mobi-
„ lium, & immobilium, virium, et actionum, ac totius hæreditatis
„ meæ, ità quod totus, et integer uſusfructus dictæ meæ hæredita-
„ tis ſit dictæ D. Uxoris meæ, quem uſumfructum dicta Ill. D. Ca-
„ therina capiat propria authoritate, ex quo ipſa in viduitate per-
„ manente in dicto uſufructu hæredem inſtituo, dicta Ill. D. Ca-
„ therina vivente vidua, & caſta ut ſuprà, cum obligatione, &
„ onere faciendi Inventarium de prædictis reſpectu fideicomiſſi,
„ de quò ſuprà, ut dicatur quid, & quantum, & quæ, & qualia
„ bona fuerunt in hæreditate mea, prohibendo, & ſic expreſsè
„ prohibeo dictam Ill. D. Catherinam uxorem meam gravari poſſe
„ ad præſtandum fidejuſſionem de utendo, & fruendo arbitrio
„ boni viri dicto uſufructu, & caſu quo gravaretur quoquo modo,
„ volo, jubeo, mando, gravo, & ordino, hæredem meum, ut ſuprà,
„ inſtitutum, & ad quem deveniet hæreditas mea vigore, & in
„ executione præſentis mei teſtamenti, & diſpoſitionis ad præ-
„ ſtandum fidejuſſionem pro dicta Ill. D. Uxore mea, & hoc ubi
„ de jure teneretur præſtare fidejuſſionem, & caſu quo reperta
„ fuerit debitrix in aliquo, illud totum ſibi lego, & jure legati
„ relinquo.
„ Si verò dicta Ill. Uxor mea, & de qua ſuprà, tranſiret ad ſecunda
„ vota, filiis, & filiabus de quibus ſuprà, ſuperviventibus, tunc
„ illam privo, & privatam fore, & eſſe volo, & declarò dicta
„ tutela, & cura, & eidem Ill. D. Uxori meæ ultrà dotem ſuam
„ lego, & relinquo jure legati, & inſtitutionis jocalia, & veſtes
„ cujuſcunq; ſortis à portatu ſuo, & equos, & alia mobilia per me
„ donata, & tradita dictæ Ill. D. Catharinæ, quæ habet in manibus
„ ſuis, & non ultrà habere, & conſequi poſſit in bonis meis, & hæ-
„ reditate mea, præter illa mobilia, quæ etiam ei relinquo in cedula
„ ſcripta manu mea, & de qua ſuprà.
„ Si verò dicta Ill. D. Catherina Uxor mea prædicta tranſiret ad
„ ſecunda vota nullis exiſtentibus filiis, & filiabus meis, ut ſupra,
„ aut ſe in aliquo Monaſterio collocaret, tunc eidem Ill. Uxori
„ meæ ultrà dotem, veſtes, jocalia, & mobilia, de quibus ſuprà,
„ lego, & relinquo jure legati, & inſtitutionis illam quantitatem,

quæ

„ quæ apparebit ſcripta, & annotata manu mea in cedula, de qua
„ ſuprà ſæpiùs facta eſt mentio.
„ Filiis autem meis, & filiabus mando, conſanguineos autem meos
„ rogo, ut dictam Ill. D. Catharinam Uxorem meam honorent,
„ & benè, & laudabiliter ſe habeant, & agant cum ea, ſicuti decet,
„ & honeſtum eſt.
„ Sacratiſſimo autem Cæſari, & Sereniſſimo Principi Ferdinando
„ Ungariæ, & Bohemiæ Regi DD. meis colendiſſimis dictam
„ Ill. D. Comitiſſam Uxorem meam cum filiis, & filiabus meis
„ humiliter commendo, unà cum tota familia de Burgo, & ſocero
„ meo, & cognatos meos ex utraque uxore, rogoq; & humiliter
„ ſupplico, ut dignentur tàm pro exoneratione animarum Majeſt.
„ Suarum, ut omnibus pateat, & manifeſtum ſit ſervitutem meam
„ longævam, antiquam, & fidelem Regiis Majeſtatibus ſuis fuiſſe
„ gratam, & acceptam, mandare, & committere, ut hæredibus
„ meis ſatisfiat de creditis meis, quæ habeo cum ſuis Regiis Ma-
„ jeſtatibus, & apparet in ſcripturis meis.
„ Fideicomiſſarios, & hujus teſtamenti mei executores relinquo, &
„ rogo ſint Reverendiſſimus, & Illuſtriſſimus P. D. Bernardinus
„ de Oliſio Epiſcopus Tridentinus præf. Sereniſs. Regis Ungariæ
„ Magnus Cancellarius, & eò decedente Reverendiſs. Epiſco-
„ pus Tridentinus pro tempore exiſtens, Magn. J. U. Doctor
„ D. Antonius Queſta Cancellarius præf. Reverendiſs. D. Epiſcopi
„ Tridentini, vel alius qui in ejus loco ſuccedat in Cancellariatu,
„ Rev. D. Georgius de Gadio Præpoſitus S. Abundii Cremon.
„ conſanguineus meus, ſpect. J. U. Doctor D. Joſeph de Laude
„ conſanguineus meus chariſs. Spect. J. U. Doctor D. Joſeph de
„ Brumano, Spect. Arte, & Medicina Doctor D. Jo: Franciſcus
„ de Burgo, Nob. D. Philippus de Dovaria, D. Armaninus de
„ Burgo, & D. Carolus de Magnis Cremon. nunc Cauſidicus
„ Mantuanus, quibus omnibus commendo ex corde præf. Ill. D.
„ Conſortem meam, & omnes hæredes meos.
„ Teſtes autem, qui ſe ſubſcribent huic ultimæ voluntati meæ, &
„ ſua ſigilla apponent mediante rogitu meo, ſunt ii, qui manu
„ ſua hìc proximè ſubſcribent poſt meam ſubſcriptionem.
„ Verùm quia ſuprà fuit per tranſitum ad ſecunda vota præf. Ill. D.
„ Uxor mea privata tutela filiorum meorum, volens providere
„ dicto filio, & aliis filiis meis, ut ſuprà, de tutela danda; Ideò
„ volo, jubeo, & mando, quod in eventum, quòd præf. Ill. D. Uxor
„ mea tranſiret ad ſecundas nuptias, dictus filius, ſeù alii utſuprà,
„ remaneant penès ipſam Ill. D. Uxorem meam, & ab ipſa alan-
„ tur, & benè, & honeſtè teneantur ſumptibus, & expenſis hære-
„ ditatis meæ condecenter taxandis uſq; quo fuerint in ætate anno-
„ rum decem, quo tempore elapſo tutores diſponent pro ut ſibi
„ honeſtum, congruum, & tutius videbitur, pro addiſcendis literis,
„ & bonis moribus, ſed ſi uxor mea decederet (quod Deus aver-
tat)

„ tat) tunc, & eò caſu volo, jubeo, & mando, quòd filius, & alii,
„ de quibus ſuprà alantur, & nutriantur, eo modo, qui videbitur
„ tutoribus honeſtus, tutus, & congruus.
„ Tutores autem deputo, ordino, nomino, eligo, & eſſe volo in caſibus prædictis Illuſtr. Com. D. Jacobum Anguiſſolam ſocerum meum cariſſimum, & dicto Ill. Com. decedente, vel de tutela non curante, tutores deputo duos eligendos per Dños Fideicommiſſarios deputatos, & de quibus ſuprà.
„ Et quia in Alemania in Comitatu Tirolis habeo aliquos reditus per me emptos, cum obligatione, & onere retrovendendi poſt mortem meam per hæredes meos, ut in Inſtrumentis emptionum apparet, & meæ voluntatis ſit, quòd pecuniæ dictorum bonorum in eventum retroemptionis convertantur in aliis reditibus immobilibus, Ideo volo, mando, ordino, jubeo, & ſtatuo, quòd in eventum retroemptionis prædictæ, ſivè in toto, ſivè in parte, dicti hæredes mei teneantur, & ità eos aggravo, inveſtire pretia dictorum bonorum in immobili proprietate poſſeſſionum, vel cenſus in Comitatu Tiroli à Bolzano citrà verſus Italiam, & per totum agrum Tridentinum, ſi reperiatur honeſto pretio, & quod tutè, & liberè ematur; ſin autem pretium deponatur penès idoneos, & ſecuros mercatores in Germania ad honeſtum lucrum, & ſine onere conſcientiæ, donec evenerit facultas inveſtiendi, ut ſuprà, & ſi non reperiretur locus idoneus, & tutus pro inveſtiendis dictis pecuniis in dicto Comitatu Tiroli, tunc ſit in facultate hæredum meorum poſtquam fuerint in ætate perfecta dictas pecunias conſequi, & illas in immobilibus proprietatibus inveſtire in agro Cremonenſi, vel alibi, ubi melius ſibi videbitur.
„ Ego Andreas de Burgo Cremonenſis Comes, & Eques, ac Cæſareus, & Regius Senator, & in præſentiarum Majeſt. Suarum Orator in Italia, fateor ſupraſcripta de meo juſſu, & conſenſu conſcripta, & contenta in cedula in præſenti teſtamento incluſa, & manu mea ſcripta, expreſſam meam voluntatem, & diſpoſitionem, ac puram veritatem continere, & quæ omnia volo firmiter executioni mandari, & propterea ad eorum majus robur hìc manu propria me ſubſcripſi, die Martis ſecundo Febr. Anni milleſimi, quingenteſimi vigeſimi noni, Hoſtiliæ in Agro Mantuano.

En aliud Privilegium, ex quò magis, atque magis auctoritas, & Burgi Virtus reſultat.

„ MAXIMILIANUS Divina favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex; Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. Comes Palatinus &c. cum pro conſervatione, & ſalute, ac tranquillitate Italiæ, & potiſſimum

prò

,, prò ſecuritate, & firmitate Principis, & Ducatus Mediolani,
,, qui nuper ex faucibus Hoſtium ereptus eſt, non viſum ſit nobis
,, aliud meliùs, & præſentiùs remedium, quàm Beatitudinem
,, Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ auctoritatem huic Principatui
,, arctiori quodam vinculo coniungere, & ad defendendum illum
,, adversùs ejus Hoſtes aſtringere. Itaque animo deliberato, &
,, ex certa ſcientia convenimus tùm Beatitudinem Pontificis, &
,, illum ob præfatos, & complures alios multum nobis, & Sacro
,, Imperio, ac ipſi pręfato Principi, & Mediolani Ducatui impor-
,, tantes reſpectus, & cauſas rationabiles . . . .
,, ... dare decrevimus, & volumus,
,, ne tamen per hoc dictus Ducatus Mediolani, & idem Illuſtris
,, Maximilianus Mediolani Princeps conſanguineus noſter chariſ-
,, ſimus nimium damnificetur, Nos contenti ſumus, immò per præ-
,, ſentes recognoſcimus, & profitemur eidem Maximiliano conſi-
,, gnaturos, & daturos in locum, & vicem prefatarum duarum
,, Civitatum . . . . Civitatem Bergomi, & am-
,, pliùs Oppidum Cremæ, poſtq; ex Hoſtibus fuerit recuperatum,
,, dabimus, & conſignabimus, pro ut actu ſerie præſentium noſtro
,, nomine, & loco damus, & concedimus amplam poteſtatem, &
,, omnimodam facultatem Spectabili Comiti Andreæ de Burgo
,, Conſiliario, & Oratori Noſtro, qua noſtro nomine debet, &
,, poteſt dictum Principem Mediolani, ſi, & in quantum ipſe
,, Princeps expreſſum conſenſum, & voluntatem ſuam dederit,
,, atq; declaraverit in dimiſſionem præfatarum Civitatum . . . . .
,, ... Beatitudinem Pontificis, vel ejus adhoc deputatis
,, ſufficienti ejus Mandato ſuffultis juxtà conventionem noſtram
,, conſignandam, & faciendam mittere, ponere, & locare in præ-
,, dictum Contracambium videtur Civitatem Bergomi, ac Oppi-
,, dum Cremæ, quàm primum id recuperatum fuerit, illorumq;
,, accipiat actualem, realem, & corporalem poſſeſſionem, cum
,, omnimoda poteſtate, & plenitudine auctoritatem ſuper illis, &
,, de illis eorumdemq; pertinentiis, & dependentibus diſponendi,
,, & providendi, regendi, & gubernandi, adminiſtrandi, & diri-
,, gendi, prò ut cum aliis ſuis locis, & Oppidis ad ſuum Ducatum
,, ſpectantibus, & à nobis, & à Sacro Imperio dependentibus
,, jure, vel conſuetudine facere, diſponere, & ordinare poteſt, atq;
,, debet, non obſtantibus in contrarium quibuſcumque harum
,, teſtimonio literarum Sigilli noſtri appenſione munitarum.
,, Dat. in Civitate noſtra Imperiali Auguſta die Vigeſima octava
,, Menſis Maii Anno Domini Milleſimo, Quingenteſimo, Quin-
,, todecimo, Regnorum noſtrorum Romani Trigeſimo, Hun-
,, gariæ verò Vigeſimo ſexto.

Paulus

MDXXXII.

PAulus Zignanus Collegiatæ Inſignis S. Agathæ in Patria Canonicus, cui ſemper egregia ad optimas artes amplectendas voluntas fuit, ac præcipuè rerum hiſtoricarum indagator effulſit. vulgavit.

De Rebus Memorabilibus Patriæ, ejuſq; Viris Inſignioribus.

Opus ſæpe allegatum à *Joſepho Breſſiano* in ſuis operibus, quod quidem anno 1630. teterrimæ Epidimiæ deperditum eſſe fatetur.

Eod. Anno.

PEtrus Franciſcus Datus in omni genere artium optimarum excellenter excultus J. U. D. Prothonotarius Apoſtolicus, Romæ verſatus reliquit

De Authoritate Sacri Collegii Cardinalium in Sede Vacante. opus idem Cardinali Salviato, cui Auctor intima familiaritate devinctus, dicitur ad manus perveniſſe.

Breſſian. in V. R.

Alter Datus memoratur honorificè *ab Alex. Lamo in Somnio cant.* 3.

Eod. Anno.

DOminicus Bordigallus maximum, & ſuis temporibus, & rei literariæ ornamentum, hiſtoricis, poeticis, ac oratoriis ſtudiis addictus ſcripſit italico ſermone.

Hiſtoria del principio del Mondo ſino al ſuo tempo, ed in particolare le coſe avvenute alla Patria.

Le Vite delle Regine Hebree.

latinè verò.

Illuſtrium Virorum Cremonenſium Epitaphia.

Orationes, *Epiſtolas*, *Annagramata*, ac alia ſui facundi ingenii monimenta.

Hiſtoriarum librum MS in primis meę Adoleſcentiæ annis vidi apud U.J. D. & Avunculum dilectiſſimum Joſephum de Nigris, è cujus manibus iniquo furto ſubtractum adhuc ambo dolemus, abſq; ſpe quod domino reſtituatur.

Antonius Poſſevinus in Bibliotheca ſelecta de hiſtoricis, & in Appendice Hiſtoricarum Cremonæ Burdigallum noſtrum recenſet mutato quidem nomine Dominici in Jo: Baptiſtam, Poſſevinum ſequitur *Fabianus Juſtinianus in Appendice Indicis Univerſalis*, *ubi de Cremona.*

Ejus tumulus eſt in Sacrario Eccleſiæ Divæ Agathæ hiſce notis inſcriptum.

Hoc eſt Sepulchrum D. Dominici de Bordigallis, & ejus Hæredum ann. 1521.

In ſtemmate eſt Gallus cum lemmate, Cordis Lætitia.

Ejuſdem meminit *Merula in Sanctuario Cremonæ*, *Breſſianus in V. R. aliiſq; operibus.*

Eod. Anno.

RAphael Fabagroſſa præclara doctrina in hiſtoricis rebus componendis excultus ſcripſit italicè.

L'Origine delle Famiglie Nobili della Patria con gli Uomini inſigni sì nell'Armi, Lettere, ed atti Liberali à ciaſchuna d'eſſe annotati.

Delle origini delle Città d'Italia, e da chi furono dominate fin al ſuo tempo.

Joſeph Breſſian. in ſuis operibus allegat Fabagroſſæ libros, quos deperditos anno 1630. ſæviente undique peſte non ſemel, atque iterum deflet.

Ex ſtirpe Fabagroſſa floruit Marcus Antonius celeberrimus ille cohortum Dux, qui ex vulnere in humerum per Bonifacium Vicecomitem Franciſco Sfortiæ Lud. F. inflicto generosè venenum exſuxit, eumq; primevæ incolumitati donavit, ut notat *Campus in Lib.* 4. *Hiſtoriarum ubi de Franciſco Sfortia.*

MDXXXIII.

STephanus Alierus ex ordine Minor. Obſerv. S. P. Franciſci Theologus, ac Concionator perquàm egregius, cujus hominis doctrinam præcipuè noſtra Urbs mirata eſt. librum compoſuit, cui tit.

Prattica dell'Oratione Mentale.

fertur nonnulla alia ſcripſiſſe, ut innuit *Breſſianus in V. R.*

Eod. Anno.

AUguſtinus Fogliata, quem plures appellant de Fogiadenis ex Ord. Eremitanorum S. Auguſtini non tantum humanis literis, at ſacræ etiam ſcripturæ, rebuſq; Eccleſiaſticis, Philoſophicis, & Theologicis clarus, obiit Ferrariæ anno 1533. in ædibus Divi Andreæ, ubi eſt ſepultus. Compoſuit doctiſſimè

Expoſitiones in Orationem Dominicam;

In Salutationem Angelicam.

In Symbolum Apoſtolorum. extant Ferrarię in Biblioth. Conv. S. Andreę Auguſtinianorum, ubi vitam egit, atq; obiit.

Conſulendi ſunt *Joſ. Pamphil. in Chron. Anguit. pag.* 111.

Elſſius in Encom. Auguſt.

Poſſevinus App. Sac. Tom. 1. *lit. A.*

M. Georgius Draudius in Bibl. claſſica.

P. Hippol. Marraccius in Bibl. Mariana.

Fabian. Juſtinian. in Ind. Univerſali, verbo. in Mattheum.

Torellus in Secul. Auguſt. Tom. 8. *Ann.* 1538. *num.* 16.

Cavitellus in Annal. anno 1533.

Eruditiſſimo Hieronymo Baruffaldo in memorata Bibliotheca adhuc impoſſibile fuit adinvenire noſtri Auguſtini opera. oh utinam in Plagiarii manus non inciderint.

Bonus

MDXXXIV.

Bonus Cremonenſis, cujus cognomen ignoratur, eximiæ Religionis, ac Eremiticæ vitæ cultor, peregrinationibus ad ſancta loca Hieruſalem pręclarus cum Literatis dignopere admittendus, ſi conſilio, & ſermone potens opera ſæpiſſimè ad pietatis, & religionis officia promovit, & maximè ad preces quadraginta horarum Mediolani, & pluribi inſtituendas, Ven. Ant. Maria Zaccaria, de quo ſuprà fuit ſermo, uſus fuit, ut eo, quo decet ornatu diviniſſimum Sacramentum publicè inviſeretur, ac coleretur. Mediolani pariter annuente Franciſco Sfortia II. anno trigeſimo ſecundo ſuprà Milleſimum, & quingenteſimum pium locum erexit apud S. Valeriam ad eas fœminas excipiendas, quæ converſa ad meliorem queſtum turpitudine vitę divina ope rediMuntur è lupanaribus. Sanctiſſimum fertur, vitę exitum tribuiſſe annis 1542. Hic tamen Bonus ille eſt procul dubio à *Cavitello in Annal. ſub anno* 1528. Homobonus Lizarius appellatur, qui pueris, ac puellis orphanis ædes hoſpitales, ut exciperentur, erigendas curavit cum anthoritate etiam Pagani Ponzoni Cathedralis Cremonę Canonici Prioris. De eodem mentionem habent *Anacl. Siccus in Synopſi.*

Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr. lib. 1. *part.* 1. *Paulus Morigia Hiſtor. antiqu. Mediol. lib.* 2. *cap.* 12. poterat quidem reticere idem *Morigia*, quę in ejus libro *Hiſt. orig. Religionum lib.* 3. *cap.* 15. præter auctoritatem, & proprio tantum Marte refert de Jacobo Cremonenſi, dum iſte verè fuit Anachoreta, & Vir pietate, ac moribus illuſtris, ut confirmant *Cavitell. in Annal.* 1497., *& idem Breſſianus libro quo ſuprà.*

MDXXXV.

Hieronymus Fundulus latinis, Hebraicis, Græciſve literis affatim eruditus, Muſis adnatus, & ſcientiarum omnium inextinguibile lumen, fuit à Secretis Celeberrimi Cardinalis Salviati, nec non acceptiſſimus Franciſco Galliarum Regi, & Henrico ejuſdem ſucceſſori, ad quem erudiendum Lutetias vocatus eſt. Scripſit ibi tùm gręce, tùm latinè.

Orationes

Epigrammata, & alia, quæ, ut fertur, in Regia Bibliotheca aſſervantur, extat ejuſdem penès me MS. comedia inſcripta.

Lucia. Sigiſmundo Picenardo Cremon. Patritio Senatori Mediolani nuncupata, quàm hoc anno 1694. mihi dono humaniſſimè tranſmiſit eruditiſſimus P. D. Joſeph Hier. Sementius S. T. L. Regius totius Ditionis Mediolani Chronographus, ac Somaſchenſis Congr. noſtræq; Patrię ornamentum. Hęc comędia Plautino modo fuit elaborata, verè nobilis, ac pulchra, niſi, quod aliquantulum offendimus laſciviuſcula quædam carmina Leguntur, & duo Funduli *Epigrammata* ſubjuncta Libello Andreæ Guarnæ de Bello Grammaticali, & Geminæ ipſius *Epiſtolæ Italicæ*

in Literis Ludicris collectis ab Dionyſio Athanaſio, & editis Venetiis apud Bologninum Zalterium 1561. pag. 341., & ſeq.

Memoratur à *Vida in Orationibus*, ut ſcripſi, de Benedicto Lampridio; *A. Campo, in hiſt. à Cavitello in Annal.* nec non à *Jacobo Gadio in hiſt. MS. ad annum* 1535.

Franciſcus Bernius in ſuis Facetis Poematiis in Capitulo Baccio de Cavalcantibus directo loquendo de Cardinali Salviato, dum Paſſignanum ſe contulerat, noſtrum Fundulum ſic, ludendo, commendat.

Seco il Fondulo farà di ragione,
Che par le quattro Tempora in aſtratto.
Mà è più dotto poi, che Cicerone.
Dice le coſe, che non par ſuo fatto,
Sà Greco, sà Hebraico, ma io,
Sò che lo conoſcete, e ſono un matto.

Magno ſibi duxit honore *Chriſtophorus Longolius Maclinienſis* Funduli amicitiam, ut liquet, ex ipſius Epiſtolis ad eum datis, quæ extant lib. 1. Epiſt. VII., & XXIII., ac lib. 2. Epiſt. IV. quin & eum commemorat. lib. 1. Epiſt. 8. ad Petrum Briſſoum Communem Amicum.

De eodem *Petrus Bembus in Epiſt. &*
Doletus in Carminibus pag. 74.

Floruit, & alter Hieronymus Fundulus Joannis Baptiſtę V.æ S.Vinc. filius, Juris peritus de collegio, ut ex *Syllabo J.C.MS.* ad ann. 1571. die Jovis 8. Novembris.

Eod. Anno.

JOannes Baptiſta Specianus Liberii, & Catharinæ Oldoinæ Filius J.U.D. in Collegio adſcriptus die 25. Maii 1517. ex Cremonæ Decurionibus, ac Ampliſſimus Mediolani Senator, qui quanta in literis excellentia, & in rebus Reip. adminiſtrandis prudentia fuerit exſcribere putavi, quæ de eod. doctiſſimè ſcribit *M. Hieronymus Vida in ſuis Orationibus &c. Act.e* 2. Jo: Baptiſtę Speciani verò quanta fuerit virtus, & in rebus gerendis prudentia, erit illis, qui hominem non viderunt, fortaſſe incredibile, vobis verò Patres, qui eum benè noſtis, non admodum multa dicere habeo. Meminiſtis eum primum inter alios juris peritos in judiciis prętoriis, pedaneorumq; judicum ſubſeliis verſatum, operamq; reis defendendis navantem à Franc. Sfortia ad majora evocatum fuiſſe, & in hunc ordinem veſtrum cooptatum, ſimulq; in tota provincia Quæſitorem, & rerum capitalium non modo judicem, ſed etiam vindicem conſtitutum, cum ſumma, & libera, in quemcunq; vellet maleficii reum, animadvertendi poteſtate, mox multis, magiſq; in rebus ſpectata viri virtute, quod ſub toga contineri non poterat ſuis inditiis in dies magis, ac magis prodita, ab eodem Sfortia Quæſtor creatus eſt totius exercitus, quem ad

ſe

ſe tuendum contrà hoſtium potentiſſimorum vires maximum coegerat, & cum eſſet bonus conſilio, nec minùs bello ſtrenuus, ita eam quęſturam adminiſtravit, ut non tantum commeatibus procurandis pręeſſet, pręfectis fabrorum præſcriberet, ſtipendia militibus in tempore perſolveret, populis, ac civitatibus operas, vecturas, naves, remiges, arma, tormenta, belliq; inſtrumenta imperaret, & alia id genus adminiſtraret, quod propria ſunt ejus poteſtatis munera; verùm etiam Sfortia omnia poſuerat in ejus diligentia, ac fide quod ad Imperatorem pertinent, ut penè ſummam imperii teneret, legionibuſq; non ad alterius præſcriptum, ſed ſuo arbitrio imperaret. Caruit tantum Imperatoris nomine, cum partes ſuſtineret, omneſq; imperatoris numeros impleret. Nihil omninò agebatur in re militari, niſi ad ejus ductum, omnes etiam literæ de ejus ſenſu deſcribebantur &c. *& poſt nonnulla*. Defuncto civitas noſtra, ut jure de patria optimè meritò publicè decreto ſepulchro parentavit, juſtaq; magnificè ſumptu publico perſolvit. Quem honorem apud nos poſt hominum memoriam nullum ulli civium ante eum contigiſſe, ſatis pro comperto habemus. hactenus Vida

Ad Jo: Baptiſtam Specianum *Jac. Card. Sadoletus* Epiſtolam ſcripſit (quæ *lib. xvi. ſuarum Epiſtolarum* legitur) diſputans: *Utrum licitum ſit homini in aliquo munere publico, & honore poſito, cum adverſis hominum voluntatibus videat nihil ſe proficere poſſe, quod ad Reip. pertineat ſalutem; habeat autem idem Domi, & privatim præclaras genere actiones, in quibus verſari, & ſe exercere commodo ejuſdem Reip. queat: dimittere curas publicas, & ad privata ſtudia ſe conferre, quę præſertim nihilominus in publicam utilitatem reditura eſſe videantur*. Totus in hac diſputatione eſt, aperitq; animum ſuum Sadoletus è Romana Aula ad privatum otium ſecedendi, afflictis Reip. chriſtianæ rebus, ubi conſilia ſua nihil proficere videret. Unde arguere licet quanti Specianum faceret, cui graviſſimus, omniq; laude cumulatus Cardinalis iſta communicabat. Ibi ad eum: *cum in utroq; noſtrùm ſimilis voluntas ſit, eodemq; ambo ſtudio optimis, & artibus, & literis deditiſimus, ad multas, & graves noſtræ conjunctionis, mutuæq; benevolentiæ cauſas hæc quoq; ſimilis ſenſus, & communium ſtudiorum ratio tàm magni momenti pondus affert, ut ego amorem, quem erga te ſuſcepi, quoad vixero, perpetuum ſim ſervaturus*. Porrò quàm probus, quàm doctus, quantus vir Specianus, ſi Sadoleto adeò, & ſimilis, & amicus.

Bernardus Felicianus eidem dicavit nonnullos Galeni libros latinitate donatos.

Lucianus Monachus Caſſinas Comentarios Chryſoſtomi in Epiſtolam Pauli, quæ ad Romanos ſcripta eſt.

Bonaventura Caſtillioneus eidem pariter nuncupavit Epiſtolam ſuper Geographia Pedemontana cuſa in fine libri, cui tit. *Gallorum Inſubrum Antiquæ Sedes &c.* item aliam Epiſtolam eidem direxit

Bernar-

Bernardus Taſſus Magni Torquati Pater, ut habetur in Vol. Epiſtolarum. *Antonius Campus hiſt. lib.* 3. anno 1530., & 1545. obitum Speciani ſecutum die 30. Octobris enunciat.

Daniel Cajetanus plura de Speciano *in Carmin. MS.*

Venturinus Vaſolus Epigr. Sylva Ticini 1541.

Lud. Cavitellus in Annal. Alexander Lamus in Somnio cant. 2.

Boſſius in tract. var. tit. de Principe, & Privil. ejus num. 20.

Franciſcus Zava pluries in ſuis operibus, & fuſo calamo *in Parentalibus Illuſtrium Vir. Cremon.*

Jacobus Gadius Cremon. in hiſt. MS. pag. 106.

Gaudentius Merula in Bello Eraſmicano ſic inquit de noſtro Speciano. *Juſtitiæ præfecturam Baptiſta Specianus ſuſceperat; quinam ingenio prudentior, jure peritior, fide, religione, officio, diligentia, aut ſanctior commemori poteſt.*

Fuit Specianus ex illis, qui Novas Conſtitutiones Mediolani conſcripſerunt. Item ſui ingenii monumenta ſunt.

Epiſtolę Caſtrenſes ad Benedictum Tonſium.
Belli Gallici Commentarii libri tres.

In Templo Pacis nuncupato Mediolani, ubi Speciani cineres conduntur, de eo legitur hoc Epitaphium.

Jo: Baptiſtæ Speciano J. C. Senatori, rerum Capitalium Præfecto perpetuo, intimo Conſiliario, Cæſareiq; Exercitus Legato, poſt multarum Urbium prudentes præfecturas, Honorificentiſſimas legationes, reſq; pręclariſſimas in Toga, & Armis geſtas ſummo cum omnium mærore mortuo anno MDXLV. VI. *Kal. Novembris vixit annos* LII. *Menſes* VII. *Cæſar Epiſcopus Novariæ in Hiſpania Nuntius Apoſtolicus, & Sfortia Abbas P.*

Marcus Paulus Tarteſius Orator Cremonenſis funebri Oratione Speciani parentalia proſequutus eſt, quàm ob exemplarium raritatem hìc exſcribere non pertædeat.

„ SI unquam aliàs C. ampliſs. Calamitas aliqua incidit, quæ nobis
„ graviter ferenda eſſet, hæc una profectò eſt, qua Jo: Bapti-
„ ſtam Specianum patriæ parentem, rerum noſtrarum tutelam
„ amiſimus, quo inopinato caſu univerſa civitas ità convulſa, labe-
„ factaq; eſt, ut funditus concidiſſe videatur. Quæ clades impor-
„ tuna, quò plus detrimenti affert, eò juſtiorem hujus mæroris
„ veſtri cauſam facit C. Opt. cum veſtem omnes mutaſtis, ſordi-
„ datiq; & ſquallore obſiti illius parentalia celebratis, qui toties
„ ſalutis veſtræ defenſor fuit. De quo cum juſſu veſtro verba
„ facturus acceſſerim, vereor, ne ſi, ut par eſset, innumerabiles,
„ & eximias illius virtutes, omnia dignitatis inſignia, atque orna-

menta

„ menta uberius, & fuſiùs explicare voluero, luctus veſtros magis
„ accendam, quàm ullum tantò dolori ſolatium afferam. Proindè
„ mihi non tàm copia in dicendo, quàm modus quærendus eſt,
„ ne ea ſæpiùs contrectando, è quibus accepti vulneris memoria
„ renovatur, vos pariter, & me ipſum luctu, & mærore conficiam.
„ Sed quis erit hujus orationis meæ exorſus? equidem, ſi de alio
„ quopiam, quàm de Speciano ageretur, non tantùm mihi adni-
„ tendum ducerem, ſed, cum de viro nunquam ſatis laudato
„ ſermo inſtituendus ſit, idq; hac doctiſſimorum hominum fre-
„ quentia, ad has tot, tantaſq; res nullum ornamenti genus niſi
„ ſingulare, & præcipuum adhibendum puto, ut ne illud quidem
„ tàm & ſi amplum, & præclarum cum magua cura relaturus ſim,
„ quòd Cremona fuerit ille patria urbs celebris, & copioſa, atque
„ eruditiſſimis hominibus, liberaliſſimiſq; ſtudiis affluens, & ho-
„ neſtiſſimo cuiq; expetenda, quòd cum è clara proavorum ſtirpe
„ naſci contigiſſet, generis nobilitatem ortus ſui ſplendore magis
„ illuſtraverit. Mitto tot cognationes, tot affinitates, eàſq; tùm
„ ex patria, tùm ex finitimis civitatibus maximè inſignes, hanc
„ imprimis, quàm ſe cum Saccis Papienſibus veteri, & illuſtri
„ familia Magdalenæ feminæ rariſſimæ connubio devinxit, tot
„ amicitias tàm domi, quàm foris partas, tot clientelas, tot hono-
„ rum inſignia, quot nemo ferè adhuc noſtra, aut patrum memo-
„ ria aſſecutus eſt. Prætereo conſultò, qui illi corporis habitus,
„ quàm liberalis facies, quàm firmum, ac vegetum corpus, quæ
„ omnia, & ſi in eo ſumma, atq; etiam quàm in reliquis mortalibus
„ illuſtriora extitere, breviter tamen perſtringenda fuerunt, quia
„ & mihi non niſi egregia ſectari ſtatutum eſt, & ille fortunæ, aut
„ naturæ bona non, ut cæteri homines, admiratus eſt, qui tantum
„ animi bona, quæ Stoicorum ſententia verè bona ſunt, unicè com-
„ plexus ſe totum virtuti addixit. Cujus amore inflammatus,
„ nullum tempus vacuum à laboribus fecit, quoad omni doctrina,
„ & virtute ornatiſſimus evaſit, qui qualis futurus eſſet, ſtatim
„ initio ætatis indicium dedit, harum ſiquidem artium, quibus
„ pueri ad humanitatem informari ſolent, rudimenta ita celeriter
„ arripuit, ut non tùm primum accipere videretur, ſed (ut Plato
„ credidit) reminiſci, & recordari; hac ingenii indole, cum Gram-
„ maticorum formulas, & præſcripta ſcienter, & peritè calleret,
„ poeticæ, non ignarus patrio more, quo noſtrates diſcipuli non à
„ diſiunctis doctoribus, ſed ab iiſdem artis Grammaticæ, atque
„ Rhetoricæ præceptoribus erudiuntur, eloquentiæ præceptis, &
„ dicendi doctrina apprimè excultus brevi effecit, ut cum id
„ ætatis eſſet, quæ ab oratore longè aberat, ſummi, ac propè per-
„ fecti oratoris munus expleret. Inde, quoniam ingenuæ, & hu-
„ manæ artes uno quodam ſocietatis vinculo continentur, Ma-
„ thematicas etiam edidicit, Arithmeticam in primis, & Geo-
„ metriam, quæ ut puero cognitu jucundæ, ità adulto in publicis

mune-

„ muneribus, quæ ſumma cum laude obivit, magno uſui fuerunt,
„ vel cum rationibus ærarii præfuit, vel cum caſtrorum præfectus
„ fuit. reliquas duas Muſicam, & Aſtrologiam ea cauſa comple-
„ xus eſt, quòd alteram aptæ pronuntiationi opportunam eſſe
„ exiſtimavit, alteram multis rebus non inutilem, in qua C. Sul-
„ pitium, qui exercitum Romanum de Lunę defectione ſollicitum
„ à metu liberavit, non parum operæ, curæq; poſuiſſe memoriæ
„ traditum eſt; Eludo, è Mathematicis ad Jus civile perdiſcendum
„ ſe contulit, cujus ſummam cognitionem, & intelligentiam, tùm
„ audiendo, tùm elaborando, celerius omnium opinione aſſecutus,
„ talis è publicis, & florentiſſimis Italicarum urbium academiis
„ in patriam rediit, ut cum cauſas agere cæpiſſet, quia duas res
„ præcipuas, & juriſconſulto perneceſſarias conjunctas habuit,
„ Juriſprudentiam, & eloquentiam, eò celebritatis, & exiſtima-
„ tionis evaſerit, ut in advocationibus, in juditiis principatum
„ obtineret, eſſetq; illius domus non modo civitatis oraculum, ſed
„ etiam totius Italiæ conſiliorum officina. At quoniam ex intima
„ philoſophia juris diſciplinam hauriendam eſſe perſpectum
„ habuit, Platonis, & Ariſtotelis libros, qui de vita, & moribus
„ ſunt, ſanè quàm diligenter evoluit, ut optimas diſciplinas non
„ tàm cognitionis cauſa aſſequeretur, quàm ut his prędicus honeſtè
„ inter cives verſari poſſet, nulla virtus in tota Platonis politia fuit,
„ quam non animo, & cogitatione comprehenderit, comprehenſa
„ ita excoluerit, ut totius orbis civis, quaſi unius urbis agnoſci
„ poſſet, qui cum glorioſum putaret, Civibus carum eſſe, de patria
„ benemereri, nihil privatum habuit, quod nollet ad communem
„ utilitatem referri. Age verò domeſticæ diſpenſationi, qua de
„ re præclarè ſcriptum eſt in eo Xenophontis libro, qui æconomi-
„ cus inſcribitur, quem Cicero è græco in latinum convertit, quan-
„ tum curæ, quantum ſtudii adhibuit? Agricolationis rationem,
„ quæ priſcis temporibus non una omnibus fuit, univerſam ità
„ calluit, ut alter noſtri ſeculi Cato, aut Varro haberetur, at quan-
„ ta res familiaris tùm prudentia, tùm moderatione præſtitit? in
„ qua cum diligens, & attentus eſſet, ità tamen munificus, ac
„ liberalis fuit, ut in ſumma frugalitate regiæ beneficentiæ ſpeci-
„ men præſe ferret, qui & privatus, & poſteà in magiſtratu con-
„ ſtitutus literatos viros, in quos propenſa voluntate ferebatur,
„ tanta non humanitate ſolum, verum etiam benignitate comple-
„ cti conſuevit, ut illius ædes omnibus, qui aliqua doctrina, aut
„ eruditione præditi eſſent, tanquam certiſſimum, aut paratiſſi-
„ mum domicilium paterent. Teſtis Bernardus Felicianus civis
„ noſter, Teſtis Lucianus Monachus Caſſinas, quorum alter
„ nonnullos Galeni libros latinitate donatos, alter Chriſoſtomi
„ commentarios in epiſtolam Pauli, quæ ad Romanos ſcripta eſt,
„ Speciano dicavit, Teſtes adhuc complures alii tùm carmine,
„ tùm ſoluta oratione celebres ſcriptores, quorum monimenta

inſcripto

inſcripto Speciani nomine circumferuntur, quibus omnibus una mens fuit hominis de ſe benemeriti memoriam operum ſuorum inſcriptionibus æternitati commendare. Sed redeo ad politiam, in qua vir eximius, & præſtans, honeſtiſſimi civis cenſum nactus multos fortaſsè copia, atq; affluentia rerum, neminem parem virtute habuit. Ad hæc qua magnanimitate fuiſſe traditur? cum ex priſcorum monimentis didiciſſet, diù diſceptatum fuiſſe, præclariùs ne eſset utbanis virtutibus, an bellicis excellere, ejus quoq; laudis expers eſſe noluit, tautùmq; ſtudio, & induſtria perfecit, ut, quod pauci adhuc aſſecuti ſunt, toga, & armis maximus haberetur. Hac ſcientia, & virtutis præſtantia, cum in ea tempora incidiſſet, quibus Galli conflata totius Italiæ conſpiratione, duce Proſpero Columnio Mediolano ejecti, hanc urbem vobis contrà armis nitentibus, rurſus occuparant, veritus victorum inſolentiam, quos videbat etiam in inſontes minima quaq; ſuſpitione animadvertere, è patria diſceſſit, ad Franciſcum Sfortiam Tridentum venit eo conſilio, ut primo quoque tempore in paternum imperium, ad quod à tota Italia accerſebatur, redeuntem proſequeretur. apud quem complures dies moratus illi unius legionis, quàm è Germania conſcripſerat, præſidio in Italiam contendens non itineris modo, ſed etiam totius belli fortunæ comes fuit, quod cum non uno in loco geſtum ſit, nuſquam manu conſertum eſt, quin ibi periculorum omnium particeps extiterit. Qui cum Hieronymo Morono, qui rebus gerendis præerat, ſæpe anteà probaſſet, ſe haud belli expertem eſſe, in eo prælio, quod in vico Mediolanenſi, quem Picocham appellant, feliciter commiſſum eſt, planè indicavit, nullam rem in militari diſciplina poſitam eſſe, quę ejus ſcientiam fugeret. Sfortia igitur parta victoria, ad res urbanas componendas Mediolanum redeunte, habito Magiſtratuum delectu Specianus fiſci procurationi præficitur, quo in munere duos collegas Juris ſcientia, & rerum forenſium uſu præſtantiſſimos nactus Simonem, & Ægidium Boſſios, tàm præclarè ſuas partes egit, ut neutro inferior habitus ſit. Ægidio etiam prior ad ordinem ſenatorium vocatus, qui cum non minorem prudentiam, quàm gravitatem præ ſe ferret, & benè conſulendo frequens adeſſet, brevi ad alios honores aditum ſibi patefecit. Nam, cum Matthæus Marius rerum capitalium præfectus diem obiiſſet, Specianus in locum demortui ſufficitur, quò munere quàm honeſtè, ac præclarè functus ſit, ſuo loco exponam. nunc illud dico, quoniam Specianus præter eas, quæ ſuprà memoratæ ſunt, dignitates, alias etiam adeptus eſt, quæcunq; viro clariſſimo honorum, ac dignitatum ornamenta contigerunt, non fortunæ beneficio, ſed ſua ipſius induſtria, atq; virtute contigiſſe. qui locus quoniam hujus inſtituti proprius eſt, mihi non prætermittendus fuit. Primum omnium quis hoc homine omnibus virtuti-

bus cumulatior, & ornatior eſſe debuit? qui pietatem erga DEUM, quam Plato philoſophandi, ac benè, beatèque vivendi initium eſſe voluit, ità ſanctè, & religiosè coluit, ut ne maximis quidem negotiis diſtentus divinas precationes, quas quotidiè, ac ſtatis horis flaminum ritu celebrabat, ex quo eas inſtituit, nunquam dimiſerit, quin & primam philoſophiam, quæ de DEO eſt, attigit tanta cura, & ſtudio, ut maximas etiam, & difficillimas quæſtiones, quæ ſumma Theologorum ingenia torquere ſolent, tanta facilitate explicaret, quanta ſi de legibus, aut Jure reſpondiſſet; quod illi haud difficile fuit, qui ſacra majorum monimenta, è quibus omnibus ſcientiæ, & doctrinæ ratio petitur, noctes, ac dies in manibus haberet, nec veteribus contentus nova etiam exquireret. Egit aliquando cum Coſmo Medice Florentinorum Principe per literas, ut Marſilii Ficini commentarios, quos de raptu Pauli ab eo compoſitos exploratum habebat, edere vellet, aut uni ipſi ſaltem eorum legendi copiam faceret, tanta divinarum literarum cura, & ardor illi fuit. Cæterùm quoniam religioni reliquæ virtutes, quæ honeſtum, & decorum attingunt, annexæ ſunt, cum non unus honor, non una rerum gerendarum adminiſtratio Speciano obtigerit, ut fuit in ampliſſimo dignitatis gradu collocatus, ita plurimarum, & maximarum virtutum delectum habuit. Ac primum, quoniam in ordinem Senatorium aſcriptus fuerat, atque in ejus generis ordinem, in quem non niſi electiſſimus quiſq; aſcribi ſolet, cum ea Senatoris præcipua virtus ſit, ut tùm prudentia, tùm dicendi gravitate, & copia valeat, in quo ipſo ineſt quædam dignitas Senatoria, quis illo aut in rebus ſtatuendis, decernendiſq; prudentior? aut in ſententia dicenda gravior, & ornatior? Naſſicam differentem, aut Craſſum non nemo putaſſet, alterum in dicendo prudentiſſimum, alterum graviſſimum, & eloquentiſſimum. Tranſeo qua ſapientia maxima in Repub. adminiſtranda momenta maturè conficienda curaverit, qua fide confecta aſſervaverit. Venio ad rerum capitalium præfectum, quod munus ſuſceptum (ut anteà dixi) quanta prudentia confecerit, vel eo argumento palam eſt, quod hic magiſtratus illi, quandiù vixit, perpetuus fuit, quanta verò animi moderatione res ipſa indicat, quod in vindicandis criminibus ſeveritatem animadverſionis citrà invidiam exercuit. quæ initio magiſtratus ità moderata fuit, ut, cum propter ſuperiorum temporum licentiam, quàm plurimi digni eſsent, in quos exempla fierent, trium, aut quatuor inſignium ſicariorum ſupplicio, reliquos à maleficio abſterruerit. At verò totius magiſtratus æquabilitas quanta fuerit, ea certiſſima eſt conjectura, quòd licèt in exercendis juditiis à Caſſiano more, & inſtituto non recederet, juditiorum tamen ſeveritatem ſumma lenitate temperatam præ ſe tulit neminem unquam incognita cauſa condemnavit, de

nullo

nullo niſi flagitioſo, & perditiſſimo ſupplicium ſumpſit, qui cum puniendi criminis ſummum jus haberet, nihil unquam niſi juſtè, ac legitimè judicavit. Cæterùm, quoniam facinorum capitalium vindicem non tàm juſtum, & moderatum, quàm abſtinentem eſſe decet, quis Curius, aut Fabricius mihi dabitur, qui ſit cum Speciano conferendus? qui & alienæ vitæ poteſtatem nactus fuerat, ab aliena tamen re abſtinuit, Scimus omnes, quam ſuam quiſq; vitam caram habeat, ad quam redimendam non dubitet patrimonium, & ſi quid illi patrimonio majus, aut antiquius eſt, univerſum impendere, & tamen ille, quæ hominis continentia ſemper fuit, non ſolum hujuſmodi turpitudini, ac fædiſſimæ cupiditati, quæ ſolet ſæpe humanos ſenſus labectare, aſſenſus non eſt, verùm etiam non ſemel ſollicitatus, ſe inexpugnabilem præſtitit. Hæc ſunt plurimarum, & maximarum virtutum ornamenta, quæ in publicis rebus adminiſtrandis, in capitalium rerum quæſtionibus exercendis vir prudentiſſimus, & integerrimus egregiè complexus eſt, quæ illum ſummis honoribus perfunctum in ſublimi gradu, & dignitatis, & gratiæ ſtatuere, è quo nunquam dejectus eſt. Nam Sfortia Italorum Principum ſapientiſſimus, cum de homine non ſemel periculum feciſſet, quantum prudentia, quantum rerum gerendarum uſu præſtaret, hunc unum in conſultationibus, præcipuum conſiliorum authorem habuit, hujus ſapientiæ, ac fidei ita omnia credere conſuevit, ut Lauretum religionis cauſa profecturus huic uni ſummam Reipub. adminiſtrandæ tradiderit. reverſus, quòd omnia prudenter proviſa, atq; adminiſtrata cognitum, & perſpectum habuit, maximis eum muneribus affecerit, addito in poſteros etiam præmio annuo, & emolumento, quod poſteà Cæſar confirmavit. Sed Speciani ea præcipua laus eſt, quod opinio illa, & virtutis exiſtimatio, quæ illi vivo Sfortia parta fuerat, eo etiam mortuo permanſit, & ad extremum vitæ diem proſecuta eſt. Quæ quanta fuerit, ex eo æſtimare licet, quod non Sfortiæ tantum Juditio, ſed reliquorum etiam principum, qui Sfortiam ſubſecuti ſunt, teſtimonio comprobata eſt. à quibus Specianus in conſiliorum deliberationem adhibitus ſummam authoritatem cum ſumma benevolentia conſecutus eſt. Primum ab Antonio Læva cupidiſſimè expetitur, à quo in intimam familiaritatem receptus vix dici poteſt, quàm brevi hominem alioqui natura auſterum, facilitate ſua, & moderatione tàm mitem, tàm pacatum reddiderit, ut cum omnes infenſos haberet, qui Sfortiæ partes ſecuti fuerant, univerſis Speciani ſolertia, & induſtria conciliatus fuerit. Lævæ ſucceſſit Marinus Caraciolus Sacerdos Cardinalis, cui non minùs quàm Sfortiæ, ac Lævæ gratus, & acceptus fuit, quia cum ad omnia munera obeunda paratiſſimus eſſet, nihil ferè unquam aggreſſus eſt, quod non celeritate conſilii explicaret. Venio tandem ad Alfonſum Avalum Hiſtonii

„ Principem, Inſubrium, ac Cæſariani Exercitus moderatorem
„ excellentiſsimum, & ſapientiſſimum, qui perſpecta Speciani
„ fide, & prudentia omnium conſiliorum, omnium cogitationum
„ ſuarum participem fecit, nulla de re unquam ſtatuiſſe dicitur,
„ quin Specianum in conſultationem adhibuerit; nullam expedi-
„ tionem ſuſcepiſſe, quin ſibi comitem aſciverit, quo juſtior prin-
„ cipis dolor videri debet, amiſſo omnium itinerum, laborum,
„ periculorum ſocio, quo nemo alius induſtria in agendo, celeri-
„ tate in conficiendo, conſilio in providendo promptior, & expe-
„ ditior unquam fuit. qui cum diſciplinam militarem ſcientiſsimè
„ calleret, præclariſsima virtutum genera, quibus res bellica
„ adminiſtrari ſolet, ad omnem pugnæ eventum in promptu ha-
„ buit, atq; hæc, cum multa ſint, variiſq; & maximis præliis per-
„ ſpecta, & cognita, una omnium eſt, & brevis ſumma, Specia-
„ num omnibus bellis, quæ decem annis vivò Sfortia, totidem
„ ferè eo mortuo in Inſubribus, & Gallis ſubalpinis geſta ſunt,
„ non ſolum interfuiſſe, verùm etiam ſumma cum laude præfuiſſe.
„ qui cum caſtrorum præfectus eſſet, ad ſummi Imperatoris glo-
„ riam, & virtute, & rerum geſtarum magnitudine proximè
„ acceſsit. Nam cum bellica virtus non una ſit, ſed in multas, ac
„ varias formas, ſivè ſpecies diſtributa, univerſam tàm egregiè
„ aſſecutus eſt, ut cum cæteri homines aliquo honore præditi
„ ſingulis virtutibus clari habeantur, omnibus ipſe maximè excel-
„ leret. primum igitur quoniam pugnandi ratio non tàm armis,
„ quàm conſilio abſolvitur, in rebus bellicis adminiſtrandis quanta
„ prudentia fuit, quot, ac quantis præliis ſpectata? Bello gallico,
„ quod illud, de quo anteà egi, ſubſecutum eſt; cum Bonivetus
„ copiarum terreſtrium, & maritimarum præfectus cum ingenti
„ peditatu, & equitatu in Italiam invaderet, Specianus caſtrorum
„ præfectus decernitur, qui omnia, quæ alendo, & in officio reti-
„ nendo exercitui, quę caſtris, foſſa, & aggere muniendis neceſſaria
„ erant, tàm ſcienter, & maturè curavit, ut de omnibus multò
„ ante provideret, quàm tempus, ac neceſsitas flagitaret. nihil
„ tàm ſubitum, nihil tàm inopinatum conditio, aut fortuna belli
„ ferre potuit, quod illum imparatum offenderet; qui etſi aſſiduis,
„ & maximis negotiis urgebatur, ad nova tamen conſilia capienda
„ recentior, atq; alacrior ſemper fuit. Ad hæc cum, & ducibus
„ Cæſarianis in conſultationibus aſſideret, ſingula quemadmodum
„ definita, conſtitutave fuerant, ad principem omnium primus
„ perſcribebat, ſæpe etiam ad amicos præſertim de felici, aliquo
„ pugnæ eventu. *Extant caſtrenſes Speciani* ad Benedictum Ton-
„ ſum epiſtolæ, quæ non tàm ſermonis elegantiam, quam rei bel-
„ licæ peritiam declarant. quæ & ſi anteà in eo ſumma fuit, in dies
„ tamen aucta eſt, qui cum ſciret Romanos plures victorias inge-
„ nio, quàm armorum vi confeciſſe, ut veterem diſciplinam revo-
„ caret, tantò commentariorum Cæſaris ſtudio tenebatur, ut eos

nunquam

„ nunquàm de manibus poneret, quos in eo bello ſic attriverat,
„ ut P. Africanus, & M. Cicero Cyrum Xenophontis. Hoc bello
„ confecto, alterum multò gravius, atq; atrocius exarſit, ad quod
„ gerendum cum Franciſcus ipſe Valeſius Gallorum Rex ſtudio
„ inflammato raperetur, & quàm maximo exercitu ex quibuſ-
„ cunq; gentibus potuiſſet comparato, jam in Inſubres irrumpe-
„ ret, univerſæ Italiæ pertimeſcendus, huic quoque muneri, tan-
„ tòque negotio Specianus præficitur, ut non caſtrenſi modo diſci-
„ plina, verùm etiam ſalutaribus conſiliis rem bellicam adjuvaret.
„ At quantum prudentia, quantum rerum benè gerendarum
„ authoritate profecerit, Regis captivitas declarat, qui cum &
„ numero militum ſuperior eſſet, & aggeribus munitiſſimis ſep-
„ tus Ticinum obſideret, paucioribus copiis vinci, ac capi non
„ potuit, niſi quæ duo præter cætera magnam ad victoriam facul-
„ tatem ſuppeditabant, quæq; præcipua Speciani cura erant pro-
„ videnda, conſilii maturitate, ac comeatus copia, res quam feli-
„ ciſſimè eſſet confecta. cujus pugnæ ea conditio, & fortuna
„ fuit, ut regio exercitu intra munitionum ſepta concluſo, e qui-
„ bus, cum noſtri aditus occupaſsent, evadendi poteſtas non erat,
„ maximo quiſque animo, ac præſtantiſſima virtute, poſtquàm
„ diù pugnatum eſt, unà cum Rege ſe ſe dedere coactus ſit. quæ
„ inſignis victoria ſi robori, ac magnanimitati aſcribitur, cur non
„ etiam induſtriæ, & conſilio? quanquam quis Caſtrorum præfe-
„ ctum hujus laudis participem neget? qui ſummi ducis ali-
„ quando curam geſſit, cum Jo: Jacobus Medices duo munitiſſi-
„ ma oppida Leveum, & Muſſium per bellum intercepiſset, atq;
„ non ſemel repetita ſe, niſi armis cogeretur, haud rediturum
„ affirmaret, unus Specianus ad utrumq; obſidendum, & oppu-
„ gnandum cum ingenti armatorum manu profectus, totam rem
„ ità moderatè, & ſcienter confecit, ut peritiſſimi, ac prudentiſſi-
„ mi ducis perfunctus ſit munere. age vero, quoniam non tàm
„ rei bellicę ſcientia, quàm, quæ bello præſtatur, virtus ſæpe
„ exquiritur, quod tàm inſigne, ac memorabile bellicæ virtutis
„ facinus è vetuſtate annalium erui poteſt, quod ſit cum iſto con-
„ ferendum? erant in Laude Pompea aliquot cohortes, quas cum
„ centurio quidam cum duobus primipilis deficiente ſtipendio ad
„ ſeditionem concitaret, ac pro concione verba faceret Specianus,
„ qui urbi præerat, veritus, ne tumultu ab hoſtibus, qui in propin-
„ quo erant, audito irruptio fieret, quàm celerrimè eò advolat,
„ ereptaq; è manu concionantis haſta, ipſum audaciæ, & ſceleris
„ authorem ejus ipſius telo confodit in conſpectu hominum, tantò
„ univerſæ multitudinis terrore, ut ſedata illicò ſeditione cuncti
„ tàm ii, qui in noxia erant, quàm qui à noxia aberant, poſthac
„ dicto audientes forè per tribunos nuntiaverint, quo quid lau-
„ dabilius dici poteſt? viderat vir præſtantiſſimus, ſi quod obſeſſis
„ civitatibus evenire ſolet, repentina hoſtium irruptio facta eſset,

gentem

„ gentem prędæ, ac cædis avidam à nullo maleficio temperaturam,
„ miſerrimam civitatem non direptionem modo, ſed omnia pro-
„ bra, atq; dedecora perpeſſuram, itaque pro ſalute communi
„ aperto periculo ſe ſe obiecit, nec virtuti fortuna defuit. Civitas
„ à clade, ab excidio, ipſe à fœdiſſima cæde liberatus eſt. præcla-
„ rum illud certè facinus, ac ſempiterno poſteritatis præconio
„ celebrandum, togatum virum in re bellica, & tàm periculoſa
„ tantam animi magnitudinem præſtitiſse, ſed neque hoc minùs
„ præclarum, ac memorabile eſt, in quo non tàm animi, quàm
„ fidei magnitudo conſpicitur. Cum Sfortia ob quandam ſuſpi-
„ cionem in arce Mediolanenſi obſideretur, Specianus, ne prin-
„ cipi cum fortuna ſua luctanti deeſſet, quià citrà noxam eum
„ eſse credidit, in tanta calamitate deſtituendum non putavit,
„ quo minùs & ipſe communia incommoda, quæ diuturna, ac
„ maxima fuerunt, non invitus perferret, ex qua una re ſummam
„ ex laborum perpeſsione, ſummam ex pietate laudem adeptus
„ eſt. ſed tamen hujuſce ſummæ laudis nondum finis, in ea namq;
„ obſidione, ne per ignaviam, à qua ſemper abſuerat, tempus
„ amitteret, hominem gravi doctrina, & excellenti nactus Dia-
„ lecticis, ac phyſicis operam dedit, quæ non ſummis (ut ajunt)
„ labris attigit, ſed indè tantum hauſit, quantum alii fortaſsè,
„ vel bonarum artium, ac diſciplinarum appetentiſſimo ſatis eſſe
„ potuit. ipſi nunquam, qui ſciendi cupidiſſimus nullum diſcendi
„ finem unquam fecit, cum nulla eſſet philoſophiæ pars, quam
„ non animo complexus ſit, atq; præclarè tenuerit. O' ſingulare,
„ ò mirificum ingenium, quod pauci in ſummo otio, in tranquillo
„ vitæ ſtatu, vix aſſequi poſſunt, ipſe in moleſtiſſimo negotio, inter
„ horrificos tormentorum ſtrepitus, ingenti ſævientium hoſtium
„ multitudine ſeptus, aſſecutus eſt, magna hæc una profectò, ſi
„ una eſſet ingenii commendatio. quid illa? orſus eſt etiam eo
„ tempore commentarios belli Gallici, quorum tres libri adhuc
„ domi aſſervantur, quos ſi quis accuratè legat, ac diligenter exa-
„ minet, dicendi formam, ac dignitatem, qua Cæſar in ſuis con-
„ ſcribendis uſus eſt, in his egregiè expreſſam judicabit. ſed rever-
„ tor ad rem bellicam, in qua poſt illam ipſam obſidionem, è qua
„ magnam, & multiplicem laudem retulit, pulcherrimi facinoris
„ obeundi occaſio Speciano oblata eſt, quæ illi non minorem ex
„ induſtria, quam ex ſucceſſu laudem peperit. Nam cum Sfortia
„ totius italiæ ſtudiis, & armis hanc civitatem facta ab Hiſpanis
„ deditione recepiſſet, & reliqua pars Cæſariani exercitus Medio-
„ lanum occuparet, quia ad totum Imperium recuperandum
„ Gallorum Rex, qui ſe à Cæſarianis captum meminerat, auxilia
„ pollicebatur, Specianus in Galliam ulteriorem legatus profici-
„ ſcitur quò cum quàm potuit maximis itineribus perveniſſet,
„ re ex ſententia confecta, rediit in Italiam cum ingenti exercitu
„ Duce Franciſco Borbonio. cujus adventu Cæſariani Laudem,

quam

„ quam diù obſeſſam habebant, obſidione ſolvere coacti ſunt, quæ „ Civitas bis à Speciano ſervata ſemel à direptione, robore, & „ virtute animi, iterùm ab obſidione, celeritate, & induſtria, pla- „ num facit, nullam difficultatem bellicam tantam extitiſſe, cui „ Specianus non par eſset, qui non unam Urbem tantum, ſed om- „ ne Mediolanenſe imperium, ac ditionem aliquando ſervavit. „ Teſtis Cereſeolana pugna, in quà cum à noſtris parum feliciter „ pugnatum eſset, & in ſumma trepidatione unuſquiſq; de ſalute „ ſollicitus eſset, Specianus, quæ illius in repentinis caſibus pru- „ dentia, & magnanimitas fuit, milites colligendos ſuaſit, & Aſtæ „ ſubſiſtendum, ne ſi noſtra acies, quæ jam fuſa erat, longius „ receſſiſset, aut quod deterius erat, fugam arripuiſset, Galli vi- „ ctoria elati, ubi loca proxima occupaſsent, tùm in finitimos Me- „ diolanenſium agros impetum facerent, qua conſultatione, & „ hoſti ulteriùs progrediendi facultas adempta eſt, & noſtris „ victoriæ recuperandæ ſpes injecta. itaq; una Speciani virtus om- „ nibus Mediolanenſis imperii civitatibus, Cæſariano exercitui „ ſalutaris fuit. Tranſeo quàm ſæpè militum tumultus repreſſerit. „ ducum diſcordias ſedaverit. populos in fide retinuerit. At, cum „ non caſtris modo, ſed commeatibus etiam præeſſet, hanc ſuſcepti „ muneris partem, qua animi continentia explevit? perpetua hæc „ illi, quandiù in magiſtratu fuit, ac propria virtus. At quanta „ fuerit magis ex aliorum contentione, quàm ipſa per ſe ſe cogno- „ ſci, atq; intelligi poteſt. Credo vos non latere Cives, quàm „ multi hac poteſtate homines plerumq; malè audiant. Ego au- „ tem neminem nomino. illud tantum dico, Specianum ab omni „ furto, & rapina, tametſi magna illi utriuſq; facultas fuit, ſemper „ abſtinuiſſe, ut non modò quidquam, undè non liceret, non „ auferret, verùm etiam ſummam illam pecuniæ, quæ ei pro ma- „ ximis laboribus, pro rebus benè, ac felicitèr geſtis debebatur, „ minui, aut omninò non reddi haud egrè tulerit. cum interim „ ipſe non parvos ſumptus faceret de re ſua nihil ſollicitus, modo „ publicæ commoditati conſultum eſſet, quæ præcipua cura illi „ ſemper fuit. qui cum de maximis rebus aſſiduè cogitaret, om- „ nis ejus cogitatio eò ſpectabat, ut ſedatis diſcordiis, ac pace „ confecta Italia quietem, & tranquillitatem, ipſe otium nanci- „ ſceretur, cujus ille, tàm appetens fuit, ut etiam inter arma, & „ præliorum conflictus veterum annalium monimentis, aut ſan- „ ctiore aliqua doctrina animum relaxaret. cujus rei ſatis fidem „ facit Dionyſii Areopagitæ viri Platonici, ac ſummi Theologi „ de divinis nominibus opuſculum, quod cum in prælio Cereſeo- „ lano amiſiſſet, agnito ejus nomine, quod erat in libello ſcriptum, „ ultro ab hoſtibus domino reſtitutum eſt, tanta hujus Viri autho- „ ritas non ſolùm apud ſuos, verum etiam apud hoſtes fuit. Cujus „ virtus, & ſi iis, qui arma contra gererent, formidoloſa fuit, cum „ tamen eximia eſſet, non potuit non admirationi eſſe, quia

juſtam

„ juſtam venerationem habet, quidquid excellit. Hæ ſunt ma-
„ ximæ, & clariſſimæ virtutes, quæ ampliſſimo Senatori, præſtan-
„ tiſſimo rerum capitalium, ac caſtrorum præfecto domi, ac foris
„ rebus gerendis præſidio fuerunt, & ornamento. Prætereò bre-
„ vitatis gratia complura alia virtutum genera, non minùs, quàm
„ quæ ſuprà memorata ſunt, inſignia, & illuſtria, quæ cuncta in
„ uno Speciano tàm eximia, atq; præclara extiterunt, ut cuivis faci-
„ lius eſſet divinum illius ingenium admirari, quàm ulla cogita-
„ tione complecti. quod cum Cæſar, cui ſoli omnia aperta ſunt,
„ perſpectum haberet, Virum ſemper plurimi fecit, & nuper in
„ veterum magiſtratuum recognitione non modo quidquam de
„ eo, quod ſemel conceſſerat, non immutavit, ſed nunciis etiam,
„ quod jam tot annos legitimè, & ſapientèr, executus fuerat,
„ perpetuum confirmavit, ut Speciano dubitandum non fuerit,
„ quin res ſuæ in toto jam eſſent, magiſq; in dies augendæ. O'
„ fallacem hominum ſpem, ò inanes noſtras contentiones: quàm
„ ſæpè in medio curſu franguntur? aut in ipſo ferè portu procel-
„ lam offendunt? Specianus totam ætatem ſuam in laboribus,
„ vigiliis, ærumnis, periculis egerat, ut otium, & quietem aliquan-
„ do adipiſceretur. at cum id, quod expetiverat, ſe adeptum~
„ credidit, vitam amiſit, cujus obitus tantò gravior fuit, quantò
„ diuturnior vita eſſe debuit. ut liberis, quos tredecim pupillos
„ reliquit. ut cognatis, ut amicis, ut patriæ, ut Mediolanenſi Rei-
„ pub. ut univerſæ Inſubrium ditioni, uti ſemper fuit præſidio eſſe
„ poſſet. at eo alieniſſimo tempore intercepto; quanta ex hoc
„ repentino caſu rerum diminutio facta eſt quantæ tenebræ obortę?
„ cum nulla ferè pars in tota Gallia Ciſalpina hujus mæroris expers
„ ſit. Proh Dii immortales, tantamne in una animula jacturam
„ factam fuiſſe, quæ non è privatorum modò hominum, verùm
„ etiam è principum, è regum oculis lacrymas eliceret? Quo ani-
„ mo creditis P. Cæſarem fore, ubi hunc triſtiſſimum nuncium
„ acceperit? aut qua mente nunc eſſe, ſi accepit? qui hoc viro
„ incolumi, cujus conſilia prudentiſſima, ac maximè ſalutaria ſæpe
„ expertus eſt, & magnoperè probabit, hanc citeriorem Galliam,
„ quæ tàm ſæpè bello appetitur, non omninò abſq; præſidio forè
„ perſuaſum habuit. Sed ad vos revertor cives mæſtiſſimi, quos
„ hic dolor proprius tangit, ecqua tanta ſivè fatorum invidia, ſivè
„ noſtra infelicitas fuit, ut hic vir omni ſæculorum memoria
„ digniſſimus in medio vitæ, in medio honorum curſu, nobis eri-
„ peretur? qui cum omnibus, qui illum norant, magnum ſui deſi-
„ derium reliquerit, nobis certè multò maximum reliquit, qui
„ patriæ alumno, & parente, patrono publico, & privato amiſſo,
„ tandiù in ſordibus, & luctu jacemus, quaſi ſtatutum ſit in per-
„ petuo mærore conſeneſcere. Sed quis erit tandem P. lachryma-
„ rum modus? ſatis dolori datum eſt, gemitus, & ſingultus jam
„ compeſcite. Ecquis ſcit an aliquis, aut ex hujus ipſius, cujus

interitu

„ interitu exanimamur omnes, aut è liberis noſtris exurgat, qui
„ hoc tantum damnum reſarciat? at talem nunquam ſumus habituri. Sed quæ tandem noſtra invidia eſt, ut illius manes diutius
„ vexare velimus, cujus vitam tàm caram omnes habebamus.
„ Nos mærore conficimur, ille lætitia exultat, qui in Divorum
„ numerum receptus uberrimos virtutum ſuarum fructus capit,
„ qui cum uno ſemper immortalitatis deſiderio flagraverit, voti
„ compos factus in cœleſti aula victor triumphat. Dixi MDXLV.

MDXXXVI.

MArcus Monachus Caſſinenſis SS. Fauſtini, & Jovitæ Brixiæ Theologus percelebris; cujus hæc verba legimus *Jacobi Cavatii in Hiſt. S. Juſtinæ Patavinæ*. Marcus Cremonenſis S. Juſtinæ Patavinæ Aſceta Theologus fuit inſignis ann. 1536. quem *Pauli Epiſtolas* interpretantem quotidiè ex Urbe Auditorum turmæ frequentabant.

Fuit Abbas Pruſinenſis anno 1517. ut *Pucinellus in Chronologia &c.* qui per errorem ipſum à Verona, non autem à Cremona vocavit.

MDXXXVII.

BArtholomeus Ghiſulphus Ord. Min. Conventualium S. P. Franciſci Vir doctrina, & rerum cognitione egregius ab Paulo III. Max. Pontifice cum optimis moribus præſtaret poſt majores ſuæ Religionis gradus obitos infula Epiſcopatus Tripolitani decoratur. Romæ quidem degit apud Pontificem, & ſumma familiaritate cum eo vixit pro Reip. Eccleſiaſticæ negotiis peragendis.

De eodem *Rodulphus Toſſignanus in Chronicis lib.* 3. Gentem Ghiſulpham inter Patritias floruiſſe compertum habetur ex Catalogo Decurionum Cremonæ, in quo leguntur.

Annis 1522. Laurentius.

1582. Eliſeus. 1588. Jo: Petrus. 1607. Nicolaus. Hier. Faballus in Orat. 1. ad Decuriones Cremonenſes hanc Ghiſulphorum familiam, præclaram vocat.

Eod. Anno.

FRanciſcus Perſicus Comitis Brocardi in primo Libro memorati Filius à Maximiliano Maria Sfortia Mediolani Duce in numerum Ampliſſimorum Senatorum adlectus, ac Placentiæ Prętor anno 1513. Memoratur *à Ludovico Cavitello in Annal. ad annos* 1513., *&* 1537. quò obiit ubi ſcripſiſſe Franciſcum ſic ait

Hiſtoriam Bellorum, & aliorum Notabilium, quæ occurrerunt in Italia ab anno 1519. *in libris decem non impreſſis.*

Laudatur *ab Horatio Lando de Senatu Mediolanenſi lib.* 4.

Alexander Lāmus in Somnio cant. 3. recenſet Franciſci opera, eaque aſſerit fuiſse penès quemdam ex familia de Tolentinis.

Hæc pauca de Franciſco ſcripſeram, quando inopinatè; & magna ſiquidem animi lætitia ad manus meas anno 1699. delatus fuit Liber pergrandis claro charactere conſcriptus fronte tamen carens, quem ut ego introſpexi pretioſum adeò Reip. Literiæ pignus inveniſſe cognovi, quod eſse deperditum procul dubio jamdiù credebatur. Ex hoc planè plura decerpſi, & ſcilicet eſse opus ſumma pumice expolitum à Comite Franciſco Perſico, & in eo agi *De Rebus Maximiliani Cæſaris in quatuor libris diſtributum.*

Totum opus eſt Carolo V. dicatum cum Epiſtola nuncupatoria, in qua hunc librum ſui ſtudii primitias vocat, & ejuſdem Caroli Romanorum Imperatoris geſta ſcribere pollicetur.

Ex proemio habetur Auctorem in ſecundo, & trigeſimo ætatis anno literas adgreſsum fuiſse, & decimo Kal. Januar. anno 1516. prima rudimenta edidiciſse, ibi exprimit ærumnas, & carcerationem paſsam à Gallis maximo ejus rerum intertrimento. Scribit anno 1520. in Divi Salvatoris Cremonæ Cœnobio tertio Idus Majas hora nona Hiſtoriam fuiſse auſpicatum. Teſtes hujus aſsertionis vocat Jo: Franciſcum Burgum artium, & medicinæ Doctorem, Amicinum ex Agro Laudenſi ejus Præceptorem, Petrum Franciſcum Arlunum Cauſidicum, Meſchinum Ferrarium, ſcribens hæc verba, *His ſchedas primas rudiores quotidiè oſtendebam, quo fidem de me facerent contra Calumniatores, Obtrectatoreſque;* In operis progreſsu plura de ſua familia clariſſima exponit, & præcipuè de Brocardo Patre, Neapoli ſe natum narrat ex Franciſca Carbona Neapolitana anno 1483. die 12. Junii horis tredecim poſt meridiem æquatis, ſumma neceſſitudine conjunctum ſe aſſerit cum principibus Viris, & præſertim cum Mattheo Epiſcopo Gurgenſi Cæſaris Vicario Generali in Italia, & Regis Hiſpaniarum Prorege. De Fato, & Aſtrologia in quarto libro non breviter diſcurrit, ac in omnibus validiſſimum ingenium præſefert.

Fuerat Franciſcus electus Generalis Commiſſarius proventuum Mediolani Ducis anno 1511. *ex Pucinello in Chron. Glaſſiatenſi pag.* 1099.

Non eſt hìc demum omittenda Oratio, quàm pro Eo compoſuit Alexander Roinatus Placentinus, quando Placentiæ anno 1513. *quartodecimo Kal. Majas Præturam iniit, in eodem libro repoſita, qua tum illius animi dotes, tùm ejus ſtirpis Encomia exprimuntur.*

„ LÆtare, geſtiq; vetus Romanorum Colonia Placentia Deos „ noſtros planè propenſos, nobiſque faventes ſatis habemus, „ qui felici Urbis omine tali te donare Prætore, nunc verò res „ quietiores, felicioreſq; in tàm turbida mole rerum, & procella- „ rum tumenti Vortice ſolito fore ſperamus, nec quicquam opta- „ tius, fortunatiuſve hoc nobis porrò offerri potuit, quo circà vos

omnes

„ omnes immortali Deo gratias, quas ſanè ingentes agere queſo
„ Cives, ac Principi Noſtro ne de tanto ingrati beneficio videa-
„ mur, dicam, Illuſt.ris Comes, Senator optimè, Patrum juſſu
„ laudes hodie tuas, & ſi me tanto imparem muneri cenſeo cùm
„ animi debilitate, ingenii exilitate, tùm eloquentię Inopia tantam,
„ ne ego Provinciam laudum ſcilicet tuarum molem ſuſcipiam,
„ quibus per hercle Ariſtotelis Sapientia, Ciceronis Eloquentia,
„ Virgilii Lepos facilè ſuccumberent; ſed cum mihi parendum
„ eſſet, haud abnuere licuit: quarè ut poſſum, non ut debeo, &
„ vellem, injunctum exequi munus tentabo: Hujus Prætoris Viri,
„ egregii proſapia, Cives, antiquiſſima à Nobiliſſimis Parentibus
„ traxit originem, ut monimenta Hominum memoriæ prodita
„ edocent: Plurimi fidei non dubiæ familiam hanc è Germania in
„ Italiam cum Primo Federico Cæſare Auguſto veniſſe tradunt;
„ hoc plurima Diplomata ejuſdem Imperatoris teſtari videntur,
„ quibus Arnulphus Perſicus Imperialis Secretarius ſuum appo-
„ nebat Signum in Germania; hujuſce familię Proceres extant
„ primus ipſorum in Urbe Cremonæ aliquid Imperialis muneris
„ obiit, ſed deindè Matrimonio indulſit quo in Urbe celebrato
„ inter Cives aſcribi voluit, ex quo egregia familia, ac illuſtris
„ Perſicana orta eſt Viri fortiſſimi ſtrenui gloria, famaque maxi-
„ ma pollentes, qui inter Cives facilè Principes ibi Prætores,
„ Cremonenſis Exercitus Duces Trophea ad Patriam Hoſtium
„ Exercituum per ſæpè referentes Sablonetæ, Riparoli, Comi-
„ ſatii S. Martini Comites creati, ſed per multum, & longiſſimum
„ tempus ea Loca poſſidere plurimi inſignes Equites, Eximii
„ Juris Conſulti Principum à conſiliis, à ſecretis, à legationibus
„ fuere nimirum Cives, & ſi ſingula perſtringere vereor, ne faſti-
„ dio vos afficiam; brevitate tamen paucula delibabo: cum bellum
„ in Venetos Philippus Maria Mediolani Dux gereret, non ne
„ perſpicuà virtute, ac præſtanti Antonii, & Chriſtophori Perſi-
„ corum fide Excell.mi Comitis Prætoris noſtri Majorum, Vene-
„ torum inſolentia compreſſa fuit, ut Privilegium ipſius Ducis,
„ quod perſpexi, legique his atteſtatur verbis, Qui Antonii, Chri-
„ ſtophoriq; Perſicorum Sablonetæ Comitum fidei, pietatique
„ acceptum referre poſſimus, quorum probata tot argumentis
„ fide per ſæpe, nos, Statuſq; noſter tutus fuit, qui prò fide invio-
„ labili ergà nos fortunis ſuis libertate, propriaq; vita ſpoliari,
„ privarique, quam ab ea deficere maluerunt ex Antonio Michael
„ Vir prudens, integritateq; conſpicuus Ducalis, vel Senator natus
„ is Brocardum Excell.mi Prætoris noſtri parentem genuit; O Au-
„ ſoniæ Decus, ò Patriæ Lumen, ò Italorum virtutum ſpecimen,
„ ò Romani Sermonis ſplendorem, ò Eloquentiæ lacteum flu-
„ men, ò Maronianæ Poeſis dulcem Modulationem. Is, Cives
„ Egregii, ab unguiculis ex paternis laribus vi exploſus majorum
„ ob ſinceram in Principem fidem Patre, Patruiſq; omnibus in

„ Carcere detentis decimum agens annum ſervitio Nicolai ſe Pice-
„ nini Philippi Exercitus Imperatoris dedit; Divina quadam In-
„ dole futuræ virtutis, & maximam gloriæ ſpem præſeferens non
„ gulæ, non ventri, non ſomno, luxuriæ luxui, aliiſq; probris So-
„ cordiæ moroſiùs indulgens tempus otio conterebat, at quicquid
„ otii ſupererat, ex ſe ſtudio ſummopere impendebat diù, noctu-
„ que, & ſuis coetaneis Obdormientibus ità idoneos libellos lecti-
„ tabat, ità ſemper eos in ſinu ferebat, ut in admirationem omnes
„ traheret: & indole, & ſtudio, ac eloquentiſſima Oratione om-
„ nes ad ſe alliciebat, ità ut ſi aliquem Piceninus cum pro re gravi
„ ad Principem miſſurus, Brocardum cæteris præferebat, ità argu-
„ tus tùm in dicendo, tùm in reſpondendo promptus, moratuſq;
„ erat, ut ad miraculum aſcriberetur fortè; fortuna uſu quadam die
„ venit, ut Piceninus magna de re, ac ardua Principem conſultu-
„ rus: Heus Brocarde diceret, audebiſne tali Principem re
„ impertiri, optimè reſpondit ſcilicet ille igitur ouere ſibi impoſi-
„ to, è veſtigio, ad Principem perrexit mandata exponens: cum
„ illius Orationem, & Eloquentiam Princeps audiſſet, eo inquit
„ Juvenis, cujas es, ego inquit Servus tuus Cremonenſis, cum &
„ Patre meo pro te orbatus, boniſq; privatus ſervire cogor, à qui-
„ bus num ortus ex Michaele, Ill.me Princeps, Perſico Sablonetæ
„ Comite, qui in inviolabili erga te fide ſua decem annos cum tri-
„ bus fratribus in Carcere à Mantuano Marchione detentus bonis
„ omnibus denique ſpoliatus eſt. Es ne, inquit Princeps, Michae-
„ lis Comitis filius ſum; etenim accede, amabo, propius ad me
„ fili, & maxima Brocardum dulcedine amplexus, ne lachrymare,
„ plus enim à me, quàm amiſiſti, referes: vis ne apud me manere,
„ quàm maximè Ser.me Princeps reſpondens: Nicolao meis verbis
„ dicito jubet Pilippus te velle me apud ipſum poſt hac eſſe. Itaq;
„ Brocardus à Nicolao in Principem diſceſſit: qui ipſius virtutem,
„ & ſapientiam perſpiciens tertium adhuc, & vigeſimum agens
„ annum ad Pontificem, Alfonſum Regem, Venetos, Florenti-
„ noſq; rebus gravioribus Legatum miſit, quibus legationibus
„ maximo perfunctus eſt honore, nil tàm arduum, nil tàm diffici-
„ lè, nil denique tàm magnum Philippus Brocardo obeundum
„ commiſit, quin ad exoptatum mira prudentia finem perduceret:
„ adeò quod nihil Brocardo inconſulto moliri Philippus auſus:
„ quo morte prevento Brocardi res, quæ jam in Vado erant, infe-
„ ctæ remanſere. Iterum Nicolao Brocardus adhæſit, cum quo
„ & Franciſco, & Jacobo filiis in otio haud multum perduxit tem-
„ poris: deindè ad Ferdinandum Regem fortunæ delatus, poſt
„ Jacobi cladem, & ipſius diuturnum Carcerem Magnus ipſius
„ Regni Cancellarius, & quatuor Oppidis donatus fuit: Virtuti-
„ bus pol'omnibus itaque cæteris anteibat, ut doctiſsimos quoſq;
„ ad ſummam ſui Admirationem traheret, nil Sapientiſſimus Rex
„ vaſti, ac ardui, niſi id priùs Brocardo communicatum eſſet,
faciebat.

„ faciebat. Brocardo nemo juſtior, nemo ſapientior, nemo pru-
„ dentior, nemo doctiorque illa tempeſtate Regis aliorum ſum-
„ morum ſententia inveniri poterat triginta millia hujus præcla-
„ riſſimi Viri heroica carmina in duodecim libros diviſa, quibus
„ heroum geſta, queis aut interfuit, aut præfuit, complectuntur
„ tot Orationes luculentæ, tot ornatiſſimæ Epiſtolæ, tot Aſtrono-
„ mici Aforiſmi, & ſi non in lucem prodierunt, ſaltem extant;
„ nunquam ingraveſcentem ætatem à labore diù, noctuque ſubtra-
„ xit immò totum id temporis, quod à maximis rebus, ac negotiis
„ ſupererat, nam magna, & perdifficilia pro Regibus, & Regnis
„ ſemper permoliebatur, ſtudio impartiebat. Vives in æternum
„ Brocarde? O bene peracta vita perennibus Præconiis decoran-
„ da, ò gloria Hominis omnibus digniſſima triumphis, ò felix
„ ſolum, quod tale genuit, cui tantum honoris gloriæ nominis
„ virtute tui reddidiſti: Prætor verò, Cives præſtantiſſimi, noſter
„ tanta gloria pollente Patre haud indignus, degenerq; eſt; hora
„ enim ſui Natalis ſuſcepta Pater inſignis Aſtronomus geſtiens,
„ ac gaudens, inquit, lumen domus, Patriæ decus, & gloriam
„ ortam, in cujus, ut omen magnum futuri hujuſce Viri ſplendoris
„ ortu per totam Partenopeam Urbem circum latum mirabile
„ dictu Brocardo filium auream in fronte Stellam ferentem natum
„ fuiſſe, hoc increbeſcente non facilè ab Hominum animo abla-
„ tum eſt: his enim ab ineunte ætate optimum præſagium clariſ-
„ ſimæ Indolis præſetulit: ſemper vafer, verſutus, acrique inge-
„ nio, vaſto animo, munificus, beneficus, beneficii memor, inju-
„ riarum immemor, neceſſitudinis tenaciſſimus, ad vindictam
„ tardus, ad ignoſcendum feſtinus, ac facilis, juſtiſſimus, in cen-
„ ſendo æqualis, cui judicio nec amicus ſatis confidere, nec ini-
„ micus diffidere debet; in animadvertendo moderatus, gravio-
„ ribus in rebus ingenti, ac potenti animo: divitiarum contemptor,
„ Sontibus, Flagitioſiſq; adverſans, Doctis, ac Dignis amiciſſi-
„ mus, Eloquentia pollens, cui, nec lepos, nec ſales deſunt, ſed
„ eis affatim abundat, rerum peragendarum expertiſſimus, qui
„ Principum familiaritate, ac Magiſtratibus perſæpè eſt perfun-
„ ctus, in Cremona Patria, quæ ſitu, faſtigiis, ædificiis, Ædium
„ Diis, & Hominibus dicatarum, opibus, armis, Virorum ma-
„ gnanimitate, Mercatura, omni in genere, artibus, agrorum
„ feracitate, Aeris ſalubritate, omnium honorum fertilitate, ſtu-
„ diis tùm Oratoriæ facultatis, & Hiſtoriæ, tùm Poeſis in utraque
„ lingua florentiſſima cæteris pręſtat, facilè omnium conſenſu Prin-
„ ceps extitit, quæ inclyta reſpectu cum tot Egregios Equites,
„ tot Eximios Juris, & Artium Doctores haberet: tamen ſemper
„ Prætorem noſtrum maximi fecit, qui in magnis Urbis immi-
„ nentibus ſuæ periculis ità ingenti animo, incomparabili pru-
„ dentia omnia eſt moderatus, ut meritò Pater Patriæ appellatus
„ magno digniſſimus Imperio judicatus ſit; ò ingens Viri gloria,
ò ſem-

ò ſempiterna omni laude recenſenda virtus! Gallis ex Italia exactis Princeps noſter Sereniſſimus ipſo juvante, ipſo procurante, ipſo conſulente ad Lares redit, non ne ambiendo, ſed merendo in Senatorem delegit, deinceps ut magis Amorem in chariſſima Urbe noſtra teſtaretur, Prætorem noſtrum ipſo inſcio dixit, qui cum qualis à nobis expeteretur Vir animadvertiſſet, oblatum munus veluti in Patria ſedere viſum ſuſcepit. Nam hujus Urbis duæ Principes familiæ ſanguine ſibi conjunctæ ſunt, Landa, & Anguiſſola, nec hìc Illuſtris ipſius ſanguis tantum ſe extendit: ſed etiam Papiæ cum Beccaria, Comi cum Ruſconibus, Mediolani cum Vicecomitibus, Veronæ cum Pellegrinis, Neapoli ubi Brocardus Pater Franciſcam Carbonam Matrem Uxorem duxit, cui conjunctiſſimi ſunt Sanctiſeverini, Balſami, Caraccioli, Charaffi, Dentices, Tomacelli, & ità quocumque declinare ſibi contigerit, inibi Patriam adinvenerit: quot ſibi Amicos, Neceſſarios virtus peperit præſertìm Florentiæ, ubi exul à Venetis delituit; hoc illius Principatus literæ ad Patriam ipſius reditu gratulantes teſtantur, aliique innumerorum illius inclytæ Reip. Principum hoc à ſola dumtaxat virtute comparatum eſt, non opibus, non favore, quippè omnibus privatus bonis, Urbem incolebat: Venetis aliquando . . . . ſublimi Ingenio, formidini, ac incommodo fuit: ne Cremona eo Duce, eo inſtante, eo mandante, & maxima oblata munera ſpernente, adhùc potiti ſunt. Quarè verum, Cives Egregii, jam animum non laude veſtrùm, & gloriæ tanti Viri, ſed verbis incomptis, ac inornata, inconcinnaquè Oratione mea faſtidio vos affectos conſpicio, paucis hoc potiſſimum accipite, mentiq; veſtræ affigite: Vos Primo Principi noſtro obnoxios tanto honore, tanto munere, qui veſtri memor Eo vos Prætore, quo Cæteros privavit, donavit, gratias agendo eſſe oſtendatis; deindè colligite vos quæſo, ut tanto digni Prætore videamini: voſque compeſcite, moreſque veſtros immutate, Virtutes diligite, flagitia aufugite, ne noxa afficiamini. Prætorem Virum Excellentiſs.mum non minùs colatis, ac perametis, quàm timeatis, qui ſe amandum præbebit Clementia; Ipſius humanitate potius, quàm juris ſeveritate fruamini, non in auro ſpem, non in muneribus, non in favore, non in amicitia, non in odio, non in timore, non in ſexus pulchritudine præponentes, ſed in virtute ſolum, in beneq; haud perperam agendo, & vobis, niſi ipſis deficere vultis clauſis delubri portis, honore, propriis bonis, vita ſine cruore, ſine certamine quieta, honeſtis delitiis utentes omnium feliciſſimi eritis, & Urbs noſtra coaleſcet, ac floreſcet: Tu igitur adiuratiſs.me Prætor illam ſpem, in quam Noſtrorum animos prorsùs conjeciſti, eam in fine Serva, ut ſperamus, omninò facturum te, nam planè ſcimus te non ſolum, quod rectum, & juſtum ſit, beneſcire, verùm id haud negligere, ut proprium Sapientis eſt, quapropter

ptèr

„ pter non quod ſit verè laudabilis conſuetudo, & optima te Cen-
„ ſore lex ſervet, Municipales leges noſtras te ſervaturum jurare,
„ haud dedignare.

Eod. Anno XXXVII.

ANtonius de Mondinariis, ſeù Multiſdenariis more religioſo, à Cremona nuncupatus ex Ord. Min. Obſerv. S. Franciſci Theologus peritiſſimus, ob miram ejus doctrinam, & merita à Clemente VII. Pont. Max. Epiſcopali dignitate donatus in Urbe Peloponenſi, quò non perrexit, cum Benedictus de Acoltis S. R. E. Card. Epiſcopus Cremonæ majora, & urgentiora Epiſcopatus negotia ſummæ ejuſdem in arduis pertractandis experientiæ adjunxerit; quid ſcripſerit non mihi conſtat, verùm arbitror eſſe Antonium illum à Cremona à *Luca Vvadingo* memoratum in *libro de ſcript. Ord. Minor.*, quem aſſerit ſcripſiſſe

Quadrageſimale quod MS. ſervatur Trivilii. De eod. *Breſſian. in Corona Vir. Illuſtr.*

Hoc tempore direpto Cœnobio S. Angeli extra urbem ob bella vigentia inter Carolum V. Imp. Auguſtum, & Seren.^{mam} Venetorum Remp. Fratres Min. Obſer. S. Franciſci Eccleſiam, & ædes SS. Coſmi, & Damiani obtinuere, eamq; Eccleſiam S. Angeli Appellarunt, ibi etiam translato glorioſo Cadavere Ven. Damiani Patavini Confeſſoris cognominati Carrarienſis, ſeu de Comitibus, qui in Conventu ſuburbano obierat anno 1401., & qui ſcripſerat, ut notat *Vvadinghus de Scrip. Ord. Min.* Egregium Tractatum contrà Mulierum fucos, & vanitates; verùm de hoc egimus in pr. Volum. ibi etiam miraculis clarus jacet Joannes Rubeus Laicus Cremonenſis; *Haroldus in Epit. Annal. Vvadinghi ann.* 1540. *num.* 44.

Memoratur, & Damianus à *P. Arturo in Monaſt. Martirologio Franciſcano*, *Pariſiis cuſo apud Dionyſium Moreau* 1638. titulo Beati ſub die 20. Decembris, ubi etiam habetur ex eod. Ord.^{e} floruiſſe

B. Antonium à Cremona, qui colitur in Conv. S. Marię de Bethleem Vercellorum, ibiq; ſepultus multigenis meritis, atq; miraculis clarus, qui anno 1575. 25. Januarii diem clauſit extremum, de eod. *Ep. Gonzaga in hiſt. notiſſima*.

B. Benedictum Confeſſorem à Cremona, qui obiit anno 1537. in Conventu Agnonenſi.

De eod. *Marcus ab Uliſſipona in 3.^{a} p.^{e} Chronicorum lib. 9. cap.* 48. B. Jacobum Confeſſorem è Caſtro Leone Cremonenſi, qui obiit anno 1469. jacet Abbiatæ Territ. Mediol. in Sacello S. Firmi. *Vvadinghus in Annal. Haroldus in Epit.* cum de hac Eccleſia SS. Coſmi, & Damiani, nunc verò S. Angeli ſermo habitus fuerit pro piis eruditis juvat repetere, quæ idem *Ep. Gonzaga in hiſt.* ſcribit circà eamdem.

Inter

Inter cœteras hujus Sacræ Domus Imagines, ea, quæ Chriſtum Dominum Cruci affixum ræpreſentat, quod cuidam Pictori loquuta dicitur, Cremonenſibus Venerabilior eſt; cujus pedibus ſequentia verba ſubſunt. Victor Mortis, & Inferni.

MDXL.

CAmilla Capitanea Stanga conſpicui generis Matrona doctrinæ ſplendorem claritati feliciter jugaſſe deprehenditur ex Vernaculis ipſius ad Leonellum Muſcollam *Literis*.

Quæ leguntur inter epiſtolas illuſtrium Mulierum *à Jolito Venetiis excuſas* 1548., & nempè pag. 120., & 121.

Eod. Anno.

FEdericus Covus nobili domo Soncinate profectus à Bernardino ſuperiùs memorato non degenerans inter doctos viros locum, & ipſe promeruit, muſarum quippè dulcedine raptus felici vena conſcripſit

Carmina Varia

Quorum gratia ſummis illum extulit laudibus *Julius Crottus lib.* 2. *Hermione Eleg.* 14. inter cætera canens.

Noſtrum dulce decus, chari ſpes chara parentis.
Unica Muſarum Gloria Frederice.
Sic te vocales chordæ, ſic & nemus Aſcræ
Sic tua te nunquam deſerat Uranie &c.

Eod. Anno.

JOſeph de Nigris, Stephani in primo Volum. recenſiti digniſſimus ex Fratre Nepos, excellenti, ſingulariq; doctrina, qua omnium ſuo tempore Magiſter eſſe potuit, Mediolani publicè literas latinas, græcaſve docuit. ſcripſit præ cæteris doctiſſimè

Scholia ad Idylia Theocriti,

quæ MS. ſervantur in Bibliotheca Ambroſiana, ut mihi ſuis literis eruditiſſimis tertio Calend. Martii anno 1697. Mediolani datis indicavit Amicus meus plurimis offitiis recolendus *Lud. Ant. Muratorius*.

Andreas Ceruttus è Villafranca in fronte libri pandidit hòc Epigramma.

Joſephus Stephanum Patruum cognomine Nigrum,
Doctrina referens edidit hæc ſcholia.
Queis Simichidæ pandens Idylia Vatis
Undena, ingenium detegit ipſe ſuum.

Iſte Joſephus de Nigris laudatur *à Cardano* in libro de ſubtilitate. libro XIX. de dæmonibus quò Lectorem remitto, ut legat quomodo ſubtili techna ab eo patrata Mediolanenſem Mulierem nobili loco natam ſymptomatis crudeliſſimis laborantem, licet non Medicus, ſanavit.

De eod. agit etiam *Martinus Kempius de oſculis diſſertat. xviii. §. xxi.*

Eod.

Eod. Anno.

ANgelus Ziampus Ord. Præd. Vir in Theologicis, Sacr. Scripturarum, nec non SS. Patrum ſtudio valdè verſatus, qui cum eſſet in Ducatu Mediolanenſi adverſus hæreticam pravitatem Cenſor Acerrimus fidei, adverſus impiiſſimam Calviniſticam hæreſim calamum ſuum acuit, & ſcripſit Opuſculum adverſus Hæreſes

De Veritate Purgatorii.

Ejuſdem meminit *Jo. Michael Plodius de Vir. Illuſtr. Ord. Præd. p. 2. lib.* 4. & cum eo Petrus Martyr Feſta in Chronico *Conv. Cremonæ*, ut ſcribit de eod. *P. Inquiſit. Rovetta in Bibl. Chronologica Lombardiæ.*

Nonnulla opera ejuſdem Feſtæ oriundi ab Urceis Brixienſis Diœceſis aſſerit idem *Rovetta* extare in Bibl.ª S. Dominici Cremonæ. Ego verùm ea vidi in Archivio illius Cœnobii ſervata.

Mediolani in domo ſuburbana extrà Portam Novam, ut ajunt, legitur hæc Inſcriptio mihi indicata per eruditiſs. Amicum meum J. C. Lazarum Aug. Cottam.

XIII. *Maii* MDLXX. *R. P. M. Angelus Zampa de Cremona Ord. Præd. Inquiſitor ex mulctis, boniſq; Hæreticorum confiſcatis hunc fundum emit, incultum coluit, domum erexit ad ſuſtentationem Officii S. Inquiſitionis. Benedictus Deus.*

Eod. Anno.

FRanciſcus de Soncino Vir Venerabilis doctrina, & ſanctitate ex Min. Obſervant. S. Franciſci, cujus hæc legitur Memoria inſignis apud *Haroldum in Epitome Annal. Vvadinghi Ord. Min. anno* 1540. *num.* 66. *ubi de Provincia Januæ ad num.* 13. S. Mariæ de Angelis, ubi requieſcunt Joanninus de Tortona, Franciſcus de Soncino, & Jacobus de S. Salvatore egregii Prædicatores ſcientia, & pietate illuſtres.

Eod. Anno.

LUcretia Ala, Crotta, cujus legitur inter clariſſimarum Mulierum Epiſtolas excuſas Venetiis à Jolito 1548. pag. 64.

Epiſtola diſertiſſima Conſolatoria ad Corneliam Picolomineam Comitiſſam Aliffes de Morte Conjugis.

Laura Melia Picenarda, ut in eod. Volum. pag. 83. exaravit *Epiſtolam Conſolatoriam ad Silviam Lotaringiam.*

Eod. Anno.

POntius Politius Carmelitici Ordinis Alumnus in omni literarum genere longè præcellens Vir, Mediolanenſis Provinciæ Miniſter, aliiſq; ſuæ Religionis dignitatibus præſtans multa compoſuit malo fato deperdita. Ære quidem perennius durabit Marmor hiſce in meis ſcriptis relatum ſuo tumulo appoſitum in Eccleſia Carmelitarum Meltii Mediolanenſis Diœceſis, ubi regiminis ſarcina præſſus ultimam diem vidit.

D. O. M.

En Pontio Politio Cremon. ſummo Theologo, & Maximo Philoſopho, Poetæ non vulgari, ac literarum Græcarum erudito, nec non in re medica peritiſſimo Geneſius Roſanus Carmelita Alumnus Mæſtiſſimus. Ne quàm maximis beneficiis deeſſet P. vixit XLIV. *die* II. *Maii* MDL.

Eod. Anno.

PAula Treccha Matrona ſeleƈtiſſima, cujus leguntur Epiſtolæ Italicæ.

In Volumine Epiſtolarum ab Illuſtribus Mulieribus conſcriptarum edito Venetiis 1548. *à Gabr. Jolito de Ferrariis*. Elegantiſſima inter cæteras illa eſt, quæ legitur pag. 120. *ad Liviam Portiam*, qua ipſi congratulatur, quod adeo profecerit in bonis literis, ut nemo eandem Laſtemia Mantina, vel Axiſthea Phliaſia, quæ Philoſophantem Platonem audituræ virilibus dudum veſtibus uti non recuſarunt, minorem debuerit arbitrari.

XLI.

ANgelus de Cremona appellatus, cujus cognomen adhuc ignoratur, Virtute, & meritis clarus fuit, Brixiæ in Curia Epiſcopali Generalis Vicarius, & Epiſcopus Baritenſis, ut refert in tertio catalogo ſui libri *Bernardinus Faynus* aliàs allegati. Noſtrates verò de hoc Angelo Epiſcopo nihil ſcribunt.

Breſſianus in Hiſt. Eccleſ. MS. eum vocat ex ſtirpe Pizzamiglia.

Hiſce temporibus floruit Galeatius Meraviglia Cremonenſis, quem literis præclarum arbitror, cum in Dialogo Terrentiano *Gaudentii Merulæ pag.* 32. inter eruditos Dialogiſtas ſeleƈtus fuerit, cæterum nihil aliud de eo nobis conſtat.

Eod. Anno.

ANgelus à Piceleone Cremonenſi, vulgo Picighitone, nuncupatus ex Heremit. S. Auguſtini Congr. Inſubriæ hoc anno Generalis Procurator eligitur, & ſequenti confirmatur. hunc illum eſſe puto, quem *Ant. Poſſevinus in Bibliotheca ſeleƈta lib.* 15. *cap.* 6. inter Authores adnumerat, qui ſcripſere

De Muſica Praƈtica, & Speculativa. hiſce notis *F. Angelus Picigitonenſis*.

De eod. *Calvus in Mem. Hiſt. Congr. Inſubriæ ann.* 1541.

Eod. Anno.

BAlthaſſar Cuppus præter ingenii amænitates, poeſis, & humaniorum literarum oppidò quàm peritus fuit, heroico verſu ſcripſiſſe fertur

Aƈta Franciſci II. Sfortiæ poſtremi Mediolani Ducis.

Elogia, & Inſcriptiones pro Carlo V. Imperatore ſemper Auguſto, cum ipſe Imp. Cremonam acceſſiſſet. anno 1541. die Jovis 18. Auguſti hora quintadecima.

Vide

Vide *Ant. Campum in hiſt. lib.*3. ad eumdem annum. ibi namq; deſcribit apparatum, & inter alios proceres nomine publico excipientes eumdem Imperatorem Auguſtum memorantur.

Chriſtophorus Stanga.
Jo: Franciſcus Melius.
Evangeliſta Cambiaghus.
Jo: Galeatius Regius.
Jo: Baptiſta, & Jo: Bernardinus Gallarati.
Jacobus Picenardus.
Joannes Cyria.
Paulus Datus.
Nicolaus, & Paulus Madii.
Franciſcus Gulpheramus.
Antonius Piſcius.
Hieronymus Stanga.
Gabriel Melius, &
Geneſius Summus.

Eod. Anno.

FRanciſcus Manfredus Poeta, Medicus, & Philoſophus inſignis in Antiquiſſima Patavii Univerſitate publicè docuit, & tertium Librum Avicennæ, una cum Roberto Robertino Brixiano explanavit. ejuſdem memoriam habet *Antonius Riccobonus de Gymnaſ. Patav. lib. pr. ſub cap.* 15.

In Elogiis Vir. Illuſtr. Pauli Jovii, leguntur ejuſdem Franciſci Carmina nempè ſub effigie Barnabæ Vicecomitis, & ſub illa Celebini Turcarum Imp. unde ut hauſtum habeamus, de ejus exquiſita Poeſi bonum erit ea repetere.

Sub Barnaba.

QUænam te in medio gravis ſenectæ
Vexavit mala Barnabas libido?
Quis dirus furor, aut cruenta Erynnis
Egit præcipitem, feroq; corde
Tantas protinus excitavit undas?
At non hæc eodem Deis, Deùmq;
Rectori placuere; concidiſque
Tuis conſiliis miſelle, quodque
Inſonti ſcelus extruis nepoti,
Fatales tibi deſtineant ſorores.
Fælix heù nimis, ac nimis beatus,
Si tàm turpia, tàm nefanda nunquam
Ægro pectore facta cogitaſſes,
Ac diram ingluviem rapacis auri
Expellens, niveum, integrumque ſemper
Uſque ad funeris ultimas favillas
Servaſſes animi tui nitorem.

Sub Celebino.

MActe animo puer, & magna puerilibus annis
Virtute exuperans, fractiſque audentior armis,
Qui medias inter Claſſes, tela inter, & hoſtes
Effugiens, præda crudelem eludis inani
Victorem, & patriam ſubito (miſerabile dictu)
Fortunam immutans rurſum palantia cogis
Agmina, confirmaſque animos, reficiſq; labentis
Imperii vires, ſceptroque potiris adempto.
Quin, & quantum armis poſſes, quo turbine telum
Coniiceres, Celebine, & ſtricto cominus enſe
Hoſtiles rueres turmas, denſaſque Phalanges,
Teutonicæ norunt gentes, novere feroces
Sauromatæ, norunt infracta binominis Iſtri
Cornua Trejiciiſque Duces, & pallida novit
Græcia, deſertique agri, populataq; rura.
At tibi purpureæ primęvo flore juventæ
Invidit Fortuna, & ineluctabile fatum:
Dumq; animo majora agitas, nec ſufficit amplum
Imperium patris, & totum ipſe concipis orbem,
Stamina diſrumpunt Parcæ, victuſq; ſuperba
Tandem morte cadis, lucoſque inviſis Averni.

Eumdem memorat *Lilius Greg. Gyraldus de Poetis ſuorum temporum Dialogo* 2.

Floruit uſq; de anno 1149. alter Franciſcus Manfredus J. C. Colleg. Cremon. admodum carus Alexandro III. Sum. Pont. de quo in *Syllabo J. C. de Coll.*

Eod. Anno XLI.

JOannes Bernardus Regazola cognomento Felicianus, in Græcis, & latinis eruditiſſimus, ac præclariſſimus Ticini humaniorum literarum Profeſſor Publico ſtipendio ductus docuit, & ſcripſit ſemper admirabiliter. multa tranſtulit ex Græcis Theologis, Philoſophis, & Medicis, ac præcipuè ex Theologis.

Catenam auream, ſeù Græcam Interpretationem in Acta Apoſtolorum, atq; Catholicas Epiſtolas, quæ Æcumenio adſcribitur. Baſileæ ab Iſingrinio 1552., *nec non Venetiis à Jordane Ziletto* 1556.

Latinos item fuit ex Philoſophis

Ariſtotelis ethicorum ad Nicomachum lib. x. *cum Euſtatii, Aſpaſii, Michaelis Epheſii, nonnullorumq; aliorum Græcorum explanationibus, Venetiis apud Hær. Lucæ Ant. Juntæ Flor.* 1541. *& anno* 1542. *ibid. apud Hier. Scotum cum argumentis Raphaelis Volaterani, & deinde Baſileæ per Jo: Oporinum.*

Hiſce doctiſſimam adiecit Præfationem, in qua compendio quaſi qnodam partim quid proponat illis in Libris Philoſophis, & quo ordine progrediatur, partim ejus doctrinam non modo à Chri-

ſtiana pietate non diſcrepare, ſed admodum utilem quoq; eſſe declaratur. *Alexandri Aphrodiſienſis Explanationem in primum librum reſolutoriorum Ariſtotelis apud eundem Scotum* 1543.

Porphyrii de Abſtinentia ab eſu Animalium lib. IV. *Ibid. apud Joannem Gryphium* 1547.

Porphyrii in Ariſtotelis prædicamenta per Interrogationem, & Reſponſionem brevis Explanatio, nec non Deſcippi in Ariſtot. prædicamenta Quæſtionum lib. 3. per eundẽm Scotum 1546.

Ariſtotelis de Hiſtoria Animalium lib. 10., nec non, *& ejuſdem de Xenophane, Zenone, & Gorgia librũ emendavit apud Junthas* 1552.

Ex Medicis latinitate donavit.

Pauli Eginetæ Med. Præſtantiſſimi de chirurgia Venet. 1532., *& Baſileę apud Bebelium* 1533.

Galeni de Hippocratis, & Platonis decretis lib. IX.

De Matricis Anatome, & de fœtuum formatione libros ſingulares ſeorſim excuſos Baſileæ apud Cratandorum, indè cum omnibus Galeni latinis operibus ibid. apud Frobenium, & Venetiis in officina Juntana 1550. *tranſlationibus recognitis*, quibus adiecit latinam verſionem Commentariorum trium *in librum Hippocratis* de iis, quæ in Medicamina fiunt novis quibuſdam pictturis illuſtratorum. Item in librum ejuſdem *de Fracturis Comment.* 3. *& in librum de Articulis Comment.* 4. *de ſemine lib.* 2. *& de ſeptimeſtri partu.*

Antiquitatis quoq; peritiſſimus Antiquarii agnomen promeruit. nam cum Romæ degeret in unum volumen collegit.

Epitaphia antiqua ejus Urbis, cum titulo eiſdem appoſito.

De Memorabilibus antiquæ Urbis.

Reliquit, & opus inſcriptum.

Significatio literarum antiquarum, & Abbreviaturæ Antiquæ, utriuſq; iſtorum Regazolæ voluminum meminit *Ant. Campus hiſt. Cremon. lib.* 3. *ad ann.* 1535. *MS.* una cum Urnis, & Arcubus aliquot egregiè delineatis inſignitos aſſervata fuiſſe apud Jo: Franciſcum Marianum Cremon. Hiſtoriarum, & ejuſcemodi antiquitatum apprimè ſtudioſum.

Jacobus Albericus in Catalogo Scriptorum Venetorum eum reponit ſcribens diutius in Patria Græcas literas publicè profeſſum fuiſſe, ita &

Nicolaus Doglionus in libro inſcripto delle coſe notabili di Venezia lib. 2.

Antonius Campus, ubi ſuprà vocat Regazolam nomine Bernardi tantum, & abſolutè Cremonenſem.

Cavitellus in Annal. ad ann. 1543. dicit eum ortum Venetiis, ſed origine Cremonenſem, ac Papiæ hoc anno fatis functum.

Jacobus Gadius in hiſt. Cremon. MS. hæc notat 1535. *menſe Octobris. Quatuor Doctiſſimi Cremonenſes Poetæ, & Oratores Incomparabiles toti Europæ Virtute, & fama notiſſimi Patriam, Parentes; & Amicos ſe ſeq; ad invicem amplexi ſunt.*

Reve-

Reverendiſs. Hieronymus Vida Epiſcop. Albenſis.
Hieronymus Fundulus.
Jo: Benedictus Lampridius, &
Jo: Bernardus Regazola. quod Campus confirmat loco citato.
M. Paulus Tarteſius Cremon. in Oratione Funebri. Cremonæ habita, & ibi typis demandata anno 1558. pro Jo: Baptiſta Speciano inter alia ſcribit *Teſtis Bernardus Felicianus Civis noſter, Teſtis Lucianus Monachus Caſſinas, quorum alter nonnullos Libros Latinitate donatos alter Chryſoſtomi Commentarios in Epiſt. Pauli &c. Speciano dicavit.*
Jo: Planerius Med. percelebris ex oppido inſigni Quintiani Brix. *in ſuis Epiſt. Moral. Ep.* 36. habet. *Floruit & hac in Urbe Veneta Bernardus Felicianus Cremona oriundus &c.*
De eod. innumeri alii Authores, & præ cæteris.
Guilelmus Eyſengrein de Nemeto in Catal. Teſtium veritatis.
Gaudentius Merula in initio ſecundi libri Antiq. Gallorum Ciſalpinorum inſcript. inquit. præter omnium opinionem Bernardus Felicianus acceſſit: quo viſo omnes ſtatim aſſurgentes amplexi ſunt hominem non *Cremonenſium* modò, ſed & Ciſalpinæ Galliæ decus immortale &c.
Tobias Magirus in Eponymologio critico.
Card. Sadoletus in Epiſt. lib. 16. *data idibus Junii* 1541. plura, Amiciſſimum appellat, eumq; laudat in Epiſt. ſequenti Donato Rullo directa.
Laur. Craſſus in Addit. de Poetis Græcis &c.

Eod. Anno XLI.

JUlius Paternus ex Sacra Seraphici S.P. Franciſci Familia inter illos, qui Conventuales vocantur, Theologicam Cathedram, & ſuggeſtus ſingulari Auditorum frugi tenuit. poſt legationes Clementis VII. Pont. Optimi juſſibus obitas à Paulo III. ſucceſſore Manfredoniæ Archiepiſcopus accitus eſt. Majora de eo ſperabantur, niſi immaturè immortuus eſſet.
Breſſianus in Roſ., & Viol.
In libro inſcripto *Statuta, & Privilegia Almæ Univerſitatis Juriſtarum Gymnaſii Bonon. Bononię apud Alexandrum Benacum* 1561. inter nomina Conſiliariorum Citramontanorum quarto loco recenſetur Julius Paternus Cremon. forſan idem, vel affinis cum memorato.

Eod. Anno.

POnzinus à Turre, de quo manus dubia calamum ſæpe retraxit, ne ejus nomen in Literatorum Lyceo reponerem, cum jocoſa ſeriis miſcenda non veniant, verumtamen cum alii facetiarum libri locum aliquem ſibi arrogent in Bibliothecis, non diſpliceat hìc adducere Liberculi titulum *Le Piacevoli, e Ridicoloſe Facecie Di M. Poncino dalla Torre Cremoneſe, nelle quali ſi legono diverſe burle da lui aſtutamente fatte di non poca diletazione, e traſtullo a' Lettori.* Cre-

Cremonæ 1581. *apud Chriſtoph. Draconium*, nec non *Brixiæ typis Policreti Turlini* 1599. Item prodiere *Venetiis apud Jo: B. Bonfadinum* 1611.

Idem opuſculum cum additionibus fuiſſe Venetiis itidem reimpreſsum apud Gerardum, & Joſeph de Imbertis anno 1627. legitur in Bibliotheca Aproſiana pag. mihi 640., nec non Cremonæ anno 1665. per Paulum Pueronum inſcriptum *Il Scaciaſonno*, cum ad ſimiles libros Vulgus currat, ut Muſcæ ad dulcia.

Ejuſdem meminit *Franciſcus Breſſianus in Colleg. Notariorum Cremonę ſub anno* 1542.

Circumfertur, & Icon ejuſdem Poncini in folio excuſa. ex hiſce facetiis memoriæ etiam nobis perhibetur ridiculum unius Parafrenarii Cremonenſis Epitaphium, quod in ædibus Divæ Mariæ de Campo Romæ aſſervari ſcribit *Gaſpar Alvarus tom*. 2. ſui libri inſcripti *Roma in ogni ſtato*. & eſt

D. O. M.

Herculi ex antiqua Caceta Cremonenſi Familia Fed. Card. Cæſii Parafrenario chariſſimo.

Ludovicus Falloppius Mutinenſis. Alumno B. M. P. die XXIII. *Novembris* MDLII.

Vixit Annos XXIX. *Diem unum, & horas tres.*

Idem fortaſſis Auctor deſumpſerat à ſequenti lepidiſſimo.

D. M. & Herculi Poligero.

Guſtino Tonelli F. A Valle Comenſi protobajulo robuſtiſſimo ab ætatis ſuæ primordio ſportifero. digitorum dimicatione invicto. Sumpto virili ſacco ob ejus humerorum amplitudinem inter Procerum Bajulos maximis oneribus adlecto. In alligandis, circumligandis, ſubvolvendis, ſublevandiſq; ſarcinis, cæteris omnibus dexteriori. In annuo Sodalium armiluſtrio Signifero perpetuo. Longo, & nodoſo ſceptro, aliiſq; Magiſtratus inſignibus in Foro Boario donato. In Quiritum Pelonio vittato ceſticillo pub. coronato. Vixit quantum potuit. Vixit quantum voluit. Nolens obiit, cum vini cadum in capite intus, & extrà gereret. duplici pondere in eodem caſu compreſſus. Quiſquis es ſi pius es, non tuis candidulis lacbrymis, ſed rubicunda tarbernarum lacbryma hunc tumulum aſpergito. Corpus Bajulorum à Valle Cornenſi Commenſali opt. Bene mero hærenti, ac bene gerenti Poſ. Silicernio, & Sportulis ſodalibus datis Q. Aſinio Macrino ſex. Bubalo Craſſo Coſ.

Seù ab illo antiquiſſimo à *Reineſio relato claſ. 9. num.* 12.

Romæ itidem via Appia ad S. Sebaſtianum.

Cinnamus *Ti. Cæſaris* *Avium Fartor*	*C. Sulpicio Nymphali* *Filio fecit.*

Eod.

Eod. Anno.

REaldus Columbus Medicus, & Anatomicus ejus ævi nemini ſecundus de quo laudatiſs. *Carolus Cartarius in ejus Atheneo MS.* habet, ut nobis humaniſſimè ſuis Epiſtolis indicavit.

Realdus Columbus Cremonen. edidit volumen, ex quo certior ſum redditus ipſum Romæ profeſſum, cui titulus:

Realdi Columbi Cremonen. in almo Gymnaſio Romano Anatomici celeberrimi de re Anatomica lib. xv., Opus hoc inſcriptum fuit Pio IV. Rom. Pont. à Lazaro, & Phæbo Columbis authoris filiis tunc Parente orbatis, ubi ad rem hæc leguntur: *Cui enim quæſo, te Pontifice vivens Pater ſuas nuncupaſſet, Vigilias niſi tuæ Sanctitati, à qua ſe amari, & diligi, & magnifieri certò ſciebat? à qua facilè evebi, atq; ad alia cudenda poterat impelli? neque id mirum, tù enim non modo. Patri magno Anatomico ſemper faviſti; ſed cum omnibus &c.* De aliis ſuis lucubrationibus idem Reald. Lectorem monet in Epiſtolæ Calce. *Vale, Candide Lector, atq; omnia boniconſule, quæ ſi placuiſſe intellexero, majora videbis, ſat ſcit. Romæ Kalend. Junii* 1559. Nec prætereundum opus hoc Anatomicum anno eodem comprobatum fuiſſe à Fr. Felice Peretto tunc doctore Theologo ex Ordine Min. Convent. in Conventu Magnæ domus Venetiarum Regente, hæreticæq; Pravitatis Inquiſitore, deindè Sixti V. nomine ad ſummi Apoſtolatus faſtigium evecto.

De ipſo Columbo meminit *Joannes Antonida de ſcriptis medicis pag.* 520, *Paſchalis Gallus Biblioth. Medica pag.* 267. nec non vir ille doctiſſimus *Paulus Zacchia in ſuis eruditiſs. Quæſt. Medicolegalib. Angelus Portenarius. Felic. Patavin. lib.* 7. vocat eum à Crema per errorem.

Item *Gaſpar Aſellius libro de Lactibus cap.* 3. *pag.* 9. *& cap.* 11. *p.* 25. *&* 26. *& cap.* 18. ubi pro concive ſtrenuè propugnat adverſus *Archangelum circà Valvulas in Vaſis lacteis &c.*

Volumen recenſum Venetiis excuſum fuit anno 1569. ex Typographia Nicolai Bevilacquæ cum pulcherrimo frontiſpicio ex delineationibus celeberrimi illius Pictoris Pauli de Calliaris Veronenſis à Patria nuncupati, multiſq; privilegiis vallatum, nempè Sum. Pont. Pauli III. Ferd. Rom. Imp., Henrici Galliarum Reg. Laurentii Prioli Venetiarum Ducis &c. Prodiit etiam Pariſiis in 4. apud Egilium Lilium in via Jacobea 1562. & Francofurti apud Jo: Vvechelum 1590., & 1593. in 8. cum *Joannis Poſthii annot.* nec non etiam iterùm Venetiis apud Jac. Brechtanum 1587. in 4. ut notat *Iſrael Spacchius in Elencho Medicor. pag. mihi* 54. fuit, & lingua germanica traductum per Jo: Andream Schenchium Francofurti 1608.

Ex libro xv. inſcripto de iis, quæ rarò in Anatome reperiuntur, ſcatet eumdem in Gymnaſiis Patavinis, & Piſanis Anatomen exercuiſſe, & quod memorabili notatu dignum eſt, pag. 266. ſcribit per hæc verba

Lapi-

Lapides autem innumerabiles penè biſce manibus extraxi inventos in renibus colore vario, in pulmonibus, in jecore, in vena portæ, ut tu tuis oculis vidiſti, Jacobe Bone, in Venerabili Egnatio Generali Congreg. Jeſu.

De eo *Cavitell. annal. ſub ann.* 1554. *& Antonius Camp. hiſt. lib.* 3. *ſub ann.* 1559. aliiq; plures, & præcipuè.

M. Georgius Draudius in Bibl. Claſſica, ubi de Columbi operibus ſcribit. *Hic acceſſerunt Joan Poſthii obſervat.^es Anatomicæ Francofurti* 1580. *in* 8. *& Petri Fincheri* 1594. *in* 8. *ap. Jonam Roſam.*

Idem *in Bibl. Libr. Germanicorum.*

Geſnerus in Bibl. Inſtit.

Antonius Ricobonus de Gymnaſ. Patavin. lib. pr. ſub cap. 15. Columbus memoratur inter Explicatores Sophiſticæ anno 1540., & inter Explicat. Chirurgiæ 1544.

Ant. Cerrius in ſatyris Scholiaſticis.

Quenſted. in Dialogo de Patriis Illuſtr. Viror.

Zacutus Luſinnus in Præfatione Operis ad Lectorem.

Tobias Magirus in Eponymologio, ubi de S. Ignatio Lojola.

Leonardus Fioravantius illud Chirurghiæ, ac Medicinæ Carcinoma, ſeù excrementum lib. 1. *Caprio. Medicinal.* contrà noſtrum Realdum blaterando, ut ſolet in ſuis liberculis, invehit dum Romæ Realdus degens ejuſdem Leonardi garrulitates unà cum aliis Medicinæ Profeſſoribus corrigeret, plerasq; Maledicentiæ choleras ab amaro ſtomacho evomit, quæ ad nauſeam, non ad eruditionem provocant, ſed ad quid? Quis enim laudatur verius, quàm cui maledicitur à malo viro. ita *Ang. Politianus in ſuis Epiſt. lib.* 7.

Romæ in Ædibus S. Mariæ à Populo nuncupatæ legitur ſepulchralis Inſcriptio à Lazaro Realdi Filio ejus Uxori dicata.

Martiæ Julianæ Cremon: Maximo in Deum, & Deiparam Virginem cultu, pietate, & charitate in proximos admirabili, frugalitate, pudicitia, morum ſuavitate, cæteriſq; animi, & corporis dotibus inſigni Lazarus Realdi Columbi Cremon. Chirurgi celeberrimi Filius Chirurgus, & ipſe Conjugi benemer. fecit. vixit ann. XL. *obiit Kal. Julii anno ſalutis* MDLXXVII.

Hæc inſcriptio quoque legitur in opere Gaſparis Alvari inſcripto *Roma in ogni ſtato. part.* 2. *pag.* 25.

Laudabat, & Realdum in ſua Bibliotheca Medica Inſubriæ Dionyſius Andreas Sancaſſanus Amicus meus Phyſicus, ac Philologus eruditiſſimus, nec non ſcrutator antiquitatum ſolertiſſimus, nunc in Civitate Comaclenſi Medicus omni laude cumulandus.

MDXLIV.

FRanciſcus Sfondratus Cardinalis, & Epiſcopus Patriæ, Baptiſtæ, de quo ſuprà dictum eſt in pr. Vol. & Margaritæ Homodeæ F. I. C. Orator, & Poeta præſtantiſſimus nobilitatem generis plurimum auxit. Cremonæ natus die vigeſima quinta Octobris 1493.

per Patris non multò poſt defuncti veſtigia ſic educatus, ut ipſi doctrina, & conſilio non inferior emerſurus videretur. primos idcircò adoleſcentiæ annos ſub doctiſſimis Patriæ Viris Daniele Cajetano, & Nicolao Lucaro humaniores, poeticas, Græcaſve literas præcoci ingenio ſuſcepit. Sumpta doctorali utriuſq; juris laurea in Ticinenſi Univerſitate, ubi maxima illa tria mundi fulgura Jaſon Maynus, Decius, & Ruinus Franciſci Auditoris ſui ſcientiam, ſubtilitates, & argutias admirabantur. anno 1520. die undecima Septembris in ampliſſimo J. C. C. Patriæ Collegio recipitur, paulòq; poſt vix quintum Luſtrum excedens Patavinam Juriſprudentiæ Cathedram, Petri Pauli Pariſii celeberrimi J. C., mox Cardinalis, collega obtinuit. Subindè ad Ticinenſe, Bononienſe, & Romanum Gymnaſium ſucceſſivè vocatus tantum inter Profeſſores nomen eſt aſſecutus, ut longè doctiſſimus ab omnibus acclamaretur; hinc magnus ad ipſum Conſulentium concurſus, & quia tanquam oraculum ejus reſponſa cenſebantur, ſi quid grave Proceres inter, Principeſve de jure componendum fuiſſet, raro decernebatur, quin pro parte victura ſententiam ipſe tuliſſet. Sic tantam apud Carolum III. Allobrogum Ducem gratiam inivit, ut ab eod. Taurinum ad juriſprudentiæ cathedram, accitus interq; Senatores adſcriptus fuerit. Sed Mediolanenſibus Principibus in primis acceptus, maximo ipſis uſui fuit intrepidis quin, & variis pro eiſdem functus legationibus admirabilem ſemper cum doctrina dexteritatem oſtendit. Idem ad Carolum V. Imperatorem Orator nuptias concluſit inter ejus Neptem Chriſtiernam Regis Daniæ F., & Franciſcum II. Sfortiam Inſubriæ Ducem, à quo in Buleutas Mediolanenſes cooptatus eſt, quàm dignitatem ipſi confirmavit Cæſar cum poſt exceſſum Sfortiæ in ejus ditionem Inſubria veniſſet. Immò, & illud Franciſci noſtri honoribus Imperator adiecit, ut & ſuum declaraverit Conſiliarium, Legatumq; ad Sabaudiæ Ducem miſerit, & Comitem creaverit Orientalium Larii lacus littorum, & Aſſinæ Vallis Dynaſtam. Uxorem is intereà duxerat Annam Vicecomitem lectiſſimam Ducum de ſtirpe Matronam, ex qua liberos ſex, mares duos, fæminas quatuor ſuſcepit, Paulum ſcilicet, & Nicolaum, qui ex Patriæ Epiſcopo, & Cardinali ad Sum. Pontificatum evectus, fuit Gregorius XIV. reliqua Franciſci proles Angelicæ S. Pauli decollati Mediol. Veſtales, vitæ innocentia, & eruditione inſignes Antonia Maria, Paula Antonia, Paula Franciſca, & Paula Maria, ut ſuo loco notatum erit.

Elata verò conjuge Senas ab Imperatore cum auctoritatis plenitudine delegatus Irenarcha eam Remp. bellis civilibus exardeſcentem compoſuit. Cujus beneficii cauſa Senenſes ipſum, & Civitatis jure donarunt, & Patriæ Patrem appellaverunt. Inde à Paulo III. Romam accerſitus, Eccleſiaſticarum dignitatum ſtadium cucurrit. Primo ſiquidem Referendarius Apoſtolicus,

indè

indè Sarnenſis Antiſtes, mox & Amalphitanus Archiepiſcopus renunciatus, dum in Germania legationis ad Carolum V. munus obiret anno 1544. die 17. Octobris, Vaticana purpura inſignitus eſt ad titulum prius SS. Nerei, & Achillei, deindè S. Anaſtaſii. Reverſum autem à Carolo Cæſare Farneſius Pontifex Peruſina legatione detinuit, donec Benedicto Accolto S. R. E. Card. Cremonæ Præſule defuncto ad Patriæ Epiſcopatum ipſum tranſtulit anno 1549., concredita ſimul Eccleſiæ Caputaquenſis adminiſtratione, eidem collata die 27. Martii 1547. cum itaque in ſuam ſedem perrexiſſet incredibili concivium gaudio exceptus eſt die 15. Junii 1550. Verùm extrema gaudia ad paucos dies luctus occupavit, nam inopinata morte præreptus pridiè Kal. Auguſti ejuſdem anni, altiùs forſan aliàs evehendus, conditus fuit in Cathedrali Eccleſia ad fores ſacelli SS. Sacramenti magnifico extructo ſepulchro, Egyptiæ Pyramidis ad inſtar cum inſigniis familiæ, & hujuſmodi Elogio.

Franciſcus Sfondratus hic quieſcit
Baptiſtæ illius F.
Qui & Senator, & Conſiliarius
Ludovici Sfortiæ
Valde fuit clarus ob multas Nobiles Legationes,
Quas miſſu ipſius obiit ad omnes, & Reges
& Illuſtres Reſp.
Hic Comes Littoris Larii ad Orientem
vergentis,
Baroq; Aſſinæ Vallis, ob egregiam fidem
Prudentiamq; in Rep. adminiſtranda,
& ob admirabilem intelligentiam juris
A Carolo Allobrogum Duce Senator creatus eſt,
Poſteaq; à Franciſco Secundo Inſubrium Duce
In Ordinem Senatorium Mediolani adſcriptus
In ea dignitate à Carolo V. Imperatore
Cum in ipſius ditionem Civitas rediiſſet,
retentus fuit;
Auctuſq; Conſiliarii gradu;
Mortua verò Uxore Anna Vicecomite
Lectiſſima Fæmina
Ab eodem ſumma cum poteſtate Senas miſſus eſt,
Ut eorum Remp. diſcordiis vexatam
Conſilio ſuo regeret,
A quibus ob egregia ipſius merita, & Civitate
donatus eſt;
Et Pater Patriæ appellatus.
Poſtea Romam à Paulo III. Pont. Max.
Evocatus

In Germaniam paulò poſt miſſus fuit.
ab eodemq; in Ampliſſimum Cardinalium
Ordinem cooptatus
Ad Carolum Quintum Imperatorem magnis de rebus
legatus eſt;
Ornatus demum à Sapientiſſimo, acerrimiq;
Judicii Sene omnibus honoribus,
Quibus ſummi Antiſtitis perſona decorari poteſt.
Mortem obiit anno MDL.
CREMONÆ PATRIÆ EPISCOPUS
Nicolaus, & Paulus eximia pietate præditi Filii
Hoc Monumentum
P. P.
Vixit Annos LVI. Men. IX.
Dies VII.

Poſt ſe verò Franciſcus reliquit ſummam juris intelligentiam teſtantia

Conſilia Varia

Ex his unum in materia ſubſtitutionum cum aliis de eodem ſubjecto Conſiliis Caroli Ruiui, Joannis Mayroni, & Hugolini de Ruſpo in unum congeſtis ex *Bibliotheca Antonii Auguſtini doctiſs. J.C. Hiſpani MS. citat Jo: Freymonius pag.* 96. *Elenchi J.U. Scriptorum in Indice Conſiliorum Vagantium.* Neq; verò ſola præſtitit juriſprudentia, qua in negotiorum expeditionibus, & Reip. adminiſtratione mire valuit, ſed, & politioribus quoque literis excultiſſimus fuit. quod in primis oſtendit ad jucunditatem, ingeniiq; laudem heroicè contextum ipſius Poema

De Raptu Helenæ libri tres. Venetiis 1559. ſuper quo luſit fortaſsè *Joannes Brodeaus in ſuo coluthо de raptu Helenæ.* Legitur & in Farragine Poetarum ſelecta per *Leodegarium à Quercu Pariſiis* 1560., nec non in Delitiis Poetarum Italorum *Ranutii Gherii Tomo* 2. ſcripſit præterea

Orationes elegantiſſimas, &

Epiſtolas.

Ex iis autem mihi ad obtutus venit Epiſtola ad Fridericum Nauſeam Epiſcopum Viennenſem data Auguſtæ 2. Auguſti 1547. quæ occurrit libro 10. Epiſt. Miſcellanearum ad Frid. Nauſeam Blaneicampianum editi Baſileæ 1550. in fol. fol. 424., & docet Franciſcum ad Cæſarem miſſum, ut negotium univerſalis Conſilii arduum, atq; difficile cum eo pertractaret.

Commemorant Sfondratum noſtrum innumeri ſcribentes, & ſingillatim omnes, qui de Pontificiis Hiſtoriis pertractant. Multos quidem ſubnecto, ut moris eſt, à me viſos, & ſunt

Angelus Baronius in Cremonæ Genethliaco.
Ang. Portenarius. Felicit. Patavin. lib. 7. *cap.* 4.
Ant. Riccobonus de Gymnaſio Patavin. lib. 1. *cap.* 14., qui narrat Sfondratum

dratum Paduæ adfuiſſe anno 1521., & eidem in Cathedram ſucceſſiſſe Marianum Sorinum Juniorem.

Bonaventura Caſtellioneus in libro Gallorum Inſubrum antiquæ Sedis pag. 118.

Gaudentius Merula Sfondrato noſtro dicavit librum ſuum, cui tit. *Bellum Eraſmicanum*, in quo maximè tantus vir commendatur.

*Cardanus de Exemplis Geniturarũ Tom.*5. mirabilia refert de Franciſco.

Ægidius Boſſius in Tract. var. Crim. tit. de partu Suppoſit. ad nu. 7. vocat Sfondratum Doctorem maximum, eumq; laudat *in tit. de Princ. & privil. ejus num.* 20.

Com. Gualdus Prioratus ubi de Hercule, & Valeriano Sfondratis Vir. Illuſtr. Tom. 1.

Honorius Domin. Caramella Panormit. in Muſæo Illuſt. Poetarum.

Paulus Jovius eidem nuncupavit deſcriptionem Larii lacus Venetiis apud Gilettum 1559. *in* 4. in quo quidem opuſculo Dionyſii Somentii Cremon. legitur Epiſtola &c.

Joſeph Niger in ſuis Carminibus MS. penès me habet Epiſt. 4. *inſcriptam. In Electionem Franc. Sfondr. Patritii Cremon. ad Cardinalem dignitatem.*

Horatius Landus de Senatu Mediol. pluries, & præcipuè lib. 4.

Martinus Antonius del Rio. Not. in Troades. Ann. Senecę Act. 1. *pag.* 234. laudat Poema de raptu Helenæ.

Iſidorus Ugurgelius. Pompæ Senenſes. p. 1. *pag.* 166.

Joodorus Hondius in deſcript. Italiæ.

Leander de Albertis in deſcript. Ital.

Ludovicus Dulcius in Calce Vitæ Caroli V.

Marcus Ant. Majoragius Antiparadonen. lib. 3. *pag.* 89.

M. Georgius Draudius in Bibl. Claſſica.

M. Mantua de Vir. Illuſtr. J. C. C. num. 101.

Paulus Morigia in initio Hiſt. Mediol.

Orlandus Malvoltus in Hiſt. Senenſi.

Venturinus Vaſallus Fivizanenſis in ſuis Epigram. ad num. 152.

Verderius in ſupplement. Biblioth. Geſneriana.

Vincentius Villa, ſeù Villaxaghatus lib. 3. *orat.* 4. ubi per errorem Joannem prænominat.

Ex Noſtratibus *Cavitellus, Campus, Blaſius Rubeus, Franc. Zava, Alex. Lamus, Peregrinus Merula, Joſeph Breſſianus.*

Verùm quando tot Authores ſuprallegati dicant Sfondratum Cremonenſem. En quod *Abbas Picenellus in Atheneo literatorum Mediolanenſium* veluti omnimodè ſuum, noſtrum Franciſcum recenſet, & quod callidius eſt ſine ulla prorſus ſyncera ejuſdem originis mentione, errando ulterius cum ſcribat edidiſſe Sfondratum Poema Heroicum ſeparatum ab illo de Raptu Helenæ; nam hæc duo à Picenello enunciata, ſunt unum & idem; poterat quidem Abbas Picenellus Franciſcum Picenellum ejus gentilem, quem celebrat in ipſomet Athenei imitari in eis, quæ veritatem reſpiciunt

ciunt, loquitur namq; in opuſculis excuſis 1617. *Epiſt. Jacobo Reſtæ 660. Ego do operam, ut aliquid boni, & eruditi à Cremona eliciam, cum Mediolani imperita fex ipſa confluere videatur &c.*

Abbas Ugbellus in Italia Sacra perperam aliquoties Sfondratum, & ipſe vocat Mediolanenſem, ſicuti, & Oldoinus ex S. J. in Atheneo Romano.

Verum ad tanti plagii veritatem demonſtrandum optimè hic ſubnectere duco Orationem habitam a Jo: Jacobo Crotto J. C. C. Cremon. 3. Idus Septembris 1620. qua die Sfondratus in Coll. J. C. Patriæ aſcitus eſt, jam cuſam Papiæ anno 1522. apud Jacobum de Burgo Franco, ex qua Lector egregia de Patria noſtra libare.

„ HOdierna ſuſcepti muneris provincia concionaturo trepidanti
„ Jureconſulto perdifficilis conſumatum oratorem exigebat,
„ qui per uberrimos facundiæ torrentis campos nectareo concentu
„ ſpatioſè tranſcurrens graviſſimo hujus, & glorioſi, & ſapientis,
„ & eruditi conſeſſus judicio ſatisfaceret: cui nihil enim rarum,
„ ſublime, candidum, vehemens, floridum, omniq; ex parte lucu-
„ lentum offerri debet, tàm immenſum onus ſuſtinere noſtra
„ tenuis, ac modica exercitatio minimè poterit, qui poſt gemi-
„ nam doctoratus lauream, olympiade tranſacta lacteos Retho-
„ ricalium rivulorum fontes non hauſi. Forſan puer facilius, &
„ ſecurius, non dicam ornatius tale pondus ſubire valuiſſem, quo
„ tempore frequenti Ciceronis, reliquorumq; comercio admodum
„ delectabar: nunc miſero ſimilis, Cæſarea tanquam domeſtica
„ compede diſciplina detentus, legalia revolvendo commentaria,
„ rubiginem romano in ſermone contraximus: ut magis ſtridorem
„ quendam temerarium in nobis obſtrepere, non quidq; priſtinæ
„ illius latinæ ſuavitatis adeſſe cognoſcam. Quapropter nemini
„ virorum ſano æquilibrio ſententiam ferenti, comitio præſtanti
„ mirum videri debet, ſi poſt eloquentiam præſtantiſſimi collegæ
„ futuri noſtri ſtilo attico redundantem, me raucum, diſſonum,
„ balbutientemq; audietis declamatorem, qui partim rerum tra-
„ ctandarum magnitudine, partim verò conſpectu auguſtali per-
„ territus, lubens ſine ullius monitione, aut ſtimulo receptui ca-
„ nerem: niſi ſingulares, divinæq; hujus viri clariſſimi virtutes,
„ in eo ſuprà naturam noſtram relucentes dicere impellerent: cu-
„ jus gloriæ, meritiſq; licet nullum orationis genus, flumen, &
„ copia par eſſe queat; tamen pro veteri inſtituto omnem ejus
„ vitam in hodiernum diem commilitoni ſuo mihi intus, & in
„ cute exploratiſſimam in brevi quaſi tabella pingentes, præco-
„ nia ejuſdem recenſebimus; & in tàm laborioſo, grandiq; nego-
„ cio ingenitam omnium veſtrùm clementiam, non rigorem, aut
„ cenſuram præſtolabimur. Quo-

„Quoties mecum tacitus varios hominum mores, & deſideria
„ mente contemplor. Illi tamen mihi rectè ſapere, magnaque
„ commendatione digni ſuccurrunt, qui collecto totius animi
„ ſenſu, & clypeo, veram felicitatem die, noctuq; ardentes per-
„ quirunt; cui ſola rationalis natura ſolers, ingenioſa, docilis,
„ provida, ſagax, intelligibilis, acuta, memor procreata eſt; Si-
„ mulachrum trinæ majeſtatis, ſempiterniq; unius Dei figura,
„ penè fulgori angelorum ſuo creationis principio coæquata, qui
„ tamen miſera, & infelix, ſi tantam ſui ipſius excellentiam, tùm
„ diligentius, tùm accuratius animo valutaret, ſine controverſia
„ ſtatim, & domeſticos hoſtes rationis oppugnatores facilè conte-
„ reret, & per firmiſſimos ſapientiæ limites vivendo tranſiliret.
„ Quæ una virtus cæterarum omnium regina eſt, mutationis hu-
„ manæ nimium volubilis columen, vitiorumq; ac tenebrarum
„ noſtrarum fugatrix: quibus tandem ea ſola duce, ac prævia
„ expediti mortales, & vivi perpetuam in mundo gloriam, niſi eo
„ ſimul cadente, non perituram perſequuntur, & mortui curriculo
„ præſentium ſudorum fortunatè decurſo ſupernam cœlitum
„ ideam ſortiuntur: quem unicum ſupremi boni ſtatum homini
„ oblatum illis tamen nanciſci datum eſt, qui vel in contempla-
„ tiva vita, cujus perfectio ſapientia eſt, aut in civili, quam pru-
„ dentia gubernat, continuò verſantur. Speculativi, naturam,
„ cœlum, ac naturæ ipſius, cœliq; Conditorem meditantur: ſemo-
„ taque rerum temporalium cura, cogitatus ſuos ad ſempiternam
„ regionem dirigunt. Politici verò habitum ſuum laudabilem, ac
„ frugiferum, in virtutis exercitio collocant, ſingulariq; dexteri-
„ tate, ſolertia, ac labore, civitates coadiuvant ſuas. Qui autem
„ voluptati peſſimæ, nihil cum ratione connexum habenti glu-
„ tinantur, nedum culmine felicitatis ſolidæ dejecti, & excluſi
„ creduntur, ſed æternis quoque tùm in præſenti ſæculo, tùm in
„ altero tenebris multo gravioribus involventur, quia ſoli crapulæ,
„ & ventri indulgentes tanquam animalia, & bruta, in terram
„ ſuam curvata facti fuere: Creatorem maximè obliti, ſortem
„ propriam vel temporis puncto non contemplati, nec ſaltem
„ vetuſtos illuſtres viros doctrina perfectos æmulati, quorum
„ trita hebræorum, gentiliumq; ac chriſtianorum documenta,
„ ſopitos, non dicam mortuos, ſuſcitare poſſent: qui vivendo uni-
„ verſis voluptatibus renunciavere, blandimenta fragilis fortunæ
„ contempſerunt, laborioſiſſimamq; vitam ſpretis omnibus deli-
„ ciis traxerunt, quo veram felicitatem ſuffragio ſolius virtutis adi-
„ piſcerentur. Quorum ſapientum veſtigia Franciſcus Sfondra-
„ tus noſter tanquam nitidiſſima benevivendi ſpecula ſectatus,
„ puer ſudare, pati, algere, genuino quodam ſcientiæ amore cæpit,
„ nihil eorum prætermittens, quæ ingenio excolendo neceſſaria,
„ & ad inſtitutionem ſummi futuri viri pertinere viderentur. In
„ primis literatorum conſuetudine hominum ſimul, & probatiſ-

ſimorum

ſimorum congreſſu utebatur, præceptores mirabili cultu, & charitate obſervabat; voluntati parentum, mandatiſq; non modo parebat, ſed obſequebatur, unicum Deum continuò præ oculis retinens, quotidianum doctrinæ fructum ipſi ſoli acceptum referebat; patriam, cognatoſq; & familiares propria vita chariores exiſtimabat; nihil leve, aut ridiculoſum profitebatur, omnia conſultò, & prudenter actitabat; unus omnium diligentiſſimus otium, ac deſidiam fugitabat, ingluvie, ac ſomno nihil magis ſibi adverſum opinabatur; choreas, ludos, comeſſationeſq; dedecoroſas tamq; peſtem teterrimam devitabat; ſtudia literarum horis per intervallum ſtatutis ſine materno illectamento, pedagogiq; flagellis repetebat, ſemper quippiam diſcere, ſcribere, aut legere, vel audire geſtiebat, quod & memoratu dignum foret, & ſe prudentiorem faceret. Tanta diſcendi cupiditate ſuccenſus rudimenta Grammatices ſuprà tenellam ætatem celeriter percalluit, ſublimiora Humanitatis incrementa ſub Lucaro, & Jano Parrhaſio rethoribus ſui ſæculi non obſcuris, perfecit; cunabula grecæ litteraturæ per annuum tempus Daniel Cajetanus ea facultate rariſſimus illi dedit. Prima ejus gloria circà Poeticen enituit, cui facilis, & pronior Minerva ducebatur: in qua magnitudine indolis coæquales ſuos omnes ſuprà modum excedebat. Quantum autem ſolutæ orationi adhæſerit, & frugis ex amæno ejus viridario retulerit, diſertatio ejus facundiſſima paulò ante coram habita, nobis reticentibus teſtari poteſt. Quid de memoriæ dono mirabilis tuæ, ſtupendoque genio Franciſce dicam? qui ſolus inter noſtras pueriles paleſtras, & certamina ſub Nicolao Lucaro communi artigrapho inita regnabas, mentes omium tuorum condiſcipulorum in admirationem ſui ipſius convertens, ſivè claſſis oratoria erat, ſeù lectio extemporalis enodanda, proponebatur, aut pedeſtri, vel equeſtri certabatur pugna, nullum cuiq; noſtrum tecum contendendi locum relinquebas. Sic fulgebat in te admodum juvenculo præcipuum quoddam, & Phænice rarius ingenii acumen, quod nobis mirari, non æquare ullo modo conceſſum erat, quod maximè ordinaria Literarii certaminis concione patebat, quæ ex mandato Lucari die conſtituta ſingularum hebdomadu m congregabatur, ubi coæquales noſtri, omnes diſputando invicem congreſſi ſuperficialem Sanctimoniam Oratorum, Poetarumque, & Hiſtoriographorum delibabant, quæſtioneſq; motas interdum Nicolao ſuffragante diſſolvebant. Unus autem Franciſcus propria vi ſine ullius adminiculo abditos, & occultos authorum ſenſus ita mirabiliter eliciebat, ſic accuratè reconditas fabulas, & hiſtorias abſtruſas in medium deducebat, quæſtioniq; omni ſe facillimum in reſpondendo, & ſubtiliſſimum in arguendo exhibebat, ut etiam Lucarus ipſe ſua cathedra conſtitutus quemcumq; vultum, & colorem immutaret, prænimiaq;

cogita-

„ cogitatione, intuitu fixo per modicum tempus non mobili cir-
„ cumſedentes nos diſcipulos aſpiceret. Nutu, ſigniſque nedum
„ lingua, & verbis egregium tuæ naturæ Dedaleæ munus extolle-
„ bat: conſocii verò tui omnes divinam tuæ mentis aciem neſcio
„ quid majus, & altius redolere ingenuè fatebantur: cui nec natu-
„ ra, nec induſtria, aut eruditio reliquorum accedebat: quę omnia
„ quaſi certiſſima futuræ magnitudinis tuæ præſagia in te pluri-
„ mum tyrunculo præluxerunt. Tranſactis verò exitu fauſtiſſimo,
„ humanioribuſq; ſtudiis, profundiſſimum liberalium artium pela-
„ gus ſulcare animo generoſo ſtatuiſti; ex quarum beneolenti
„ viridario ſacratiſſimas leges, Pontificialeſq; ſanctiones deprompſ-
„ ſiſti, proavitis agnatorum tuorum exemplis commotus, qui tùm
„ vetuſta, tùm recentiori memoria propè innumerabiles utroque
„ jure ſapientiſſimi in tua nobiliſſima propagine micuerunt, quos
„ ſingillatim memorare ſi nunc cupido inceſſerit, dies me deſti-
„ tuet. Fædericum tamen Sfondratum jure conſultum illum ce-
„ leberrimum propter multiplicem literaturam in omni virtutum
„ candore venerabilem, ſilentio præterire piaculi inſtar foret: ger-
„ manum quoque ejus Nicolaum, & moribus, & profeſſione
„ fratri ſimillimum, qui ſua doctrina non minorem generi clarita-
„ tem infudit. Taceo Baptiſtam noſtro parentali quindecim
„ jureconſultorum Cremonen. epicedio deploratum: nec non
„ Hieronymum Prothonotarium Apoſtolicum, decretorum Le-
„ ctorem in Gymnaſio Patavino celebrem. Penè memoriæ exci-
„ derat mirabile illud civitatis noſtræ Lumen, Stephanus Sfon-
„ dratus, conſulta cujus patrocinia, & judicata nudam veritatem
„ præ ſe ferebant, quem anno præſenti deſideratum tanquam
„ juſtitiæ parentem omnis patria deflevit. Bartholomeus genitor
„ illius primum ſecretariatus locum in Repub. Raguſina ità pie,
„ innocentèr, ſanctèq; geſſit, ut eo defuncto publica ſanctione
„ perpetuis temporibus valitura, minoribus ipſius Bartholomei
„ maſculis officium illud hæreditario jure demandatum fuerit:
„ quod in præſentiarum Hieronymus Stephani frater latina lin-
„ gua perpolitus, paterna integritate prudenter adminiſtrat. Nec
„ inferior celebritas nominis tribuatur agnato tuo Franciſco vi-
„ venti generoſiſſimo militi, qui parentem ſuum Ludovicum
„ equitem magnificum, & ſuo ævo prudentiſſimum in omni actio-
„ ne effingit. Felicitatem tuam in primis auget patricius longè
„ ornatiſs., ex cujus labris ſuavior omni melle fluit oratio, Nico-
„ laus, frater tuus literario fulgore perſpicuus, militariq; ſtrenui-
„ tate præclarior, heroica cujus facinora præſertim ſingulari cer-
„ tamine Mantuana Synodo ædita decantantur. Sororem habes
„ Juliam vivacem, cæleſtis virtutis tuæ, integritatiſq; morum ma-
„ ternorum imaginem; cui nulla fæminarum gloria in omni, &
„ pulchritudinis, & pudicitiæ, & gravitatis laudæ conferri poteſt:
„ quæ nunc orbata viro in matrimonium tradita fuit Cleto Pize-

„ nardo ſplendidiſſimo militi aurato, cunctiſq; civilibus diſciplinis
„ decorato. Quem vivente Sigiſmundus Gonzaga Cardinalis
„ Mantuanus, & germanus ejus Franciſcus Marchio ille quartus,
„ ſemper chariſſimum, & ſuper omnes aulicos familiariſſimum
„ tenuerunt. Dinumerare nequeo plurimos gentis tuæ Decurio-
„ nes innocentiſſimos, qui publicæ utilitati ſtudentes, ſpretis com-
„ modis omnibus propriis, Rempublicam noſtram ſumma fide
„ adminiſtrarunt. Quot Equites candidiſſimi, præſules Sanctiſſi-
„ mi, viriq; omnifaria gloria cumulatiſsimi, jugiter ex familia tua
„ in hanc diem prodierunt? cujus originem, gradus, ſtemmata,
„ opulentiam, dignitates, fortunam, clientelas, dotes, familiari-
„ tates, cognationes longè, latèq; patentes connumerare temporis
„ anguſtia non ſinit. Nec minorem familia Homodeorum in
„ Urbe Mediolani ditiſſima, & antiquiſſima laudem mereretur,
„ undè maternum genus ex Margharita viragine matronarum
„ noſtri ſæculi pudiciſſima ducis: ex quo tot conſumatiſs. jure-
„ conſulti dudum emerſere, præſertim Signorolus ille legum inter-
„ pres, cujus ordinariæ lectiones, & conſilia in cœlum efferuntur.
„ Tranſibo brevitatis gratia Luciam maternam tuam aviam,
„ fæminarum ſui temporis honeſtiſſimam ex potenti, & quaſi regia
„ Triultiorum proſapia: de qua nempè ſatiùs eſt ſilere, quàm
„ ſobriè, & exiliter dicere; cum præter inauditam diſciplinæ ca-
„ ſtrenſis famam, tot viri in qualibet, & laudatarum actionum,
„ & orationis, & ſcientiarum ſpecie eminentiſſimi, noſtra quoque
„ ætate fulgeant. Paternam verò tibi Aviam domus Vernatiorum
„ nobilis, & vetuſta dedit, quæ per tempora retroacta tot collegas
„ noſtros patriæ genuit, quales vel numero, vel ſophia majores
„ nulla Cremonenſis ſoboles tulit. Proculdubio tantorum præco-
„ nia virorum, Franciſce doctiſſimè, te ad ſapientiam legalem
„ capeſcendam ſpontè anhelantem vehementer inflammabant;
„ verùm longè ardentiùs cor tuum ſtimulabat, & accendebat pa-
„ rens ille tuus Jo: Baptiſta jureconſultorum pariter, & oratorum
„ ætatis ſuæ conſultiſſimus, & facundiſſimus: qui non tàm legum
„ faſtigio, juſtitiæque candore, quàm fidei ſinceritate, ſapientięq;
„ ſingularis raritate honorificentiſſimum ultrà Senatoriam digni-
„ tatem gradum, penès Mediolani Ducem Ludovicum Sfortiam
„ obtinuit: cujus nomine glorioſiſſimas legationes ad varios Prin-
„ cipes Chriſtianos prudentiſſimè obivit. Innocentius VIII. Pon-
„ tifex Ro. teſtis locupletiſſimus eſſe poteſt, apud quem cœtus
„ eccleſiaſtici corona ſtipatum Romæ in publico conſiſtorio ora-
„ tionem elegantiſſimam habuit, qua feliciter perorata Præſul ma-
„ ximus civem noſtrum dignitate palatini comitatus exornavit,
„ mirificoq; verborum plauſu commendavit. Quanti Carolus
„ Francorum Rex Chriſtianiſſimus eundem fecit, à quo poſt per-
„ fectum ad vota domini ſui mandatum diſcedens, præter milita-
„ rem cingulum, dona pretioſiſſima ſecum detulit. Ferdinandus

quoque

„ quoq;& Heliſabeth Hiſpaniarum Reges potentiſſimi genitorem
„ tuum Sfortiana peragentem negotia apud te multo tempore
„ habuerunt. Alter verò Ferdinandus Neapolis, & Siciliæ Rex
„ pariter eum vices oratorias in ſuo regno gerentem, magna dile-
„ ctione proſecutus eſt. Dominatio Venetorum cordatiſſima
„ patrem tuum extinctum adhuc luget: cujus legati oſſa, & cine-
„ res, publico funere extulit, ſummoq; patriciorum omnium con-
„ curſu honeſtavit; cadaver ejus tumulo in aurato conditum in
„ æde Divæ Mariæ Gratiarum Venetiis quieſcit. Tanto parente
„ juriſperitorum ſui ſæculi primario creatus, te ejus diſſimilem
„ fore monſtri ſimillimum exiſtimabas, ea propter cunabula juris,
„ ſanctiſſimaſque Pandectas fervore ingenti revoluere decreviſti;
„ quarum lectione ſedulò pertractata, profeſſores Ticinenſes quo-
„ tidianis collationum ſtimulis, provocabas, ſupranaturaliq; tuo
„ ingenii acumine, quodammodò ſui non compotes dimittebas.
„ Utinam Paulus Picus communis philoſophia cæſarea præceptor
„ inſignis adeſſet, qui primo ſtudiorum tuorum anno mirabilem
„ tuam acrimoniam ſpeculatus, tanquam alter Apollonius Molo-
„ nis eam diſciplinæ legalis excellentiam in te uno futuram nobis
„ diſcipulis millies prædixit: ad quam tua in præſentiarum læta,
„ & lubens patria te evectum gloriatur. Nec minus reliqui docto-
„ res tui, præſertim maxima illa tria mundi fulgura, Jaſon, Decius,
„ & Ruinus Franciſci auditoris ſui ſcientiam, aciem, ſubtilitates,
„ ſenſum, argutiam, calliditatem, obſtupeſcebant: quibus nodos
„ ad exercendam ſcholaſticorum minervam interlegendum mo-
„ tos facillimè reſolvebas, & objecta non tàm leviter diluenda
„ ſingulis ferè lectionibus in medium deducebas, ut non tàm novis
„ argumentationum catervis cum eis diſputare, quàm viciſſim
„ doctrina, literiſq; certare videreris. Taceo immenſam condiſci-
„ pulorum turbam creberrimo diſceptandi munere collatis vexillis
„ perſpicaci tua promptitudine expugnatam: qui ſæpiſſimè muti
„ & elingues paleſtram circularem deſeruere; ſcholaſtici verò
„ publicè repetentes tuas nodoſas difficultates, ſophiſmata, falla-
„ cias graves, & occultas propoſitiones validè formidabant: quos
„ non minùs facili memoria, tenaci & fida urgebas, & fatigabas;
„ quàm ingenio acri eximie oppugnabas, & conterebas. Si verò
„ concluſiones, & ænigmata (quod frequentiſſimum erat) diſcu-
„ tienda, propoſuiſſes, graviter, copiosè, & ſubtiliter reſiſtebas,
„ callidius, & vehementius replicabas, legum ſcopulos diſrum-
„ pebas, ſcis ipſos diſſolvebas, ſentes reſecabas, dubia explicabas,
„ obſcura dilucidabas, & quicquid obvium erat, non difficulter
„ conturbabas: ut adhuc omnis lingua Papienſis ſimul, & Bono-
„ nienſis ſubſelia, cathedræ, ſuggeſtus, fora, ſcholæ, phana tunc
„ diſputationibus ferventia ingenium tuum nobile, fæcundum,
„ flexibile, lubricum, cœleſte, non humanum prædicare nequa-
„ quam deſinant. Decurſo tàm feliciter, & laboriosè ſudorum

 tuorum

tuorum ſtadio, Doctoreas vittas in Regio Ticinenſi Areopago magna nominis tui celebritate, & circumſtantium admiratione ſuſcepiſti. Examen tuum publicum ingenti virorum eruditiſſimorum frequentia tranſactum, ſic omnes conſumatiſſimos patres illos, in tui amorem, vel potius ſtuporem contraxit, ut non ſolum omnes ad unum te corona digniſſimum judicarint, ſed etiam in calce tuæ ſolemnis prærogativæ ſingulari nota teſtati ſint, neminem ſua tempeſtate, ullo tempore ad culmen honoris per venerandum Papienſe collegium fuiſſe promotum, qui tàm dignè utriuſque diadematis palmam ex eo retulerit. Confeſtim fama tantæ virtutis, & ſapientiæ prænuncia aures Chriſtianiſſimi Regis Franciſci Ducis Mediolani penetravit, qui poſt decimam diem Coronationis præcariò te ordinariæ canonum lectioni ſuffecit: quàm ſedem priùs clariſſima noſtrorum temporum lumina Philippus Decius, & Rocchus Curtius, glorioſè tenuerant; quorum pulcherrimo ſuggeſtu collocatus, ſacraria pontificum, difficultateſq; legum incideres, tanto acumine enodaſti, ut cultiſſimos lectores priſtinos nullus tuorum diſcipulorum deſideraverit, qui eo æmulatu, ad tuam jucundiſſimam vocem, ac multitudine confluxerunt, qualem nemo decretalium profeſſorum illius gymnaſii majorem in ſuo proſpexit auditorio. Qua nominis claritate factum eſt, ut eodem anno, poſt inchoatum legendi munus, nondum revoluto, diverſi Principes ſumma præmiorum oblatione te ad ſua convocare cœnobia conati ſint, quorum nulli ob denegatum abeundi commeatum gratificari potuiſti, præterquam Illuſtriſſimo Duci Allobrogum Carolo Chriſtianiſſimi Regis noſtri propinquo, qui te ad veſpertinam juris civilis lectionem eo, & maximo, & honorifico ſtipendio conduxit, quale nulli alteri ex omni cana hominum memoria eo Gymnaſio ſancitum fuit. Quod ſtatim tua præſentia, moribus, fama, virtute, tanquam draco depoſita vetuſtate, ac ſitu, rutilantius floreſcere cepit; ſine mora innumerabiles ex omni Heſperia turmatim auditores ad Taurinenſem ſedem convolarunt; multi ex Germania, Galliis, Britania, Hiſpaniis, viſi; non pauci quoque ex remotiori terrarum confinio te ſalutatum venere, ut tuam ſcientiam imbibentes, ſua ingenia ſub tui cœleſtis ingenii divinitate exercerent. Cujus lectio nimis candida, facilis, diſtincta, ſuavis, clara, gravis, ornata, pinguis, erudita circumfertur; pronunciatio delectabilis, & expedita, multum ei ſuffragatur, ſolidam lateris firmitatem retinens, quæ varia ſimul, & multa, ſine reſpiratione dictans ne ſyllabam quidem pervertere uſq; viſa eſt, modo remiſſior, lentior, acutior. Vox illa liberalis una cum decenti corporis motu ſurgit, modo altior, plenior, excitatior, non ſine quadam vultus, oriſq; venuſtate auditur, ſicuti gravitas verborum, ſententiarumq; majeſtas requirere videntur. Spiritus cum ſpatio pertinax, & valdè durabilis, longas periodos

facilè

„ facilè vincit: quandoq; ſimilis tonitruo,& fulguri, cœlum, &
„ aera ſcindit. Saxoſas difficultates in planiciem redigit, omnia
„ ſerenat, cuncta dilucidat, novos ſenſus, eoſq; obſtupeſcendos
„ legi accommodat: tanto ſcholaſticorum concurſu, & attentio-
„ ne, ut recens quidam lacteus Patavini liquoris fluvius, vel alter
„ Scævola Romanus, aut Baldus Peruſinus, renati credantur.
„ Tum denſiſſimam exterorum diſcipulorum undiq; properan-
„ tium turmam, Illuſtriſſimus Princeps Sabaudiæ Carolus ſerena
„ fronte conſpexit, qui priùs Emporium ſuum ingenuarum diſci-
„ plinarum ferè tenebroſum, mutum, & mancum ingemiſcebat.
„ Quo circà Dux gratiſs. tanti memor officii ſtudens aliqua ex
„ parte condignam tuis meritis gratiam referre, ultrò Senatoriam
„ tibi, nec petenti quidem, aut cogitanti, ſeſſionem contulit: qui
„ gradus ea in natione honorificus, & admodum præcipuus cenſe-
„ tur. Tantæ dignitatis, virtutumq; ferè omnium faſtigio ſubli-
„ matus, quaſi felix in patriam repedaſti: quæ tuo conſpectu regio
„ tripudians filium ſuum longo quaſi poſtliminio reſtitutum, ea
„ materni vultus hilaritate complectitur, qua exoptatum Ulyſſem
„ poſt diuturnam quatuor luſtrorum peregrinationem reverten-
„ tem ſaxoſa Ithaca excepit; aut Roma rerum Dña Paulum
„ Æmilium Perſea ducentem trophea vidit: Patria quidem com-
„ munis glorioſiſſimo tibi alumno ſuo victoria literaria poſt legi-
„ timum certamen proſperè certatum triumphanti congratulatur:
„ Verùm longè magis ſibimet parenti propriæ gratanter lætitia
„ profuſiori fortunata blanditur, quæ talem fætum concipere,
„ procreare, ſimulq; educare, cœlitus meruerit; qui tanquam
„ novus lucifer oriens celebratum illius nomen ad remotiores po-
„ pulos in extremum uſq; oceanum latiſſimè transfuſurus eſt, ut
„ merito canere liceat. *Cedite Romani doctores, cedite ſacri, Neſcio*
„ *quid majus pulchra Cremona tulit:* cujus ſplendor candorem om-
„ nium nationum cæſarea, pontificaliq; cenſura coæquabit. Euge
„ nunc dilectiſſima parens profundius, & exuberantius lætare,
„ ac exulta, propter hoc recens tàm inextimabile decus tibi Dei
„ optimi maximi indulgentia exortum, undè auguſtiſsima toto
„ terrarum orbe corona refulgens, capiti tuo apponetur, qualem
„ quondam tibi conſumatiſſimi plures jureconſulti tui per omnia
„ philoſophantium loca celebrati, obtulere. Ex quorum ſtupenda,
„ ſideralique legione primus triumphans omnium noſtrùm ductor
„ ſe ſe oſtentat, Joannes Boſſianus, ille præclariſs., incomparabilis,
„ divinuſq; legum interpres: cujus ſententia ſemper firmior, com-
„ munis, probabilior, inter vetuſtos normæ civilis commentatores
„ unica dominatur, vel potiùs tanquam princeps, fundamentum,
„ & regina veritatis judicia omnia, & ſcholas noſtræ profeſſionis
„ moderatur. Cui non diſſimilis multùm ejus agnatus, ſeù genti-
„ lis Martinus fuit, enucleator legalis ſophiæ non contemnendus,
„ quem Angelus Peruſinus lucernam juris, mundiq; lumen nun-

cupare

cupare ſolitus erat. Omitto Azonem Porcum Juſtiniani codicis compilatorem, ex Caſale majori noſtri agri oppido productum, licet quidam livore, invidentiaq; tacti falſo Bononienſem autumet. Egidiolus Cavitellus nec meam, nec cuiſpiam limatioris commendationem expectat: quem ſuæ repetitiones, conſulta, tractatus, propediem typis, impreſſoris ſolertia præſtantis, collegæ noſtri Jo: Baptiſtæ ejus trinepotis tradendi miro præconio decorabunt. Ubertus Foliata primus ſedis Peruſinæ Lector multiplici ſolius Baldi laude contentus eſſe poſſet, quem tamen ſcriptio quoq; multorum ſui ſęculi eruditiſſimum fuiſſe conſtat. Occurrit Nicolaus Malumbra, famigeratus Gymnaſii Patavini magiſter, catonianuſq; Rotæ Quirinalis cenſor, qui nonnulla commentaria, & diſputationes licet quaſi in totum deperditas concinnavit: oſſa illius civitate Antenorea marmoreo ſepulchro ante fores ædis Hæremitarum poſita ſunt. Quid Lucam Vernatium terreſtre civitatis noſtræ oraculum, & Bartholomeum Vulpum omni Heſperia perſpicuum, veriſſima quorum reſponſa conſultationibus doctorum inſerta oſtenduntur. Omitto Vidonem radiantiſſimum Suzariæ gentis noſtra olim in patria nobiliſſimæ ſidus, in ſacrario Divi Dominici Pyramide lapidea tumulatum, cujus ſcientia univerſo terrarum orbi compertiſsima eſt. Homobonus Moriſius juriſperitorum excellentiſsimus, Cremonenſem academiam ſua tempeſtate in omni doctrinarum genere ferventem, plurimum clarificavit, volumina ejus tinearum eſca, quod magnopere dolendum, extitere, vix memoria tanti patris, qui vivus totam ferè mundi machinam ſuo nomine compleverat, ſaxoſis titulis ſervata eſt, qui ſemicoroſi in templo Gulielmi cælicolæ ruinoſo extra urbis mænia cineres illius reconditos viatori ſedulò indicant. Certè muti majores noſtri, ſimul & ingrati fuere omnes, qui nec ſcripta Homoboni per externos relata ad minores ſuos tranſmiſere, nec ſaltem cognomen illius alicui litterarum ſcripturæ vivaciori demandavere, famam tàm cœleſtis viri ſoli ſepulchro, quandòq; perituro committentes. Duo tantum celebratiſsimi doctores exteri per me viſi, Albericus Roſatus, & Jo: Andreas opiniones Homoboni ſuis monumentis inſerentes, eum ab injuria mortalitatis vendicavere. Taceo ſtrenuos cauſarum patronos Ægidium, & Carlinum fratres Mandalbercos, æterno ejuſdem Alberici indagatoris rerum priſcarum fideliſsimi calamo decantatos. Conſilia Franciſci Brumani elegantiſsima penès Joſephum Mariam ejus filium ingenioſum collegam noſtrum majori ex parte deliteſcentia, tanquam delphica dicta, toto Latio tranſcribuntur. Sirus Antonius Stanga, Prothonotarius Eccleſiaſticus, unicum ſuæ ætatis, vel patrocinando, vel judicando, aut conſulendo exemplar, cumulo laudis meritæ colligendus, & ipſe foret, ni doctiſsimus Corſetus quodam dubio per eum Bononię diligenter diſcuſſo, eruditionem illius

illius perraram, & immenſam poſteritati conſecraſſet. Succedit in mentem penè oblitus, quod tamen malevoli penitùs animi fuiſſet, Rizardus Malumbra, ille Bartoli jure conſultorum ſupremi auriga, de quo nihil recordatione dignum nunc memorabo, quod monumenta omnium per manus noſtras quotidiè verſantia literas conterranei noſtri penè cœleſtis optimè pandunt; cui uni Pergamenſis in exordio Pandectarum priſcarum herbam ſui temporis, multorumq; annorum longo intervallo conceſſit. Baldus quoq; Peruſinus ille noſter acutiſsimus eundem cunctis profeſſoribus latinis tempeſtate illa concertantibus eminentiorem fuiſſe aſſerit. Quo præceps, inconſultus, & miſer feror? quod mare navicula orationis procelloſum ingreſſa? quæ impudens, & temeraria laudatiſsima eorum propè infinitorum turbam brevi pagina contineri forſan poſſe putat, quod partim noſtro ævo, partim ſuperiori, Apoſtolica, Romuleaque farragine florentiſsimi, & patriam communem ſempiterno nominis ſui decore celebrandam reliquere, & tamquam micantiſsima luminaria in ſacroſancto grege noſtro divinitus ſplenduerunt, cujus majeſtas, & amplitudo quanti apud omnes Principes, & Reges ſemper viguerit, reliqua cothurnum hiſtoricum requirentia, ſubticendo, unicum Sigiſmundi Cæſaris privilegium indicat, quo perpetua Cremonenſi populo Gymnaſium in omni diſciplinarum ſpecie publicum erigendi facultas datur, ſacratiſsimuſq; ordo noſter authoritate conferendi omnia doctoratus inſignia, & quaſcunq; reliquas dignitates ſublimatur, cui etiam ornato, prolixioriq; verborum amphractu omnia indulta, gratiæ exemptiones donantur, quibus præſertim, & famoſiſsima Parriſienſis cathedra utitur, & ſchola Bononienſis fulgere reperitur. Tranſire nefas quodammodo foret irrefragabile, potentiſsimi illius Francorum Regis Ludovici teſtamentum, qui correpto urbis noſtræ Venetis ademptæ dominatu, ſolemnem prærogativam conventui noſtro præbuit, qua illum mirando maximarum laudum diademate in cœlum extulit, ac immunitatem magnificam, & ampliſsimam eidem largitus fuit, quali altera nullum collegium dempto Mediolanenſi in univerſa Inſubrium ditione fruitur, & gaudet. Præſtantia quoq; veſtra P. C. honor, & culmen ex alio clarè dignoſci poteſt, quod omnis Cremonenſium appellationum controverſia ad cœtum veſtrum, tanquam ſuprà prætorem noſtrum, cæteroſq; Magiſtratus Ducales exiſtentem devoluitur: quæ judicandi poteſtas, titulos, & comitum, & phyſicorum, & equitum noſtrorum valdè excedit: qui multoties contrà nos juriſdictionem, in eorum perſonas, bonaq; ex principali delegatione habentes intumeſcunt. Potius ſuarum partium foret non dedignari, per vias, fora, vicos, templa, plateas, ſuos venerari judices, qui quotidiè elatos, vel ſimplici edicto ad ſua præcipitanter eos venire ſubſelia compellunt. Hanc judicio-

„ judiciorum præeminentiam concilio noſtro primus Joannes
„ Galeatius Virtutum comes, Inſubrium princeps tribuit: quam
„ deindè ſucceſſores auctam, mirumq; in modum conſuetudine
„ etiam ſtabilitam, conſtitutionibus multis extantibus, corrobo-
„ ravere. Tanto ſublimi, ornato, præſtanti, excelſoq; Senatui
„ noſtro decenter hodie luсidiſſimum jubar copulatur, eodem
„ nedum communi horum ſapientiſsimorum patrum meorum
„ conſenſu accedente, qui omnes ad unum, Franciſce doctiſsime,
„ tuas immortales virtutes, paterno affectu proſequuntur. Quod
„ non minùs facto, & opere, quàm verbis, & lingua comprobare
„ nitentes, quatriduo elapſo, omnes una ſimul voce, te collegam
„ ſuum declararunt. Nunc martio veluti campo coadunati locum
„ priùs tumultuariè, & privatim excellentiæ tuæ candidatæ decre-
„ tum publica ſua præſentia, ſuffragioq; confirmant. Quapropter
„ frater, & collega præſtantiſsime lætus properanter ſurge, ſedem-
„ que, & concupitam, & meritam, & honorificam ſimùl cum
„ fraternæ pacis oſculo ſuſcipe, collegiumque iſtud venerabile
„ noſtrum, ſatis ſuperq; propria, nativaq; ac peculiari claritate
„ radiatum, tuo etiam longè clariori futuro lumine, tanquam ſol
„ puriſsimus, ac ſplendentiſſimus, magis atq; magis illuſtra. Dixi.

Orationi ſuccedat Epiſtola in Archivio Patriæ ſervata, quam ſcripſit Cremonenſibus Decurionibus dum Patriæ Epiſcopus fuit renunciatus.

Adm. Magnifici D. D.

„ SUperioribus diebus cum adhuc in Conclavi eſſem accepi
„ literas veſtras, quæ mihi gratiſſimæ fuerunt; ſed quia inte-
„ rim electioni Sum. Pont. vacandum erat, ideò hactenus diſtuli
„ reſpondere. in his mihi gratulabimini, quod Civitatis noſtræ
„ Epiſcopatu nuper ornatus fuerim, ex qua quidem gratulatione,
„ benevolentiam erga me veſtram agnovi, & meum in vos ſtudium
„ vetus, propenſamq; animi voluntatem excitavi; Si autem hæc
„ dignitas, aut aliæ, quas præteritis temporibus adeptus ſum, ali-
„ quam mihi attulerunt voluptatem, eam certè non tàm privata
„ mei ipſius laude meritus ſum, quàm Patriæ exiſtimatione, cui
„ honores meos alicujus ſaltem gloriæ, atque ornamenti eſſe
„ puto. Quod verò Eccleſiæ adminiſtrationem mihi ſummopere
„ commendetis, neque tamen vereamini quin eo ſemper cordi
„ futura ſit, equidem id vobis affirmo nullius mei deſiderio me
„ magis affici, quàm ut de Epiſcopatu meo benemereri poſſim,
„ cumq; huic rei gerendæ nihil præter adventum meum iſthuc
„ opportunius forè exiſtimem, & ſi variis occupationibus detinear,
„ quibus Roma diſcedere nequeo, tamen dabo operam impen-
„ ſius etiam, ut quanto citius, ut de patriam accedendo aliquando

mihi

„ mihi venia concedatur Quo quidem tempore nihil facere præter-
„ mittam, quin ad veſtri paſtoris officium ſpectare videatur; Undè
„ æquius ferendum erit, ſi interim Eccleſiæ minus conſulere vide-
„ bitur, quàm cauſa ipſa, & ipſius Eccleſiæ ratio expoſtulat. Va-
„ lete feliciter Romæ xv. Febr. MDL. Veſter Civis tanquam frater
„ Franciſcus Sfondratus Cardinalis Cremonenſis.

Cum inter Cives Senenſes, ut legimus, Sfondratus noſter adſcriptus fuerit, non poſſum hic oblivíſci Hieronymi Gilii Senenſis Patritii, omnium virtutum, ac Poeticæ ſuavitatis præſertim laude inſignis, qui, ut ego in Nobiliſſimam Intronatorum Academiam receptus eſſem ex ſola ſui benignitate curavit.

Eod. Anno XLIV.

JAcobus Cremonenſis, de quo adhuc nobis legitimè non conſtat, quo tempore, & ex qua gente vixerit, habetur doctiſſimus Mathematicus, ac ſuper ethera notus fuiſſe. Baſileæ per Oporinum anno ſal. 1544. vulgatæ habentur celeberrimæ ejus Lucubrationes, quæ continent

De Sphæra, & Cylindro lib. 2.
Circuli Dimenſio lib. 1.
De Conoidibus, & Sphæroidibus lib. 1.
De Lineis ſpiralibus lib. 1.
Planorum æque ponderantium inventa, vel centra gravitatis planorum lib. 2.
De Arenæ numero lib. 1.
Quadratura parabolæ lib. 1.

Haſce lucubrationes innuit editas *Conradus Geſnerus in Bibl. inſtituta, cum Eutocii Aſcalonitæ Commentariis latinitate donatis. Baſileæ ibid. ex Officina Frobeniana.*

Hunc itaque Jacobum in Magni Archimedis opera interpretem habemus ex eruditiſs. *Petri Gaſſendi Volum. Tom.* 5. in Vita Joannis Mulleri Regiomontani editionis Lugdunenſis 1658. *pag.* 523. *volum.* 1. en verba ipſius hiſtoriæ, *& certè is erat (Jo: Mullerus) qui fræno potius, quàm calcaribus indigeret: quippè ſic penſis ſatisfaciens, ut interlucraretur ſemper quidpiam temporis, quod impenderet lectioni librorum de re mathematica omnium quoſcunq; nanciſci latina lingua expreſſos, licuit etiam Archimedis quem Jacobus quidem Cremonenſis interpretatus jam fuerat.*

Eod. Anno.

ANtonius Robertus J.C. perſpicuis ingenii, & naturæ muneribus donatus, cum M. Hier. Vidæ Epiſc. Albæ Poetarum maxim. ſumma familiaritate addictus fuerit, ſufficit ut eum inter noſtros Literatos reponamus. Habentur enim *ex Orat.* 18. *Sigiſmundi Boldonii Mediol. ubi de Franciſco Roberto agit, hæc verba. Avi ſui Frater Antonius fuit, quem Bononiæ Juris ſcientiæ operam dantem duæ res clarum fecerunt. Nam & illius Academiæ Rector creatus eſt, & cum Hieronymo Vida illo, qui fecit &c.*

Eod. Anno.

Filiberius Lauda F. memorati Joſeph Vic. S. Donati Patriæ Decurio, & in Coll. J. C. hoc anno die 21. Aprilis cooptatus à Philippo II. Hiſpan. Rege in Magiſtratu Ordinariorum Redituum Quæſtor deſignatus, in Reip. negotiis peragendis ſingularis, & in legibus interpretandis magni nominis Advocatus. adhuc admirantur ejus opera in Jure, quæ ſi in unum redacta forent, plura complerent volumina. Ex iſtis nonnullis doctiſſimis apud me comperiuntur.

Ejuſdem meminere cum encomiis *Petrus Pectorelus in Adnot. ad ſtatuta Buxeti ſub Rub.* 43.

Franciſcus Zava in carminibus.

Ant. Campus in hiſt. lib. 3. *pag.* 70.

Breſſianus in Coll.

Syllabus Collegii. Ex quo ſcatet ex eadem familia floruiſſe inter J. C. Coll.

Anno 1320. Albertinus pro Patria ablegatus ad Carolum IV. Imp. Parmam accedentem.

Anno 1340. Petrus.

Ann. 1515. recenſitus Joſeph Bononiæ Prætor, & anno 1555. Hieronymus alter ejus filius.

Ann. 1571. Jo: Baptiſta ejuſdem Filiberii F. in Coll. acceptus die Lunæ 5. Novembris.

MDXLV.

Georgius Fundulus Marſilii F. Medicus, & Philoſophus ex Patriæ Collegio Græca, & Hebrea lingua inſtructiſſimus, compoſuit

De Podagra lib. 3.
De Modo componendi Theriacam.
De Morbo Gallico.
De Arborum, & Herbarum natura.

Fundulum plurimi fecit Janellus Turrianus inſignis Mathematicus Cremonenſis, cujus opportunè erit memoria. Eumq; in ſuis operibus inſtructorem, ac directorem propter eximiam ejus virtutem atque doctrinam voluit, ut innuit *Campus hiſt. Cremon. lib.* 3.

Obiit hoc anno, ut ex Epitaphio in Eccleſia Cathedrali Patriæ.

Georgius Fundulus vir bonæ Fidei Medicus, Phyſicus, Philoſophus, Mathematicus clariſſimus. Julius Patri Benem. Fil. P. Vixit annis LXXII. *Obiit Kal. Aprilis* MDXLV.

Cavitell. in Annal.

Lamus in Somnio cant. 2.

Eod.

Eod. Anno.

MIchael Sertorius nuncupatus de Caſtelletto cum natus eſſet in Oppido Caſtelletti Ponzonæ Gentis antiquo Feudo agri Cremonenſis, excellenti, ſingulariq; doctrina, qua ſuo tempore omnium magiſter eſſe potuiſſet, in dogmata Lutheri propugnator acerrimus, bis ſuæ Congregationis Generalis Vicarius nempè in Comitiis Mutinenſibus 1540., & Bergomenſibus 1545. Capularis deceſſit Romæ in Cœnobio S. Mariæ de Populo anno 1550. literarum, quibus præſtitit, ſervantur monimenta in Bibliotheca S. Auguſtini Cremonæ.

Sermones Dominicales Tom. 2. *in* 4., qui de eodem plura cupit, adeat *P. Calvum in Mem. hiſt. Congr. Auguſtini. Inſubriæ ad ann.* 1540. &

Breſſianum in Corona Vir. Illuſtr. ac

*Torellum in ſæcul. Auguſt. Tom.*8. 1550. *num.* 12.

Eod. Anno.

HIeronymus de Baris Soncinas ingenii acumine pollens, & antiquariæ ſupellectilis eruditus amator, plurimiſq; cognitionibus refertus ſcripſit

Hiſtoriam Soncini, in qua præcipuè Illuſtriores Viros ejus Patriæ recenſet. Servatur Exemplar MS. in Archivio Communitatis ejuſdem Oppidi, cujus exemplar ab archetypo extractum extat apud amicum meum ornatiſſimum Jo: Antonium Cattaneum Soncinatem Mediolani Peritiſſimum Advocatum. Memorata Hiſtoria fuit exindè continuata à Jo: Baptiſta Guarguanto Carmelita, de quo, plura, ſuo loco.

Eod. Anno XLV.

ELius Julius Crottus, Presbyter ſecularis, non tàm genere, quàm Poeſi Nobilis, profundiſſimæ eruditionis Poemata conſcripſit, adeò ſalibus, & venuſtatibus referta, ut laudatioribus antiquorum Poetarum nequaquam poſtponi meruerit. Luculentus ejus rei Teſtis *Lilius*, *Gregorius Gyraldus*, accerrimus ille Poetarum Cenſor. Crottum enim, & Patriam Poetarum feracem hoc epiſtolio ad ſydera extulit.

Dicit Lilius Elio ſalutem
Æli quem genuit Cremona Vatem,
Mater Nobilium Cremona Vatum
Qui ſunt, quique fuere, eruntq; poſt hac:
Accepi lepidos tuos libellos,
Quos compſere Aganippides ſorores
Et pulchra Idalio Venus roſeto.
Nunc verò Hendecaſyllabos dediſti
Refertos varia eruditione,
Quales Parthenopeſque, Bilbiliſque

Jurent eſſe ſuis pares libenter
Quis ſortemq; meam, tuamq; defles,
Solariſq; tuæ lepore muſæ.
His pro muneribus tibi fatebor
Me debere magis magiſque; ſed me
Æqua poſſe puto referre nunquam
Septembris data pridiè Kalendas.

Ea Poemata majori ex parte Ferrariæ compoſuit, ubi Principibus Ateſtinis, & toti pergratus Civitati complures annos tranſegit. Sunt autem ejus opera Poetica.

Hermiones libri III. Elegiaci ad Herculem Gonzagam, Mantuæ apud Venturinum Ruffinellum MDXLV. *in* 8.
Floraliorum ſpicilegia, & ſunt Epigrammata, Jambici, ac Hendecaſyllabi. Ibidem eod. anno pariter in 8.
Suſanum, ſivè Deſcriptio Suſanæ Villæ in agro Mantuano, heroicis ad Cæſarem Gonzagam.
Cyreſium, ſivè Cyreſiæ Villæ Deſcriptio, heroicè ad Eumdem.
Eidylia ad Columbanum Ballettum Poetam noſtratem.
Farraginum Libri 4. *vario Carminum genere ad Octavium Farneſium Parmæ &c. Ducem.*
Stromatum libri 3. *ad Hippolytum Carcineam.*
Veneres ad Cynthium Jo: Baptiſtam Gyraldum.
Hirtipile,

Quæ omnia ſecunda typis mandata ſunt Ferrariæ apud Valentem Pannicium anno 1564. in 8. Tot proindè miratus ego unius Poetæ lucubrationes, cum primum ipſas perlegiſſem, propè attonitus, exclamavi.

Hermione, Hirtipyle, Veneres, Eidylia, Flores,
Stromata, Suſanum, Cyreſiumque melos,
Multaq; Farrago ſunt docta Poemata Crotti.
Nempe hic pro centum Vatibus unus erat.

Encomiaſtas ideò complures habuit, & hos quidem melioris notæ Poetas contemporaneos: Præcipui, quorum carmina, vel præfixa, vel ſubnexa Crottis libellis par pari referentibus, leguntur, fuerunt, Elius Capito, Albertus Furnius, Alexander Muſonius, Andreas Cipellus, Benedictus Pignattus, Cælius Gallaranus, Carolus Cattaneus, Curtius Balbus, Cynthius Joannes Baptiſta Gyraldus, Dominicus Mamarellus, Fabius Calandrius, Flaminius Nogarola, Flavius Antonius Gyraldus, Franciſcus Conternius, Fulvius Nepos, Furius Volaterranus, Hercules Sylvius, Joannes Bedullus, Joannes Baptiſta Bellinus, Joannes Baptiſta Muzzarellus, Laurentius Frizolius, Lilius Gregorius Gyraldus, Lucas Scalabrinus, Lucius Cotta, Paulus Botta, Petrus Judicius, Sander Cyprianus, Septimus Marcellus.

His accedit, & *Honorius Dominicus Caramella*, qui in ſuo Poetarum Muſeo, de Crotto magna venerandæ antiquitatis cognitione in Poematis claro, inquit. *Quid*

Quid dubitas Crottum venerandum dicere Vatem,
Priſci aliquod, qui vel carmine ſemper olet.

Præter enunciata fertur, & alia Poeticè conſcripſiſſe Julius, præſertim *Eidylia*, ſed quæ rapaci manu ſublata conqueſtus eſt memoratus Cælius Gallaranus, qui propterea plagiarium his proſequitur.

Quiſquis ſacrilega manu prophanus,
Sive Zoilus ille, ſivè Cacus
Crotti ſurripuit repente Muſas,
Expectet manibus ſacræ Megeræ
Juſta præmia, verbera, & flagellum.

Scripſit, & ſoluta oratione nonnulla conſueto nitore, cujuſmodi ſunt,

Epiſtolæ Familiares

Ex quibus extat ſine Elii pronomine vernaculo concepta ſermone

Julii Crotti Epiſtola ad Nicolaum Francum in commendationem elegantis ipſius Tragediæ, contrà plagiarium Vitruvium Roſcium Parmenſem, qui Crotti Verſiculos pro ſuis ediderat. Data Mantuæ MDXLVII. & cum Franci ejuſdem

Reſponſiva excuſa ibidem libro pr. pag. 53. Epiſtolarum diverſorum Auctorum collectarum, editarumq; per Venturinum Ruffinellum eodem anno 1547. in 8.

Proindè non ſolum in Poetica, ſed & in aliis quoque ingenuis artibus cognitum Crottum refert *Lilius Gyraldus de Poetis noſtrorum temporum Dialogo* 2. qui nedum hoc in loco, ſed & in aliis ſuis ſcriptis de Crotto, ut de Eleganti Poeta, & Philoſopho, ac de Amico Chariſſimo frequentem facit mentionem. Hinc & à Vincentio Madio inſigni Philoſopho Brixiano præcipuos inter amicos, & habitus eſt, & laudatus. Neque minus de Crotti amicitia gloriabatur magnus ille Principis Etruſcorum Epicorum Torquati Pater, Bernardus Taſſus, qui peculiari Patriæ Cremonæ Epitetho ſibi *Fidum* canit, dum inter proceres Gulielmo Gonzagæ Mantuæ Duci aſſiſtentes ipſum recenſens, ejuſq; Carmina celebrans in heroico ſuo Floridantis Poemate ſcriptum reliquit, *Cantu* XIX. *Ogdoaſticho* XVIII.

El Fedel Crotto,
C' hà ſtil sì puro, e sì colto, e sì grave.

Nimirum Crottus aliquandiù Mantuæ degit, Principibus acceptiſſimus. Quorum ruri inter delitias, *Cyreſium, & Suſanum*, ac alia panxit ad Cæſarem Gonzagam, Ferrariam ab indè concedens, reliquum ibi fuit, ubi Senex ille vivebat adhuc anno 1564. ad quem & meminit ipſius *Antonius Campus libro 3. Cremonenſium Hiſtoriarum.* Frater ipſi fuit Cajus Ortalus, & Patruus Mutius Crottus ambo non amuſi, de quo ipſe in Poematiis, & nos infra. Inter gentiles, at non Concives, inſignem novit Bartholomeum Crottum Poetam Regii Lepidi natum, Cremona tamen, ut ſuſpicor, oriundum, Elegantium cujus Carminum partem collegit *Jacobus Vectianus Regienſis* amæniorem literaturam aliquandiù profeſſus

in

in Municipio nobili Caſalis Majoris, & cum aliorum Concivium Poeſibus edi curavit *Genuæ* 1639. *in* 12. *apud Joſephum Pavonem*. Bartholomeum Crottum commemorant, & Gyraldus in Dialogis Poeticis, & Ludovicus Pariſetus antiquior, & quidem frequenter in ſuis Epiſtolis Horatiano more conſcriptis. Ante quos inclaruit Aloyſius Crottus ſub Franciſco Sfortia I. Med. Duce, cujus fuit à Secretis, eruditione conſpicuus, & literis ad ipſum à Franciſco Phileſpho datis; ut quinto ipſius Epiſtolarum libro legere eſt: ex quibus conſtat quanta inter utrumque familiaritas intercederet; quamquam de Cremona, ut diximus in pr. vol. aliquoties, iniquè, & malè Philelphus ſentiret. Si quid tamen per Xenocraticos opponi poſſet noſtri Crotti Carminibus, illud eſt, quod quandoq; laſciviunt, vertuntq; pupillas virgines in meretrices.

Eumdem vel commemorant.

Marcus Georgius Draudius in Bibl. Claſſica.

Gaddius de Script. non Eccleſ. Tom. 1.

Ranutius Gherus in deliciis CC. Poſt. Illuſtr.

Legatus in Muſæo Coſpiano lib. 2. *cap.* 2. *& alibi.*

Lamus in Somniis Cant. 2.

Hier. Novellus Vicentinus Cler. Reg. Somaſchenſis in ſuo Poematio, cui tit. *la Grotteide*, in quo opera conſulta agit de familia Crotta dicatum Petro Alex. Crotto Cremon. Patritio, nec non Prudentiſs., & Nobiliſs. Conſilio Cremonæ excuſo Mediolani apud Jo: Baptiſtam Paganellum 1617.

Hæc de Crotto ſcripſeram, cum Dionyſius Andreas Sancaſſanus Medicus Cymaclenſis homo excellenti doctrina inter Philoſophos, & Philologos meritò reponendus, nobis ſequentia eruditiſſima communicavit

Illuſtriſſimo Franc. Ariſio Cremon. J.C.
Dion. Andr. Sancaſſanus N.C.

Quoniam in altero tuo Tomo literatæ Cremonæ futurum indubiè credo memineris *Elii Julii Crotti* Poetæ Cremonenſis ſuaviſſimi, ſilere non debeo Opuſculorum ſuorum in Volumine, quod ſervo, Ferrariæ impreſſo A.C. 1564., duo Manuſcripta me habere Epigrammata digna, quæ Tibi communicem, ut libentiſſimè facio. Hermionum ergo in calce hoc lego cum Authoris ſui obſcuris tantum notis.

HE. *C A. Inf. Ap.*

QUi cupis Aonidum florentes ſcandere Colles,
Hic ubi in æternùm gloria ſumma viget:
Perlege facundi Divina Poemata Crotti,
Qui Plectro Phœbum, & voce ciere poteſt.

Poſt

Poſt Farraginum quartum librum itidem ſequens Ocdecaſticon lego.

Her. *Cal. Inſ. Ap.*

DUm te ſollicitum differt pia cura laboris,
Dumque ſacros numeros pumicis arte polis:
Exultant Muſæ, atque pater lætatur Apollo,
Et majora ferunt ſtemmata Crotte tibi.
Fama tui Plectri cunctorum acceſſit ad aures,
Miranſque Umbrarum Rex ea dicta tulit:
Mortali functus vita Orphus numne quieſcit?
An Phœbo gravior dulcius iſte canit?

Supererat ante Floraliorum ſpicilegia vacua pagella, cui hæc commiſi rudi Minerva.

Dion. *Andr. Sancaſs. Sacr.*

QUa die compulſus Stygiis conſiſtere tectis
Crottus honos Patriæ, Caſtalidumque decus:
Deſperans Vati ſimilem videre Cremona,
Et paſſis fletu crinibus ora rigans,
Ter Vale, dicebat mea laus præclara: ſepulchro hoc
Parnaſſique jubar, deliciumque jacet?
Ariſius *poſtquam ſed, ſæclis volventibus, Orbe*
Conceſſus numeros congeminare fuit.
Crottum *oblita ſuum tunc* Urbs *mulcere dolorem*
Viſa genis, & tunc exaruit lacbryma:
Ælius *& dixit, vel gaudet lucis uſura.*
Franciſcique *novo nomine vivus ovat:*
Promere vel voces Phœbus deſcendit humanas,
Et dare mellita carmina voce redit:
An mortale ſonat, denatos reddere vitæ,
Scriptoreſque meos luce beare ſua?
Hoc agit Ariſius. *Quis Phœbo æquare negabit?*
Phœbe necas tenebras? Hocque agit ARISIUS.

Vale Eruditorum noſtri Ævi facilè Princeps, Teque ad maxima natum inter Martis ſtrepitus cum Illuſtriſſima tua Patria incolumem numina ſervent. Vale inquam Cymacli VII. Kal. Maii A.C. MDCCII.

MDXLVI.

JOannes Franciſcus Perſichellus Antonii J.C. Filius Viciniæ S.Nazarii in Collegio Juriſperitorum Patriæ accitus die pr. Februarii 1646., & ex Decurionibus Vir non ſolùm genere, ſed animi magnitudine, & omni eximia virtute præſtans Orator Patriæ Mediolani ſedit, Mantuæ Judex Cauſarum Appellationis, & in ditione Veſpeſiani Gonzaghæ Sablonetæ Ducis Generalis Vicarius.

In

In Templo Divi Bartholomei Cremonæ hoc monumentum de eo proſtat.

D. O. M.

Jo: Franciſcus Perſichellus J. C. Integerrimus nulli æquanimitate ſecundus hic quieſcit Anno LXVII. obiit XV. Kal. Octobris MDLXXXX. Cæcilia Galarata Uxor Mæſtiſs. Viro Benemerito, & ſibi P.

Franciſcus Zava in Carmin., & in Orat. 2. ad Decuriones Cremon. pag. 24. hæc habet.

In eadem Civitate, Mantuæ ſcilicet, ab hinc non multis annis ea virtutis exempla Jo: Franciſcus Perſichellus reliquit, quæ nullo ævo ſunt intermoritura, digna mediusfidius antiquiſſima illa, & nobiliſſima Perſichellorum familia, quæ Virorum virtute præſtantium parens fuit ſemper fœcundiſſima.

Cavitell. in Annal.

Ant. Campus in hiſt. lib. 3.

Floruit, & alter Joannes Franciſcus, cujus Epitaphium legitur *in Carm. MS. Danielis Cajetani* dum obiit menſe Novembris 1527.

Hunc Patrem miſerabilis Cremona
Deflet, plangere nec dies, nec horas
Parcit pectora, quæſtor cauſam nuſquam
Amiſſum invenit illa Perſichellum.
Patrem filia ſic requiret orba
Charum, triſtis, egena, pacis expers.

Eod. Anno.

PAulus Manna Ord. Prædicatorum Theologus, ac Philoſophus magniloquus, in quo ſcientiæ ſedem ſibi ſtatuiſſe videbantur. Doctrinæ Angelici Præceptoris Propugnator fortiſſimus ſcripſit

Commentaria ſuper totam ſummam Theologiæ S. Thomæ Aqu. quatuor ingentibus Volumen. contenta. item

Commentaria profondiſſima ad mentem S. Thomæ ſuper univerſam Ariſtotelis Philoſophiam, aliis tribus voluminibus.

Extabant hi Sapientiæ Theſauri in Bibliotheca Patrii Cœnobii S. Dominici, ut aſſerunt Auctores de Manna ſcribentes, verùm ibi ſepulti, ſeù potiùs deperditi deſiderantur. Eum celebrant

Jo: Michael Plodius Vit. Vir. Illuſtr. Tom. 2. lib. 4.

Ambroſius Altamura in Bibl. Dominici.

Rovetta in Bibliotb. Chronologica Inſubriæ.

Eod. Anno.

JOannes Baptiſta Schitius Joannis Clementis Viciniæ S. Leonardi F. in Colleg. Juriſperitorum noſtræ Urbis receptus die 4. Novembris 1535. cujus tantum fuit ingenii acumen, tàm perſpicuè dotes, tantaque varia ſcientiarum genera, ut in ipſo unica Cremonen-

monenſis nominis gloria ſedem ſtatuiſſe videretur. Hic enim vix ab ephebis excedens cum à ſtudiis legalibus ſe refeciſſet paucos dies cum ſuis commoratus, à Paulo III. Farneſio Maximo Pontifice ſupplementum, equitatumq; Cæſari daturo in expeditionem Germaniæ, coacto exercitu firmiſſimo, Romam accerſitum in fidem Conſiliorum ſuorum Octavius Pontificis nepos, Cæſaris, & Philippi ejus filii decreto accipitur. In Conſilio Schitii omnes Octavii motus, omnes animi cogitationes, omnes ex tempore mentis præclari impetus acquieſcebant, nihil deniq; ab eo gerebatur, quod priùs conſulto Schitii ex auſpitiis non probatum eſſet. Confecto illo Bello in Patriam revertitur multis muneribus à Farneſii beneficentia donatus, cum jam Cremona aliquantiſper ſe ſuo Cive chariſſimo fruituram opinaretur, Cæſaris diplomate Mediolanum literis publicis in Ordinem Senatorum anno 1546. vocatur, qui vix dignitatem ingreſſus tantum ſui nominis famam concitavit, ut omnes ad eum Conſultum confluerent; unde incredibili ejus animi magnitudine, ac judicio perſpectis, tantum virtutis ſuæ ardorem tantum ſui deſiderium Carolo V. Imperatorum maximo, ac Philippo ejus F. Regum potentiſſimo injecit, ut Conſiliorum ſuorum participem, & Auctorem ad ſe accerſierint ampliſſimis, & omnibus honoribus perfunctus hanc ſordium pleniſſimam terram averſatus, qui boni extremam, & non fallacem quietem animo intendunt aſcendit dum eſſet Bruxellis, eo dignis parentalibus in illius Urbis majori Templo cum hac Epigraphe repoſitus eſt.

D. O. M.

Jo: Baptiſtæ Schitio Cremonenſi Viro clariſſimo, qui inter Mediolanenſes primum Senatores, deindè inter primos Caroli V. Aug. & Regis Phil. ejus Filii Conſiliarios cum integritatis, fidei, & prudentiæ gloria per quinquennium verſatus eſt Fratri Benemerenti Federicus Frater Mæſtiſs. P.

Obiit Bruxellæ omnibus maximum ſui deſiderium relinquens Ann. agens XLVIII. Id. Febr. MDLVIII.

Ejus Virtutis monimentum reliquit liber Aureus *De Duello inſcriptus*.

Poſt mortem Jo. Baptiſtæ in tanti Viri gratiſſimum monumentum Philippus II. Hiſp. Rex nobili Caſtrididonis Feudo in Cremonenſi ditione Federicum Jo: Baptiſtæ Fratrem motu proprio ditavit.

Lud. Cavitellus de eod. ſic ſcribit. *Jo: Baptiſta Schitius excellens J. C. Cremon. & Reg Senator ex familia antiquiſſima Oldroanda denominata à Jacobo Oldroando nuncupato Schizza, qui vixit circà annum* 1177. *& rexit Incolas Vicorum Bordulani, & Pratariſſi nunc Caſtri, Vicecomitum, & dimiſit poſt ſe ſex filios, à quibus proceſſit familia nuncupata Schitia &c.*

Zava in Orat. 4. *in Parental. Illuſtr. Vir.* plura, & alibi crebrò.
Nicolaus Gallina Sylva ad Jo: Baptiſtam Schitium in Carm. Cremonæ editis 1563.
Alex. Lamus diffuſè in cant. 2.

In funeribus Schitii Cremonæ habitis oravit Joannes Baptiſta Mainoldus J. C. Coll. Cremon. de quo ſuo loco, & *Hieronymus Faballus* Laudenſis publicus Rethoricæ præceptor Orationem vulgavit typis *Vincentii Comitis Cremonæ* 1561., quam nunc ſubtexere viſum eſt, ut Herois laudes meliori calamo expreſſę videantur

VEreor, Cives optimi, ne, quæ res duæ me maximè commovent, eæ veſtram ambæ expectationem decipiant, ſummus dolor, & rei magnitudo, quæ mihi apud vos nunc evolvenda eſt. quarum altera ex gravi Jo: Baptiſtæ Schitii jactura, altera ex hujus ipſius eximia virtute, ſummaq; amplitudine naſcitur. ſentio ego ipſe, quantus mihi mentem impediat dolor, quem hæc veſtis mutatio auget, hæc lachrymarum vis, atq; copia, quas in ejus parentalibus publicè decretis vos ſordidatos, ſqualloréque obſitos profundere intueor. nec mea me fefellit opinio. initio, cum à me petiſtis, ſummeq; contendiſtis, ut hunc ampliſſimum virum more majorum pro concione laudarem, ſciebam equidem talem rerum ſpeciem meis oculis oblatum iri, neq; enim levis eſt jactura, quam in hujuſce viri interitu populus Cremonenſis fecit, cum ſit orbatus nõ modo cive clariſſimo, ſed etiam optimo patrię parente, qui omnes ſuas curas, & cogitationes ad patriæ dignitatem, atq; ſalutem conferebat, qua in cogitatione, & quantum dignitas civitatis diminuta fuerit, & quantum patriæ præſidium perierit, recordamini. quarè ob tantam cladem, communemq; jacturam dò veniam veſtris lachrymis; laudòq; veſtram in hunc optimè de patria meritum virum, fidem, & humanitatem, cui juſta magnificè ſumptu publico hodie perſolvenda decreviſtis, quo honore eos cives amplificare ſoletis, qui pro dignitate patriæ, pro civium ſalute, prò univerſa Repub. digniſſimè fecerint. ſed vereor, cives optimi, ne parum cautè, prudenterq; feciſſe videamini, qui præteritis ſummis oratoribus, maximiſq; viris à me uno haud pererudito homine popoſceritis, ut hunc virum pleniore ore laudandum pro concione ſuis laudibus ornem; ſingulareſq; ejus virtutes commemorem. negotium me herculè lautum, & quod majoris, perſpicatioriſq; ingenii indiget, hominemq; magis exercitatum depoſcit. vos optimi teſtes eſtis, quantum vobiſcum repugnanter egerim, neq; enim me præteribat, aureum quoddam orationis genus in eo eſſe oportere, qui ſingulares, atq; divinas tanti herois laudes cumulatè explicare velit, animumq; illius excelſum, & altum, ſummiſque virtutibus exaggeratum, ſuis luminibus, ac coloribus depictum com-

mon-

" monſtrare; cujus fama iiſdem, quibus ſolis curſus, terminis continetur, quem omnes gentes ob res præclarè geſtas prædicant, qui implevit orbem terrarum nominis ſui gloria. jamq; perſpiciebam mente, & cogitatione, quæ ſtudia hominum, qui concurſus hùc fuiſſent, quantam auditorum multitudinem Jo: Baptiſtæ Schitii virtus concitatura, quantam deniq; audientiam orationi meæ dignitas illius factura eſſet. veniebat etiam mihi in mentem aliquod conſolationis genus eſſe excipiendum, ad leniendum veſtrum dolorem, quos ſciebam, me inventurum affectos, atque afflictos deſiderio tanti civis, cui officio me imparem, atque impotentem planè perſpicio. his de cauſis à me tantum onus abiicere volebam; atq; abieciſſem, niſi veſtra, qui à me contendiſtis, apud me, & amicitia, & dignitas plurimum potuiſſet. quorum ego neque benevolentiam erga me ignorare, nec auctoritatem aſpernari debeo. itaq; hoc onus ſuſtuli magis coactus, quàm paratus; hac conditione, ut mihi ad ignoſcendum veniam detis, ſi minus dignè, quàm par eſſet, dicendo conſecutus fuero omnia, quæ Schitius Cremonæ, quæ Romæ, quæ in Germania, quæ Mediolani, quæ primum apud Cæſarem Romanorum Imperatorem, mox apud Philippum Regem ejus filium, ſumma laude geſſit, aut ſi non ſatis exquiſitam conſolationem adhibuero; hoc onus aliqua ex parte allevabitis, ſi meæ mediocritati, vel potius in dicendo tenuitati ſubvenietis. quod erit, ſi pluſquam ego dixero, voſmet intelligetis; ſi veſtra ſapientia, atque conſilio veſtrum dolorem comprimetis, aut ſaltem mitigabitis. contendam tamen pro viribus meis, ut nihil, quod ad viri dignitatem, nihil, quod ad amplitudinem, nihil, quod ad veſtri doloris conſolationem pertinet, prætermiſſum videatur. Atq; ne vobis in dicendo nimius ſim, aut viri commendationem vobis videar quærere ab his, in quibus fortuna aliquem locum obtinet, quæ non ſunt noſtri, neque juris, neq; arbitrii, aut ab his, quæ natura elargiatur, quæ de hujuſce generis nobilitate, quæ de corporis dignitate dici poſſent, omittere conſtitui. cum præſertim me etiam tacente, cuique veſtrùm exploratum eſſe poſſit, non modo quam nobilis, quam antiqua Schitia familia, ex qua Clemens hujus pater, de quo ſermo inſtituitur, ortus eſt, ſplendidus planè vir, nec minus in omni munere vitæ plurimarum rerum uſu præclarus, quàm temperatis moribus inſignis, eaque probitate, ea religione præditus, quæ in optimo quoq; & ſpectatiſſimo viro eſſe poſſit, non ſolum ſuis civibus, ſed etiam exteris omnibus, quibus potuerit aliqua de cauſa eſſe notus, uſu nota & ſpectata, ſed etiam, quæ illi fuerit corporis dignitas, qui vultus, quàm liberalis facies. itaque hunc hominem duxi ſolum laudandum eſſe ab animi bonis, quæ ipſe Stoicos ſecutus, indè à pueritia voluit eſſe ſibi ſubſidium ad omnis ſuæ ætatis decus, & ornamentum, arbitratus nihil, aut parum laudis ſibi generis nobilitatem,

„ honeſtum patrimonium, patriæ ſplendorem eſſe allaturum.
„ dicam igitur, quàm optimè potero, primùm, quantum præſtiterit virtutis, & ſapientiæ gloria; deindè, quos honores, quaſvè dignitates conſecutus fuerit; poſtremò experiar, an tantum dolorem animis veſtris infixum lenire, mitigareq; poſſem. quamobrem cives optimi in rem ipſam ingrediar. Sed priùs à vobis quæſo, atq; obteſtor, ut vobis, dum dicam, temperetis. tantumq; fletum cohibeatis. ne fortè mihi vobiſcum flenti tantam cladem, publicamq; jacturam aditus prȩcludatur ad perorandum reliqua. Jo: Baptiſta Schitius, puer admodum, multis jam id ætatis datis ſignis, & pudoris, & ingenii, quibus parentes idoneum ad capeſcendam omnem virtutem judicarent, traductus eſt ad ludi magiſtros, ut prima rudimenta literarum, & quæ ad alias artes, ſummaſq; virtutes aditum præbent, doceretur. quæ omnia cum eſſet acutiſſimo ingenio præditus, incredibili facilitate arripuit. in quo divinam quandam ingenii abundantiam ſuſpiciebant omnes, ſummamq; morum probitatem admirabantur; nemoq; erat, qui non eximiam ſpem, & virtutis, & dignitatis in eo poneret; quam non modo ſuſtinuit, ſed etiam ſuperavit. nam ut primum ex pueris exceſſit, atque ab his artibus, quibus puerilis ætas ad humanitatem informari ſolet, ad juris civilis ſtudium tranſvolavit. cum ſe totum addixiſſet repudiatis libidinum illecebris, quibus ea prona eſt ætas, tantam in hac juris facultate progreſſionem fecit, ut paucis poſt annis in Gymnaſio Ticinenſi florentiſſimo; quò ex omnibus provinciæ partibus ingenui, perſpicaceſq; adoleſcentes confluunt ad ſtudium tùm legum, & juris civilis, tùm philoſophiæ, cæterarumq; optimarum artium, omnium peritiſſimus declaratus fuerit: ſed quotus, rogo, in patriam reverſus cum inſignibus ſuorum ſtudiorum, in ornatiſſimo veſtrorum juris peritorum Collegio habitus fuit? non minutulus quidam legulejus, ſed is, qui ea omnia, quæ in toto jure ſunt, optimè ſciret. neque fefellit veſtrorum jureperitorum judicium; ingreſſus enim in aciem forenſem, ut amicorum cauſas ageret, atque tueretur, cum controverſias ipſas non modò diligenter, & eruditè, ſed etiam caſtè, & integrè agere, tueriq; cæpiſſet, brevi tempore eò celebritatis progreſſus eſt, ut unus ferè in foro regnare videretur; illiuſq; domus eſſet ferè totiùs civitatis oraculum; quò undique medius fidius urbs noſtra confluebat propter ſpectatiſſimam viri virtutem, & ſolertiam, & probitatem, neq; enim ulla ferè dies præteribat, qua non aliquam cauſam conficeret. non eſt, quod ſingulas cauſas recitem, quas in hac civitate terminavit; quoniam eorum maxima pars hic præſentes eſtis, quorum cauſas is ſuſcepit, ac in forenſibus diſceptationibus acerrimè, prudentiſſimeq; tutatus eſt, nulla ſpe lucri adductus, ſed laudis cupiditate flagrans, quam loco præmii voluit ſibi eſſe. ſentitis, me minimè mentiri, hujus profectò incredibili, ac propè

divina

„ divina in dicendo jure ſcientia vulgatum erat in tota Italia, etiam
„ Cremonæ alterum Scævolam juriſperitorum eloquentiſſimum,
„ eloquentium juriſperitiſſimum vivere. Hac celebritate famę cum
„ eſſet abſentibus notus, in primis auguſtiſſimo purpuratorum
„ collegio, eum, è cauſis privatis primus Cardinalis Gambara,
„ non ſine totius noſtræ civitatis detrimento, atq; incommodo ad
„ ſe evocavit. ſuòq; ſacerdotio præfecit, quod munus ita obiit, ut
„ omnibus planum fecerit; quanta juris civilis diſciplina eſſet eru-
„ ditus, quanto ingenio acutus, quanta in rebus agendis prudentia,
„ quanta fide, àc innocentia inſignis. quamprimum omnibus ita
„ ſe probavit, ut omnes boni honoribus inſigniti, multa etiam
„ doctrina exculti in ejus familiaritatem ſe recipi optarent, admi-
„ rati ejus in explicando jure ſcientiam, ingenium, humanitatem,
„ ſtudia, probitatem, moreſq; ſuaviſſimos. Ex omni purpuratorũm
„ numero nemo erat, qui non eum de rebus magnis, ac difficilibus
„ libenter conſuleret, pro comperto habens certum, & ex legum
„ præſcripto eſſe, quod judicaſſet, atque conſulviſſet. mox multis,
„ magniſq; in cauſis ſpectata hominis virtute, quæ ſub toga conti-
„ neri non poterat, indiciis magis, ac magis in dies prodita, eum
„ Farneſius, quem Paulus III. Pontifex maximus præfecit legatum
„ magnis copiis, omnibuſq; rebus ornatis, atq; inſtructis, quas
„ Cæſari auxilio mittebat, ſibi conſiliarium delegit, cum impera-
„ tor ipſe luce illa præclari, ac excellentis ingenii, quam totus ter-
„ rarum orbis divinam toties, ac ſingularem expertus eſt, Italorum
„ militum, atq; Hiſpanorum unà cum Germanis illis, qui in offi-
„ cio, & fide permanſerunt, ſatis firmum exercitum comparavit
„ adverſus paucos quoſdam totius ferè Germaniæ viros conjuratos,
„ qui animis ambitione corruptis traducti in mala conſilia impurè,
„ & flagitiosè vivendo de diis immortalibus, de ceremoniis, deque
„ omni ſanctitate, iniqua, & impia loquebantur. nihilq; penſi ha-
„ bentes, quicquid eſt tenebrarum, jam imperitæ multitudinis
„ animis offuderunt; atq; non tantum omnes ferè populos à repub.
„ chriſtiana malè ſuaſos, ac ſcelerata quadam ſeceſſione deficere
„ fecerant, ſed etiam eò dementiæ pervenerant, uti neque Pontifi-
„ cis, neq; Imperatoris juſſa, atq; imperia audirent. Multa quidem
„ enituerunt in Schitio admiratione digniſſima, ſed neſcio, an hoc
„ quicquam fuerit admirabilius, quia quod ab eo admodum non
„ expectabatur, qui totam adoleſcentiam in juris civilis diſciplina
„ capeſſenda diuturnum tempus in forenſi opera conſumpſerat; in
„ hoc is pręter omnium opinionem excelluit. Quis veſtrùm, quæſo,
„ eſt, qui ab eo laudem in re militari expectaret; at tamen mirum
„ eſt, quanta, & quàm præſtabilis in univerſo jure belli ſcientia
„ viguerit in hoc viro. nondum ſatis exploratum apud me eſt, ſoli
„ ne patrii vi quadam naturali id evenerit, in quo viguerunt ſem-
„ per ſtudia diſciplinæ militaris, Cremonenſiſq; natio ſemper
„ habita fuit bellicoſiſſima, utpotè quę à Romano populo omnium

gentium

gentium victore originem duxerit, an incredibili quadam ejus ingenii magnitudine, quæ non deſideravit indocilem uſus diſciplinam. Itaq; hoc conſiliarii munus quanta dignitate, quanta cum totius exercitus admiratione obierit, eorum judicio ſtatuendum relinquo (ſi qui ſunt in hac auditorum frequentia) qui in Pontificis exercitu adſcripti fuerunt. novit clarè Cardinalis Farneſius viri ſolertiam, & expertus eſt, quantus Schitii labor fuerit in negotiis; quanta fortitudo in periculis; quanta induſtria in agendo, quanta celeritas in conficiendo, quantum denique conſilium in providendo. vellem mihi foret ea dicendi facultas, qua poſſem facere, ut, quæ ille præclarè, quæ egregiè confecit, ea æquè magna, ac digna vobis viderentur, ac illis viſa ſunt, qui interfuerunt; ſed ſtatuite vobis ante oculos virum hunc ſtantem, ac vigilantem in Exercitus vigilia, nec unquam oculos ab eo abiicientem, ut ſuis cuſtodiis, vigiliis, quò intendebat, maturè cum exercitu perveniretur; caſtriſq; locus peridoneus ſemper caperetur; ſuper omnia fames, ac cibariorum inopia vitaretur; milites in officio continerentur; inſidiæ etiam hoſtibus collocarentur; & quæ eſſent abſtruſæ, ſemper longè, præviderentur; & alia id genus, quæ ſunt ejus propria conſiliarii; ad quem ſumma omnium conſiliorum reducitur. Hinc etiam ponite ante oculos ad hunc verum, quaſi ad magiſtrum veteris militiæ cæterorum militum concurſum, quibus cum in dies magis, ac magis in hoc bello perſpicua fieret mirifica viri ſcientia, atque præſtantia in univerſo jure rei militaris, quam in umbra, & otio ſemper diſſimulavit, abditamq; compreſſerat, ad ejus contubernium, quaſi ad quandam ſcholam confluebant; ibiq; certa quadam, ac exquiſita ratione diſputabatur de re militari, de optima belli ratione, de iis rebus, quæ maximè ineſſe debent in certiſſimo, & optimo milite, ut omnes numeros expleat. quid hic commemorem eos, qui ex provocatione ſingulare certamen inituri ad hunc tanquam ad oraculum confugerunt? cum illorum adhuc ſit recens memoria, neque mihi admodum multa dicere neceſſe eſt, ut vobis exponam, quanta cum dignitate uſquequaq; homo conſultiſſimus illorum honorem, & exiſtimationem proſpexerit, & defenderit. cum inter alia ipſius exquiſiti judicii, & conſilii monimenta, extet ille aureus libellus, quem viri præclariſſimi, reiq; militaris ſcientia præſtantiſſimi legentes exoſculantur, ſummè admirantes exquiſitas rationes, quibus planum facit, qui cum alio ſibi certamen inſtituere poſſit; quoſvè provocantes, ut indignos, negligere, & præterire poſſumus exiſtimatione ſalva; an quod injuriosè dictum, factumve eſt ullo verborum genere, emendetur, aboleaturvè, ad utrum pertineat alteri armorum genus præſcribere, locumvè pugnæ dicere. quò ſint leges privati certaminis æquabiles, & cætera, quæ ſpectant ad hujuſmodi dimicationem, quam vulgò minùs ſcitè duellum vocant. itaq; cum ejus

nomen

„ nomen per totum terrarum orbem eſſet divulgatum propter
„ incredibilem virtutem, admirabilemq; ac penè divinam in rebus
„ agendis prudentiam, abſens Senator declaratus à Carolo V. Ro-
„ manorum Imperatore; Roma in ampliſſimum Senatorum Me-
„ diolanenſium ordinem adſcitus eſt in Franciſci Sfondrati locum,
„ quem meminiſtis inter primos Senatores in cauſis publicis, judi-
„ cumq; ſubſeliis verſatum à Summo Pontifice Paulo III. ob ejus
„ eximiam virtutem, ad aliud vitæ genus translatum fuiſſe, ut in
„ auguſtiſſimum Purpuratorum collegium cooptatus religioni prę-
„ eſſet. nemo, arbitror veſtrùm ignorat Franciſcum Sfortiam, cum
„ primum Mediolano, atque huic imperio præfectus fuit, omnem
„ curam, & diligentiam defixiſſe in cooptando Senatu, quem ut
„ ex optimis, præſtantiſſimiſq; hominibus conflaret, quibus tantæ
„ curæ adminiſtrationem concrederet; tantumq; Magiſtratum
„ mandaret; exploravit omnes ſuæ ditionis civitates; omnes, in-
„ quam, juriſperitorum ordines, ſicubi aliqui reperirentur, qui tantę
„ provinciæ forent idonei. cumque multos in hac civitate veſtra
„ reperiſſet, qui hoc honore digniſſimi viderentur, ne aliis provin-
„ ciæ civitatibus invidioſum foret, tres tantum excerpſit; decre-
„ tòq; ſanxit, ut ex veſtris jureconſultis aliqui in hunc graviſſimum
„ ordinem adſciti publicis cauſis judicandis ſemper præeſſent. &,
„ cum contigiſſet aliquem, aut morte de medio tolli, aut ad altio-
„ rem dignitatis gradum evehi, ex hoc collegio alius in ejus locum
„ ſufficeretur, quem frequens fama excellentis cujuſdam ingenii,
„ & ſpectatæ virtutis undiq; commendaret. vita deindè defuncto
„ Sfortia, omniq; poteſtate ad Cæſarem translata locum, vimque
„ ſuam obtinuit hoc Sfortiæ decretum. nam (ut ſupra dixi) Sfon-
„ drato in ordinem Cardinalium adſcito, Cæſar Jo: Baptiſtam Schi-
„ tium accerſivit, quem omnibus Senatoribus approbantibus in
„ ejus locum ſuffecit non ſolum ob totius juris cognitionem, verùm
„ etiam plurimarum rerum uſum. ſciebat enim, cum in multis,
„ magniſque negotiis ſumma laude verſatum eſſe Quantus, Deus
„ immortalis, & quàm admirabilis Schitius fuit in hac Senatoria
„ poteſtate? in qua ita ſe geſſit, ut nihil ei defuerit, quod ab eo
„ requiri poſſet; primum tanta fuit illi totius juris cognitio, ut
„ illius admirabilem quandam in jure dicendo, æquitateq; expli-
„ canda ſcientiam cum incredibili quadam, ac pænè divina ſapien-
„ tia conjunctam cæteri Senatores admirarentur. hunc ſanè virum
„ propter juris præſtantiam, qui habebant in tota provincia con-
„ troverſias graves, atque arduas quæſtiones, adibant rerum ſua-
„ rum incerti, quos ipſe ope ſua ex incertis certos, compoteſque
„ conſilii dimittebat. quodcunq; cenſebat, atq; judicabat, firmum
„ manebat, & certum, ac pro oraculo habebatur, quod conſule-
„ bat. undè poterat ſuo jure dicere id, quod dicit apud Ennium
„ Pythius Apollo ſe eſſe eum, unde ſibi omnes non ſolum ex pro-
„ vincia Mediolanenſi, ſed etiam tota ex Italia, finitimiſq; pro-

vinciis

vinciis viri conſilium expeterent. teſtis erat domus ejus, cujus janua, ac veſtibulum maximè quotidiè frequentia civium, ac ſummorum hominum ſplendore celebraretur; hæc quidem fuit divina, & incredibilis virtus hujus Senatoris, quid cæteræ hujus virtutes adminiſtræ, atq; comites? gravitas, temperantia, omnibus in rebus innocentia, fides, facilitas, humanitas, moderatio, fortitudo, pietas, quantæ, & quam admirabiles in hoc uno Senatore fuerunt? quis enim illo gravior, atq; conſtantior unquam fuit, aut eſſe debuit? qui cum perſpectum haberet gravitatem eſſe quandam animi conſtantiam, ac ſeveritatem in rebus gerendis, hanc ita cuſtodiendam ſibi propoſuit, ut nihil unquam fecerit, aut dixerit, quod eſſet alienum à recta ratione, quæ eſt ipſarum legum non modo conſervatrix, & emendatrix, ſed etiam generaſſe eas quodam modo videri poteſt, & earum eſt, ut ita dicam, quaſi anima, atq; medulla. quis illo temperatior? cui tàm laudabilis animi motus, tàm recta mentis affectio ſemper fuit, ut à recto, aut legum præſcripto, aut juris norma, aut judicii formula, aut legibus, nulla neq; utilitatis ſpecie, neq; commodi alicujus, aut voluptatis gratia divelli potuerit. is ſi tàm latè patenti poteſtate, atq; licentia uti voluiſſet ad quęſtum, non dicam maximam pecuniæ vim, atq; copiam, ſed (ut ajunt) montes aureos conflare potuiſſet. ſed, cum bonum, & æquum omnibus divitiis carius, antiquiuſq; haberet, animum adverſus pecuniam, avaritiam, cæteraſq; cupiditates tàm fortem ſemper geſſit, ut, eum nulla umquam lucri ſpes tranſverſum egerit; cum tamen admoneri poſſet, non eſſe in tanta occaſione indormiendum, ſed aſſidue operam diligentem navandam in parandis opibus ob ſatis magnum fratris liberorum numerum, quos omnes optimæ indolis in mediocri patrimonio reliquit. Quis non admiratus hujus viri innocentiam? quis ita ſe geſſit adverſus omnes, ut omnibus profuerit, nemini unquam volens, ſcienſq, niſi qui ſibi iniurius fuerit, noverit, nemini inquam, invidioſus extiterit quantum verò ejus fidem in rebus creditis æſtimatam putatis? qua Carolo V. Romanorum Imperatori, & Philippo ejus filio, omnibuſq; bonis oſtendit, quantum provinciæ Mediolanenſis ditionis addictus fuerit. jam verò quæ par eſſe poteſt oratio hujus facilitati? ad quem ita faciles tàm tenujum, quàm divitum aditus ſemper fuiſſe dicuntur, ut is, qui inter principes legum diſceptatores excelleret, facilitate infimus videretur. Humanitate jam tanta fuit, ut difficile dictu ſit, utrum ejus virtutes magis admirarentur, an manſuetudinem diligerent, qui cum eo verſabantur. qua uſus fuit, quia perſuaſum haberet vir prudentiſſimus, gravitatem multo laudabiliorem fore, ſi ea lenitate condita fuiſſet. quis illo pudore, & modeſtia inſignior? qui cum in ampliſſimo dignitatis gradu locatus eſſet, eam tamen modeſtiam præ ſe tulit, ut nunquam ſe inſolenter extulerit, nunquam ſe tumidum, aut

infla-

inflatum; ſed ut bonos homines decet, modeſtia quadam temperatiſſimum ſe præſtiterit. Neſcio, an in reliquis omnibus Senatoribus tanta animi magnitudo fuerit, quanta in hoc uno Senatore, quæ multis in rebus aliis cognita fuit; ſed maximè in controverſia illa de rebus capitalibus, quæ inter Petrum Columnam, & majorem Papiæ magiſtratum; quæ poſtquam diù agitata eſt in Senatu, demum convenit utriſq; ut judex tantæ controverſiæ daretur; de tanto collegio Senatorum datus eſt Schitius, qui ex legis præſcripto tantum pro Papienſi Magiſtratu ſententiam tulit, cui omnes Senatores aſſenſi ſunt; ægrè tulit unus adverſarius, qui etiam minatus eſt judici ob id ipſum, quod in eum ſenſiſſet, atq; judicaſſet. at is, ut erat animi excelſi, atq; invicti magnitudine, ac robore præditus, ità intrepidè, atq; fortiter ſuam, totiuſq; Senatus dignitatem tutatus eſt; ut neque togatus, neque abjecta ſenatoria perſona, hujus acerrimi, & potentiſſimi adverſarii minis ceſſerit. quanta pietate fuit in Deum? quanta in Rempubl. Mediolanenſem? quanta in patriam? quanta deniq; in omnes bonos? jam verò quantum eloquentia valeret, in qua eſt quædam Senatoria dignitas, expertus eſt Venetus Senatus, ad quem miſſus eſt de maximis rebus legatus. jam verò illud non longam orationem deſiderat, quanta diligentia, ſolertia, & prudentia præſtiterit. id enim latiſſimè patuit ex cenſura illa, quam ea cura, & ſtudio, & integritate obiit; ut in ærarium publicum maximam pecuniam retulerit; quæ à Quæſtoribus, & publicis miniſtris debebatur; qui ab aliis cenſoribus iniquè confectis rationibus perperam abſoluti fuerant. alioſq; qui iniquè oppreſſi tenebantur, abſolvit. hac cenſura diligenter exacta Cæſar hunc propter ſummas virtutes, ſummamq; in rebus agendis prudentiam electum ex omni Senatorum ordine accerſivit, ut ſibi primum, mox Philippo ejus filio adeſſet conſiliarius, atq; de ejus ſententia res Italiæ omnes conſtituerentur. quo in munere obeundo declaravit, quantum conſilio, prudentia, fide, diligentia valeret. multa enim geſſit immortalitate digna apud Cæſarem, & Philippum, quæ ſi omnia commemorare vellem, tempus me hercle potiùs, quàm oratio deficeret; unum tamen ſilentio non prætéribo. Loquor notiſsima, & recentiſſima, cives optimi, cum multos annos atrociſsima bella inter duos potentiſsimos reges arderent, maxima cum populorum pernicie, quotidièq; magis, ac magis omnia exhaurirentur, ac vaſtarentur, periculaq; majora in dies omnibus gentibus imminerent; is, ut erat divino conſilio, optimaq; mente præditus, optimus animorum conciliator tanquam belli, & pacis interpres, quàm potuit maximè exquiſitis rationibus interpoſitis effecit, ut inter duos reges induciæ eſſent quinquennales, quæ incredibilem lætitiam non ſolum toti Italiæ, ſed etiam omni Galliæ, ac propè univerſo terrarum orbi attulerunt. cæterùm hæc lætitia non fuit diuturna ob alterius regis cupi-

ditatem quandam, qui rerum novarum cupidus, quietiſq; diuturnæ impatiens violavit inducias. in hac re tàm diligenter exacta planum fecit Philippo, omnibuſq; viris præclariſſimis re eſſe eum, cujus ſolertiæ, ac ſapientiæ omnia tutò committi poſſent, qui cum quotidiè aliquid immortalitate dignum conſtitueret in hoc excelſo dignitatis, & honoris gradu locatus, omnibus mortalibus incredibilem ſui expectationem excitavit, quam etiam viciſſet, niſi in medio ſuarum rerum curſu morte immatura præventus eſſet, ob nimis, credo, laborioſam vitæ rationem, quam, ut mandato ſibi tanto muneri ſatisfaceret, jampridem ſuſceperat. Nemo veſtrùm hic adeſt, qui non audierit illum, ſi paucos adhuc menſes vixiſſet, in Cardinalium collegium cooptatum iri, qui Pontifici maximo tanquam ſacrorum regi aſſident conſiliarii, atque miniſtri. O invidam, ac importunam mortem, quę noſtras ſpes fallaces, cogitationes inanes, irrita vota eſſe voluit. quæ, inquam, tàm excitatum virum ad gloriæ, honoriſque omnis metam è recto curſu revocavit interclusa via, per quam ad ſupremos dignitatis gradus properabat? quam cladem, quam perniciem graviorem afferre poterat tàm ipſi viro, quem avertit ab honorum curſu, quàm noſtræ reipub. & aliis permultis? ſanè jactura eſt totiùs Italiæ communis. etenim tali viro ablato maximum ſanctiſſimi ſenatus ornamentum interiit. non mediocrem partem ſui conſilii Philippus Rex amiſit. pulcherrimus Italiæ flos decidit. Cremonæ ex oculis alter effoſus eſt. civitatis ſubſidium ademptum eſt. quamobrem talis viri occaſum nemo æquo animo ferre poteſt. Senatus illius deſiderio uſque luget. illius mortem uſque mæſtiſſimus Philippus. omnes boni paſſim in tota Italia mærent. afflictantur municipia, agri tàm beneficum, tàm ſalutarem, tàm manſuetum virum deſiderant, vos cives Cremonenſes in foro, in curia, in vicis, in templis, in domibus illum defletis. illum ademptum ſuſpiratis. nec mirum, cujus ſimilem neſcitis, an unquam ſitis habituri. quem dum lugetis, non modo civem, verum etiam patriæ parentem lugetis; qui omnes ſuas curas, & cogitationes ad Reipub. utilitatem, patriæq; ſalutem ſemper referebat; cujus honore patria ornabatur, dignitate augebatur, commodis amplificabatur. qua in cogitatione quantum patriæ nomen, atq; auctoritas fuerit diminuta; quanta de ſpe commodorum, quæ in primis ad vos perventura erant, ſi ei longiore vita, qua dignis. erat, frui licuiſſet, decideritis, recordamini; augetis dolorem, quod magna ampliſſimorum civium inopia, vir maximè egregius, patriæq; amantiſſimus, ac maximè deditus alieno reipub. tempore extinctus, & auctoritatis, & prudentię triſte vobis deſiderium reliquit. In hoc tanto dolore ſtatui meæ in vos pietatis eſſe non tacere, ſed adhibere aliquam modicam conſolationem, quæ ſi minus tollere, at aliquantum minuere hunc veſtrum dolorem poſſit. ſed quod conſolationis

genus

genus adhibere poſſum; quod mihi non ſit miſerum, atque acerbum? propterea quòd ego, per quem id fieri debet, pari moleſtia afficior. ut aliorum conſolatione magis ipſe egeam, quàm aliis hoc officium præſtare poſſim. meum tamen dolorem, quoad potero, vincam, ut veſtrum aliquo modo minuam &, quæ mihi in præſentia ſuppetunt, ea ad vos afferam. non quòd ea vos fugere exiſtimem (ſunt enim maximè vulgata, & quæ ſemper in ore, atque in animo omnium eſſe debent) ſed quod forſitan dolore impediti minus ea perſpicitis. quid eſt igitur, quod tantum vos commoveat veſter dolor inteſtinus? an quia ante tempus vobis morte raptus eſt Schitius? quaſi id ante tempus fiat, quod omni in tempore fieri poteſt. multos in omni ætate aditus eſſe morti, quæ nullum neque ordinem, neque legem habet, quis ignorat? ſenes decrepitos videmus cunctari, juvenes feſtinare, infantes in cunis, & in primo vitæ limine rapi. hic ſerius licet, ille ocyus, hic maturus, ille acerbus, nemo tamen non moritur; & in qualibet ætate quis obierit, & ſi acerbus, tamen morte maturuit. quid ità? quia quam vitæ uſuram natura dedit, tanquam pecuniæ nulla præſtituta die eam repetit, cum vult. ea enim dedit conditione, & nos accepimus. neq; eſt dicendum, quod brevis cuique ea ætas ſit, cum nulla ætas longa dici poſſit, quid omninò homini longum? non ne modo pueros, modo adoleſcentes, in curſu à tergo inſequens, nec opinantes aſſecuta eſt ſenectus. ſed, quia ultra nihil habemus, longum dicimus; ut cuiq; data ſunt pro rata parte, aut brevia, aut longa dicuntur. ſed re vera quicquid hic vivitur, breve eſt. itaque ſi quem diù vivere delectat, vitam illam quærit, quæ æterna fieri poteſt. quæ & ſi hic non eſt, tamen hic quæri poteſt, quod cum optimè, digniſſimeq; fecerit vir ipſe ſapientiſſimus; quid eſt, quod queramini brevem ei fuiſſe ætatem, qui tandiù vixit, ut ſibi conquiſiverit, unde vivere ſemper poſſit? at verò eo jam frui nobis non licet. veſtrum eſt id malum, quod modicè feratis, ne id non ad amicitiam, ſed ad domeſticam utilitatem referre videamini. at vero tunc, è vita ceſſit, cum multa, magnaq; paraſſet, & agere cæpiſſet. hoc non graviter ferre debetis, ſed potiùs aliorum eventis memoria repetendis cogitare, nihil novi vobis accidiſſe, falluntur homines cum in multis, tùm in morte, quàm venturam, nemo eſt, qui neſciat. confidunt enim, & ſperant, à ſe procul abeſſe, quam ſibi vicinam vitæ brevitas, & fuga temporum facit; atq; in medio rerum curſu præveniuntur, quod ſi illa res vos cruciat, quæ magis amoris eſt, ut ejus, qui occidit, miſerias lugeatis, quid mali eſt in morte, in qua ſenſus, qui reſidet, immortalitas potius, quam mors ducenda eſt iis, qui benè, beateq; vixerunt? quis verò melius, rectiuſq; Schitio unquam vixit? quis dignius? quis magnificentius? non obiit Schitius, ſed abiit; neque enim ejus virtus, egregiaque

" facinora perierunt, quæ nunc omnes gentes loquuntur, nulla
" obliviſcetur poſteritàs? nulla obmuteſcet vetuſtas. quarè, ſi
" vobis unum hoc detrahi poteſt. nequid ei, quem ſemper ama-
" ſtis, & coluiſtis, mali putetis contigiſſe, per multum erit ex
" mærore veſtro diminutum. relinquetur enim ſimplex illa jam
" cura doloris veſtri, quæ non cum illo communicabitur? ſed ad
" vos ipſos propriè pertinet. in qua non eſt jam gravitatis, ac
" ſapientiæ veſtræ; qua vos ſemper præſtitiſtis. ferrè immodera-
" tius caſum incomodorum veſtrorum, qui ſit ab ejus, quem dile-
" xiſtis, miſeria, maloq; ſejunctus; etenim eoſdem vos ſemper in
" publicis, & privatis præſtitiſtis, vobis eſt ſervanda gravitas, &
" conſtantia; & quod eſt allatura ipſa diuturnitas, quæ maximos
" luctus vetuſtate tollit, id vos præripere conſilio, & prudentia
" debetis. agite jam, cives mæſtiſſimi tantum luctum cohibete,
" nemo doleat; nemo triſtetur; illud in tanto mærore vobis ſit
" non mediocri ſolatio, quod vivens plures honores conſecutus
" eſt, quàm alii concupierunt. plura immortalitate digna confe-
" cit, quàm alii tentaverunt. unus patriam majore gloria, & digni-
" tate auxit, quàm cæteri cives omnes, quos unquam, aut vidi-
" mus, aut audimus, moriens talem vitę exitum ſortitus eſt, qualem
" optimus quiſq; deſiderare debet. quare ne veſtro incommodo,
" detrimentoq; tantum dolore videamini, illius mortis opportuni-
" tatem benevolentia potiùs, quàm miſericordia proſequendam
" eſſe cenſeo; ut quotieſcunq; de clariſſimo, & beatiſſimo viro
" cogitetis, illum potiùs, quam voſmetipſos, diligere videamini.
" Dixi

MDXLVII.

JOannes Maria Capella ex Ordine Servorum B. V. M. Congr. Mantuanæ tunc à toto Ord. diſtinctæ vir præter invidiam admirabilis, ſummus Theologus, probiſq; moribus conſpicuus Principibus Gonzaghis, admodum carus illius Congr. pro quarta vice Vicarius Generalis Pontificis Sanctiſſimi Pii V. prædilectus, perpetuus Aſſeſſor totius Ord. Generali Miniſtro conſtituitur, quam dignitatem, nemini anteà conceſſam, in manibus ejuſdem Beatiſs. Pont. humilima animi propenſione dimiſit. Immortalitate dignus in ejus Cœtu S. Victoris Cremonæ animam Deo reddidit die 24. Septembris anno 1582. dum viveret evulgavit opera, quibus tit.

Scriptum luculentiſſimum de Satisfactione Jeſu Chriſti, & Satisfactione noſtra &c. in quo plurimorum dubiorum egregia reſponſa noſtra hac infelici tempeſtate ſatis, ac ſatis expetita explicantur. Ferrariæ 1551. dicavit Hippolyto Eſtenſi Card. dum erat Prior Conventus Conſolationis nuncupati ejuſdem Civitatis.

De Concordia noſtræ veræ libertatis, ſivè ad bonum, ſive ad malum in præſenti ſeculo cum immutabilitate præſcientiæ, & divinæ voluntatis, atque cum infallibili certitudine prædeſtinatorum, & repro-

reprobatorum ex divinis Scripturis utriuſque teſtamenti in pluribus decerptum. Graviſſimorum Virorum inclytis ſententiis expoſitum atque familiaribus exemplis ubiq; declaratum. multorumq; objectorum neceſſariis, & claris ſolutionibus non mediocriter ditatum, & ad multa alia difficilima captu intelligenda, & deridenda ſatis fæcundum, atq; in lucem editum ſummo ſtudio, jugique labore &c. Cremonæ 1557.*menſe Januarii*. Ejuſdem meminere. *Gianius*, qui de eo plura in Annal.

Michael de Florentia in Annal. ejus Ord. ſub anno 1547.

Summaripa in Alphabet. Hiſt. pluries, *Cavitell. ad ann.* 1582.

Creſcentius in Præſidio Rom. lib. 3. *narratione* 3. *de Ord. Serv. B V. M.*

Primum opuſculum verbo illo *Luculentiſſimum* baptizatum poſſet in eruditos Theologos juſtam cenſuræ cauſam excitare, cum materia, de qua agitur contrà Lutherum, magnas doctrinas ſibi comparet, ipſeque Author brevi ſe expediat, excuſandus equidem eſt cum id agat via Theologiæ fundamentalis non autem ſcolaſticæ. fuit Præceptor F. Pauli Sarpi Veneti in Philoſophicis, & Theologicis, ut innuit Auctor, qui vitam ejuſdem Pauli conſcripſit Venetiis &c. ſeù potiùs Genevæ excuſam apud Robertum Mejettum 1677.

Floruit, & ex hac Congr. Mantuæ Vicarius Generalis, ut refert idem *Gianius cent.* 3. *cap.* 5. Petrus de Cremona anno 1478. Vir magnæ bonitatis, & religionis &c.

Ab eod. ſub anno 1570. inter celebres doctores Ord. recenſentur.

Jo: Hieronymus de Cremona, quem memorat etiam *Breſſianus in Cor. Vir. Ill.* & Theodorus Oldradus de Sabloneta Diœceſ. Cremon., & in Cent. 3. lib. 3. in fine ſub ann. 1486. inter graviores Patres memoratur quidem Franciſcus de Cremona.

Eod. Anno.

RAynoldus de Lantiis inter meos Literatos juremeritò adnumerandus, ſi timorem Domini in mente, & corde præferens Veræ Sapientiæ initium, medium, & finem obtinuit, dum orthodoxa catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ doctrina plures Italiæ regiones maximo labore, voce, exemplo, & cathechiſmis erudivit, Malleus hereticæ pervicaciæ appellatus, ac hominum in tenebris, & in umbra mortis deambulantium fulgidiſſiumm lumen, & ignea Columna. Apud Magnates pergrandem ſui nominis auram ſibi conciliavit, & præ cæteris Divi Caroli Borromei S. R. E. Card. Mediol. Archiep. amorem promeruit, qui niſi, quàm cœleſtia prædiligebat. In choro Eccleſiæ S. Chriſtophori ejus effigies in Tabula depicta exponitur cum ſequenti Elogio, ex quo Lector alia notatu digna perpendere poteſt.

SIſte Viator Pedem, & quas ſuſpicis in ſuperiori tabella Apoſtolici Zeli imagines contemplare, Dextera Raynoldum de Lantiis Cremonenſem Civem, Leva Franciſcum de Villanuova Mediolanenſem exprimit; Qui ſummis, & infimis æque cari A Dynaſtis Populorum, & ipſa etiam Apoſtolica Sede accerſiti, cum in pluribus Italiæ Civitatibus

tatibus magno cum pietatis emolumento Inſtitutum Chriſtianæ Doctrinæ diſſeminaſſent Decreto tandem Rev.mi Fabritii Alligeri Gen. Vic. Cremonæ anno 1547. Kal. Jan. Doctrinæ ſocietatem fundaverunt. Hanc complexus, quem medium cernis, Nicolaus Sfondratus Nob: Civis, & Epiſcopus Cremonenſis, & S.R.E. Cardinalis; qui & poſtmodum Gregorius XIV. univerſalem rexit Eccleſiam; non. Martii 1572. legitimè approbavit, & auxit privilegiis; Demùm anno 1576. nonis Novembris pro ſtabili Domicilio eidem ſocietati S. Criſtophori Eccleſiam in perpetuum aſſignavit, Parenti adeò munifico, & benefactori, nec non geminis fundatoribus grati animi erga Fratres ſocietatis Doctrinæ Chriſtianæ, anno 1653. ad perpetuæ rei memoriam.

P. P.

Plures adhuc ſervantur in Archivio S. Griſtophori Sum. Pont. S.R.E. Card. & Principum literæ, & atteſtationes, ex quibus, quanti fieret noſter Lantius, arguitur; extant enim

Breve unum Sanct. Pont. Pii V., & alterum Gregorii XIII. Nicolai Sfondrati S. R. E. Card. Ep. Cremon. exindè Gregor. XIV. literæ familiares, itidem Pauli de Aretio Cardinalis Epiſc. Placentini Marc. Ant. Columnæ Card. Archiep. Salernitani, Antonii Altoviti, Archiep. Florentini, Germanici Bandini Archiep. Corinthi Coadiutoris Archiep. Senenſis, Gregorii Boldrini, & Marci Gonzagæ Epiſcoporum Mantuæ, Alphonſi Roſſetti Ep. Ferrariæ, Octavii Farneſii Ducis Parmæ, & Plac. Iſabellæ Gonzaghæ March. Piſcariæ, cujus diplomatis exemplar cum contineat etiam nomen Julii Antonii de Lantiis Raynaldi Filii: placet hìc apponere.

Donna Iſabella Gonzaga Marcheſa di Peſcara &c.

HAvendo Noi ſin dal principio, che arrivaſſimo in queſto Regno, inteſo il molto biſogno, che ſi teneva ne' Stati di quà del Marcheſe del Vaſto, noſtro Figlio di alcune riforme, & particolarmente d'inſtruire, & informare i popoli, & fanciulli conforme alle ſantiſſime determinationi de Sacri Concilii Lateranenſe, e Tridentino, della Dottrina del Noſtro Signore, e Redentore Gieſù Chriſto per ſalute dell' anime loro; Et havendo notitia di quanto l'opra di M.r Rinaldo Lanzi in queſto pio, e ſanto Eſercitio haveva (con la gratia del Signore) giovato; onde s'erano perciò col mezzo ſuo erette in molte parti d'Italia, e particolarmente della Lombardia molte compagnie, acciochè lo ſteſſo frutto s'apportaſſe in detti Stati, già tre anni ſono lo faceſſimo venire in queſte parti; perlochè havendo Noi prima ottenuto dalla Santità di N. Sig.re Gregorio XIII. ampliſſima Indulgenza per tutti coloro, che ſi affaticaſſero, e piamente interveniſſero à queſta ſant' opera, & havendo egli con l'ajuto ancora di Don Giulio Antonio ſuo figliuolo per bontà Divina, tanto in queſta Città di Napoli, quanto in tutti li Stati ſudetti, ordinato molte Scuole, & Congregationi di queſta ſanta Dottrina, da quella per li quotidiani eſercitii, che ſe ne fanno, ſi riportano mirabili effetti

à gloria

à gloria di S. D. M. E deſiderando egli adeſſo di ritornare in Lombardia l'habbiamo pregato ad eſercitare queſt' opera tanto chriſtiana inſieme con detto Don Giulio ſuo figlio, ò altro ſuo compagno ne Stati noſtri, e del Marcheſe, che vi habbiamo, cioè nel Marcheſato, e terra di Caſalmaggiore, Caſtellacio, Caſtellione Fauria, & Caluſo, onde havendo egli con la ſolita prontezza ſua accettata volontieri l'impreſa, acciòche tanto più ſen' habbia à conſeguir l'effetto, gli habbiamo fatte ſpedire la preſente, con la quale ordiniamo, & eſpreſſamente commettiamo à tutti, e ſingoli Podeſtà, Vicarii, Giuſdicenti, Governatori, & altri officiali noſtri di qualſivoglia autorità, che in detti Stati ſi ritrovano, ò ch' in futurum ſi ritrovaranno, ch' in tutte le coſe concernenti queſta pia, e ſanta opera gli diano ogni ajuto, e favore conveniente, & neceſſario che da lui ſarà ricercato; Et alli Referendarj, Eſattori, di noſtre entrade, & Agenti comandiamo, che capitando detto M.r Rinaldo in ciaſcuno di detti luoghi inſieme con detto ſuo Figlio, ò in luogo ſuo un altro compagno lo proveggano del vitto neceſſario ſenza difficoltà alcuna, mentre che perciò vi ſtarà. Eſortando ancora le Comunità, Deputati, Conſ.ri, e particolari di tutti detti luoghi, che in queſto tanto laudabil ſervicio ſi moſtrino pronti, & amorevoli, e l'accettino, & honorino volontieri come converria mandando i loro figlioli alle Congregationi, che ſe ne faranno. Pregando ancora i Rev.mi Ordinarj, & eſortando ancora i Curati delle Terre predette, che in queſto ſanto eſercitio lo favoriſcano, & ajutino, che ce ne faranno coſa gratiſſima.

In Napoli in Capodimonte à 4. di Maggio 1576.
Signata la Marcheſa di Peſcara &c.
Per ordine di S. Eccellenza
Ceſare Bart. Cancelliere &c.

Hæc piiſſima Marchioniſſa, quæ fuit Federici Mantuæ Ducis filia die 15. Auguſti 1579. in Oppido inſigni Caſalis Majoris Cremonenſis Diœceſis non abſque veræ Sanctimoniæ fama ad ſuperos evolavit.

Rainaldi Lantii habetur mentio à *Hier. Balladorio* Eccleſiæ S. Clementis Gonzaghæ piiſſimo Præpoſito *in Narrat.* præmiſſa Vitæ S. Homoboni, quam devoto, & erudito Calamo ad Patriæ noſtræ gloriam conſcripſit.

MDXLVIII.

FOrtunius Affaitatus præſtantiſſimus Philoſophus, Theologus, Medicus, & Aſtronomus Gymnaſii Londinenſis in Angliæ Regnis Profeſſor, penitioris doctrinæ copiam, & miram ingenii acrimoniam teſtatam reliquit inſigni Volumine.

Phyſicas, ac Aſtronomicas Conſiderationes ad Paulum III. Papam, & Baptiſtam Belaum Card. Venetiis in 8. 1549.

In eo continentur doctiſſimi Tractatus.

De Androgyno à ſe ipſo concipiente.

De Peculiari Magnetis ad Polum deſcenſu, ſeù de ipſius Magnetis ad Polum converſione.

De vi

De vi Synodorum, & Ecclypſium.
De Magnis proximè futuris accidentibus.
De Varia Gemellorum fortuna.
De Cauſis cur Magnes ad ſe ferrum attrabat.
De Naturali Animarum reditu in Cadavera.

MS. indicat *Cavitellus* ad annum 1555., partitè autem eadem commemorat *Campus* ad annum 1548. Plura verò ad Reip. Literariæ incrementum à promptiſſimo Fortunii ingenio ſperabantur, ſi diuturniori vita frui potuiſſet. ſed adhuc ætate florentem dum quintum, & quadrageſimum ageret annum, importuna mors oppreſſit Londini, magno tanti Viri deſiderio Europæ relicto.

Memoratur à *Fabiano Juſtiniano in Indice Univerſali Alphabetico &c. in Verbo Ecclypſis.*

Fortunius coætaneum, & agnatum habuit Jo: Carolum Affaitatum, cui quartum ſuarum Epiſtolarum Volumen nuncupavit *Petrus Aretinus*, qui & ipſius liberalitatem impensè laudat. *lib.* 5. *Epiſt.* 385., & 412.

Eidemq; paritèr *Cæſar Delphinus* Parmenſis Naturalium, & Divinorum Doctor direxit opuſculum Venetiis apud Gabrielem Giolitum ann. 1547. excuſum de Summo Rom. Pont. Principatu, & de ipſius Temporali ditione demonſtrati. in fronte libri legitur *Celeberrimo D. D. Joanni Carolo Affaytato Nobilium Cremonenſium præcipuo &c.* Hic diù commoratus Antuerpiæ ibidem obiit anno 1555. immenſis poſt ſe relictis opibus, ex quibus tulit ejus Familia, ut cum ditioribus Italiæ conferri poſſet.

Meminerunt *Cavitellus loco cit.*, & *Campus ad annum* 1586. ubi fusè nobilitatem Affaitatam recenſet.

Fortunii, & Joannis Caroli laudes leguntur in Carminibus *Nicolai Grudii Nicolay Poetæ Belgici editionis Lugdunibatavæ apud Elzevirios anno* 1612. & nempè. *Funerum lib.* 2. *pag.* 139., & 140.

Fortunio Affaytato Cremon. Mathematico Londini apud Anglos mortuo.

AFfaytate Tue, Fortuni, gloria gentis
Arcania Uraniæ cui ſua ſcire dedit.
Poſt longos terrarum obitus, pelagique labores
Audiit ut ripa te cecidiſſe ſua.
Ipſe Pater Thameſis, juncoſo emerſus ab amne
Stillanti tales edidit ore ſonos:
Terra ferax Vatum, eterno celeberrima Vida,
Mœnia quà latii colluit unda Padi,
Te quoque perpetuum tanto ſe jactet alumno,
Dum mibi ſit tumuli fama ſecunda tui.

Joanni

Joanni Carolo Affaytato Cremonenſi Giſtellæ apud Flandros Domino.

NOtùs Joannes toto bene Carolus Orbe
Gentibus, & Variis, & charus Regibus hoſpes,
Ante alios tibi, quem ſenſiſti Carole Cæſar
Præſidium dubiis non aſpernabile rebus,
Hic jaceo: nec opes fatum potuere morari,
Nec pretium eximii claræ Virtutis honores?
Naſcentem Affaytata domus lætata Cremonæ eſt.
Andoverpa necem doluit. nunc Flandrica ſervat
Clauſum marmoreo Dominum Giſtella ſepulchro.

De hoc Auctore, pariter agit eruditiſs. P. Coronellus in Tom. ſuæ laudatiſſimæ Bibliothecæ Univerſalis nuperrimè edito.

Eod. Anno XLVIII.

MAgdalena Affaytata de Biliis Comitiſſa virili, & erudito calamo ſcripſit Italicè

Epiſtolas de inito celibatu ad Dianam Contrariam pag. 67.
Fauſtinæ N. de more, Majo Menſe, non nubendi pag. 85.
Ad Luciam Carrafam de prudenti Conjugis electione. pag. 86.
Ad Ideam Burgam. De iis qui occiderunt Uxores.
Habentur in Volum. Epiſt. à clariſs. aliquot Mulieribus conſcriptarum, quas *Venetiis excudit Gabr. Jolitus de Ferr.* 1548.
Eſt de eadem mentio apud *Lucam Contilem in lib.* 4. *Epiſt. Papiæ dat.* 1563. *pag.* 189. *edit. Venetiis* 1564.

Eod. Anno.

MArgaretha Uberta Stanga in eodem Volum. habet doctas *Epiſtolas* ad pag. 110. 124. 125. à nobis hic memoratur, cum hæc Matrona nupta fuerit Cremonenſi Patritio.

Eod. Anno.

LUcretia Picenarda Crotta Matrona honeſtiſſima, quæ cum non tantum venuſta corporis forma, ſed pulcherrimis ingenii, & animi dotibus ab exacti ſæculi non vulgaribus Poetis celebretur, ut videre eſt in libro cui tit.

Rime de diverſi Autori Eccellentiſſimi lib. nono. Cremonæ per Vincentium Comitem 1560., non eſt à me negligenda quin immò decet tranſcribere inter alia, quæ pag. 318. meliſluè de ipſa canit.

Joſeph Betuſſius.

TRà mille palme, tanti è più trofei,
Onde altera ſen và Cremona voſtra
Tenga a gloria maggior, ch' à l'età noſtra
Hà in sè il più bel di tutti gli altri bei.

Tien voi, Donna Real ch' à mille Orfei
Dareſte vena; ſi per voi ſi moſtra
Come col tempo ſi contende, e gioſtra,
E come in vita ſi può gir frà i Dei.
Non ſi compiacque in voi ſol la natura,
Quando v' ornò di belle chiome, e viſo;
Mà il Sommo Iddio vi poſe induſtria, e cura;
Di quì naſce, che gli atti, el dolce riſo
Che gli ſpiriti à ſe Lucretia fura,
Ne fan fede del ben del Paradiſo.

Scripſit erudito præter ſexum ingenio

Epiſtolas, ut in Volum. Epiſtolarum à clariſſimis pleriſque Fæminis exaratarum, quod Venetiis excudit allegatus *Jolitus Ferrarius* 1548. Curioſa nonnulla Problemata ſolvit in Epiſt. Cinthiæ Vanninæ directa in eodem Vol. pag. 46. quæ Leontiæ doctinam contra Theophraſtum auſæ ſcribere plurimum ſapit.

De hac, & vide *Diomedem Burgheſium in carm. Ital. lib. 2. pag.* 10.

MDXLIX.

JOannes Baptiſta Mainoldus Vincentii filius Viciniæ S. Nicolai hoc anno in Collegium J. C. die Lunæ 16. Decemb. cooptatus, ad omne ſcientiarum genus exortus, & præſertim in humanioribus ſtudiis, & legibus eminuit. Fuit ex Promotoribus Academiæ Animoſorum in Patria anno 1560. plura ſcripſit in Jure, quæ MS. cuſtodiuntur in Bibliotheca Mainolda. Edita multa quoq; ſunt, & præ cæteris

Oratio in funere Joannis Baptiſtæ Schitii Mediolani Senatoris.

Conſilium in Materia Duelli, de quo memoriam facit *M. Georgius Draudius in Bibl. Claſſica*, licet ipſum Mannivoldum appellet ita, & *Com. Fontana in Amphiteatro &c.*

Subſcripſit item *Conſilio* 74. quod affert *Franciſcus Borſatus in Tom. pr. Conſiliorum Venetiis* 1572. Mortem opetiit Kal. Octobris 1575.

Eumdem quàmplures Auctores laudibus extollunt.

Vincentius Vectiolus dicat Joanni Baptiſtæ duas Orationes inſcriptas prò Gymnaſiarcho deligendo Cremonæ excuſas per *Vinc. Conctum* 1561.

Jo. Jacobus Turreſinus J. C. Collegiatus, de quo infrà dicam, vocat eumdem doctiſſimum, & ſplendidiſſimum in ſuis Carminibus adiectis opuſculo *de Melite Inſula.*

Sanſovinus de Famil. Ital.

Thomas Garzonius in libro inſcripto *Piazza Univerſale. diſcurſu* 73. *Petrus Pectorellus in Addit. ad Stat. Buxeti. Rub.* 44.

Franciſcus Zava in primo Tom. Orationum Oratione 2., *& in Epiſt. famil. lib. 7. & lib.* 12. *in Epiſt. ad Carolum Sigonium*, in qua Mortem Mainoldi deflet.

P. Alex.

P. Alex. Raudenſis in Tract. de analogis. Venetiis 1587. *lib.* 1. *cap.* 31. *& alibi.*

Hier. Faballus in Oratione 2. *ad Decuriones Cremon.* magna cum laude agit de Mainoldo.

Diomedes Borgheſius Senenſis in tertio Volum. rythmorum p. 3. *Patavii* 1568. *& alii.*

Dum eſſet Patriæ Decurio, & ex Conſervatoribus Patrimonii ejuſdem in Conſtructione publici Palatii quid egerit, hæc Inſcriptio Januæ ſuperiori appoſita indicat.

Has ſcalas una cum Curia ad comitia habenda in commodiorem, decentioremque locum transferendas, omnemque hanc Palatii partem ubi reliqua rerum publica negotia procurantur Superiorum temporum injuria neglectam; Decreto, & Sumptu Civitatis publico ad priſtinos uſus revocandam curarunt. Joannes Baptiſta Mainoldus J.C. Maximilianus Covus Comes. Laurentius Sfondratus Equ.; Antonius Oſcaſalus Cap. Carolus Schinchinellus, & Maximilianus Madius. Philippo II. Hiſp. Rege, & Mediol. Duce Anno Jubilæi MDLXXV.

Eod. Anno.

PAulus Foſſa Ludovici F. honeſto loco natus in Vicinia S. Nicolai Vir gravis, & elegans, & in omni literarum genere perpolitus, præcipuè verò juriſperitia doctiſſimus, ex quà Judicum Patriæ Collegium die Lunæ 28. Januarii anno huic antecedenti ingreſſus poſt Civitatis Decurionatum Præturas tùm Laudæ Pompejæ, cùm Mediolani adminiſtravit, ubi ejus Nepos Octobonus Foſſa J.C. Vicarius apud eum ſedit. Ad Carolum V. Summum, & Opt. Imperatorem totius Inſubriæ votis ablegatus, Capitaneus exindè Juſtitiæ (ut ajunt) delectus Mediolanum remigrat. Ejus eximiam virtutem commendat *Franciſcus Zava Rhetor Cremon. in ſecunda Orat. ad Decur. Cremon.* ſcribendo *ſunt, & multi alii, qui foris vivunt nomine Legationis hanc Patriam honeſtantes, Civeſque ſuos perenni laude decorantes, è quibus Paulum Foſſam omnes novimus, in cujus quidem opera fide, atq; prudentia hæc tota Civitas conquieſcit, quem cum nomino hominum ſanè Juriſperitorum eloquentiſſimum, eloquentium Juriſperitiſſimum intelligo.*

De eodem *Antonius Campus hiſt. lib.* 3. referens ejus obitum, & ſepulchrum.

Hier. Faballus in Orat.

Ludovicus Cavitellus in Annal. ad annum 1575.

Alex. Lamus in Somn. cant. 2. ubi

Paolo Foſſa d'eloquenza fiume &c.

Eod. Anno XLIX.

CLemens Puſterla teneris adhùc Adoleſcentiæ annis S. P. Franciſci militiæ adſcribitur inter Conventuales, ut ajunt, Philoſophus, ac Theologus ſub optimorum Præceptorum diſciplina

non vulgaris emerſit, indè per celebriores Italiæ Urbes Dei Verbum exemplo, ac virtute diſſeminavit. Cum majores in ordine dignitates aſſecutus eſſet, Procuratoris etiam Generalis maxima cum laude obivit. Reliquit poſt ſe

Concionum libros tres

Ex Regeſtis ſui Ordinis, & ex Breſſiano in Corona Vir. Illuſtrium Cremon: lib. 1. *p.* 3. ab eodem Breſſiano libro allegato memorantur etiam ex hac Seraphica Religione ad annum 1529.

Julianus de Caetanis, qui præter alios ſui Inſtituti priores gradus obitos fuit Regens, & Commiſſarius in Iſtria, & ad annum 1552.

Cyprianus Loſius virtutum ſplendore coruſcans, & Regens, ac Commiſſarius in Germania, quam Provinciam ſibi ob merita ab ejus ordinis Generalis Miniſtri demandatam optimè adminiſtravit.

Eod. Anno.

FAbritius de Aligeris Nobilis Rheatinus Benedicti de Accoltis S. R. E. Cardinalis Epiſcopi Cremon. Vicarius Generalis inter noſtros Cives adſcriptus inter meos Literatos enumerandus cum miris laudibus ob ejus innumeras Virtutes in Patria noſtra ſibi eximiæ prudentiæ famam comparaſſet. Hunc reor Nepotem fuiſſe Marii Aligeri Epiſcopi Rheatis, ad quem ſcripſit Jacobus Sadoletus Epiſcopus Carpentoracti, dum adhuc inter Romæ Purpuratos non eſſet, ut *in lib. Epiſt.* 9., *& dum eſſet Cardinalis lib.* 10. Verùm antequam ſubnectam Cremonenſium diploma, quo Fabritium Concivem conſtituerunt, mihi permittatur de altero Patritio Rheatino, cujus humanitati, ac Muſæ plenè Angelicæ fateor me devictum, memoriam agere, & ſcilicet Lauretum Matthejum, pietate & Carminum ſuavitate cum Regio Propheta, cujus verſus præter omnem auſum italicè expoſuit, comparandum.

„ DEcuriones Cremonenſes, Fabritius Aliger Archidiaconus
„ Rheatinus octo annos atque ampliùs apud nos Epiſcopa-
„ les vices geſſit, cum muneri vacare non poſſet ampliſſimus Car-
„ dinalis, Benedictus Accoltus, ad quem ea dignitas plurimis jam
„ anteà omnis delata fuerat. Is autem interiecto tempore diver-
„ ſos quidem Viros in ſummis officii generibus habuit, ſed nul-
„ lum profectò (quod pari eorum ſit dignum) Quin demandatas
„ ſibi vices magis impleverit, quam Aliger ipſe ut omninò nul-
„ lum locum deſiderio noſtro reliquerit; cum ſit Sacrarum legum
„ Conſultiſſimus prudentia incredibili in Jure dicendo ſemper eſt
„ uſus mira humanitate præditus, & (quod maximè præter cæ-
„ tera Comendationum dignum eſt) integritate, vita, & honeſtate
„ morum inſignis, ut facile ab eo rectè, & honeſtè vivendi exem-
„ plum unuſquiſque, quod imitetur habere poſſit: Cum verò jam
„ functo vita Accolto, à Nobis propè diem diſceſſurus ſit, mole-
„ ſtia quidem maxima affecti ſumus, ſed cum ejus Memoriam

nobis

„ nobis, quòad fieri poteſt, immortalem eſſe, ſimulque benevolentiam erga eum noſtram declarare cuperemus, nihil nobis ad eam rem accomodatiùs ſe ſe offerre viſum eſt, quàm ſi eum Civitate noſtra donemus; id quod non tàm ipſi, quàm nobis ornamento, & gloria forè arbitramur, nam præter jam dictas ejus virtutis, Patriam habet Rheate antiquam, & Nobilem, in Sabinis Urbem, ex qua Clariſſimus olim Imperator Veſpaſianus originem duxit, cujuſq; agrum M. Varro Umbilicum Italiæ eſſe ſcribit, nam de Aligerorum familia honeſta, & antiqua non ſolùm apud Rheatinos, ſed etiam Mediolanenſes, & Florentinos, unde Dantes ille Poeta apud Thuſcos celeberrimus, ſatis, ſuperque conſtat; ut igitur hac in re animo noſtro quamprimùm ſatiſfaceremus, in Curiam noſtram convenimus, adhibitiſq; de more totidem aliis ex Civitatis Decurionibus, præſente item, & aſſentiente Clariſſimo Juris Conſulto, & Senatore, Urbiſq; Prætore Jo: Paulo Bertio, omnium calculorum ſuffragiis more noſtro ipſum Fabritium Aligerum Civitate donavimus, & jus Civitatis in eum contulimus, ut omnes prærogativas, & dignitates Civium Noſtrorum percipere poſſit, eumque lege municipali de domo, & Florenis ſolvimus. Has autem literas in perpetuum animi noſtri teſtimonium ſcribi, ſignoq; noſtro imprimi juſſimus: Cremonæ xv. Kal. Aprilis MDXLIX.

Eod. Anno.

ANſelmus de Tintis filius Franciſci, Viciniæ S. Vincentii J.C. ex Patrio Collegio legum peritiſſimus, in eodem receptus die Martis 3. Septembris 1538. anno 1542. Vicarius Prætorius Alexandriæ, ac Prætor Mediolani, & anno 1564. Mantuæ, de quo optimè loquitur *Franciſcus Zava in Oratione ſecunda ad Decuriones Cremonenſes. Mantuæ apud Ampliſſimum, Juſtiſſimumq; illum Ducem ſedet nunc inter graviſſimos Judices maxima cum laude, & Cremonenſium nomine Anſelmus Tintus; Mediolani is anteà Prætor, atque honorificè apud Regem noſtrum legatione functus. Illum Mantuani omnes venerantur, hujus ſuaviloquentiam admirantur, prudentiam, & tanti hominis gravitatem ſuſpiciunt.*

Laudibus eumdem extollunt *Hier. Faballus in Orationibus*,
Baſilius Zava in Epiſt. Trajano de Tintis,
Campus hiſt. lib. 3. *ad annum* 1549.
Abbas Ghilinus in Annal. Alexandriæ ad annum 1542.
Breſſianus in Coll. J. C.
Scipio Agnellus Malpheus Epiſ. Caſal. in Annal. Mant. lib. 9. *cap.* 4. *pag. mihi* 654.
Floruerunt ex hac progenie J. C. ex eodem Coll. anno 1198.
Usbertus doctiſſimus Honorio III. Pont., & Friderico II. Imp. ob legationes notiſsimus 1231. Joanninus, & 1504. Antonius præter

alios

alios proximis hiſce temporibus, Thideus, & Anſelmus, quem poſtremùm laudat *Ferrotius in Annagr. Illuſtr. Vir. pag.* 75. *&* 151.

Die 9. Januarii hoc anno 1549. Philippus Hiſpaniarum Princeps Mediolano divertens, Cremonam venit, Regiis cum plauſibus ſplendidiſſimè in Nob. Treccorum Palatio receptus.

MDL.

HYacinthus Covus J.C. præclara Soncini Domo profectus, ex qua Nicolaum, Hieronymum, & Jacobum Comites, alioſq; celebrat in ſuis Poeſibus *Jo: Thomas Muſconius*, & nos ſuperiùs memoravimus Bernardinum, legali plurimùm valuit eruditione, cujus & monumenta reliquiſſe fertur haud pænitenda, ſcripſit inter cætera

Conſultationes Legales.

Carceratorum Advocatus, pro ipſis, & varia lucubravit, & interdum oravit inſigni cum facundia. Tandem repentino ſanguinis vomitu exanimatus, immaturè nimis jus ſuum neci perſolvit. Quarè præcipitem Amici deplorans interitum *Muſconius*, ſepulchralemq; hanc ipſi poſuit inſcriptionem, *lib.* 1. *Epitaph.* 10.

Sacrarum Interpres Legum, & tutela Reorum
Fida, Decus, Covæ, famaque rara Domus,
Hìc, Hyacinthe, jacet ſimul, & vox fugit, & ipſa
Vita, replens pleno dum fluit ore cruor:
Nec quæ profuerat multis pia lingua precari
Hoc potis, ut natis oſcula pauca dares.

Quantæ verò Nobilitatis ea Gens fuerit, indicat Covum Cremonenſis Agri Caſtellum, ab ipſa quondam poſſeſſum, & ut ferunt, denominatum; quod à Bergomenſibus occupatum, & ſolo æquatum anno 1268. ac ab inde reſtauratum, paruit Joanni Thuſco Egregio Equitum Pandulphi Malateſtæ ductori, & Genero Jacobi Covi Soncinatum Arcis Præfecti, qui anno 1412. Municipium illud acerrimè propugnavit adverſus Cabrinum Fundulum validiſſimè obſidentem, ut refert *Cavitellus*. Inde Bellicæ Fortitudinis domeſticum, quod imitaretur, deduxit exemplum Joannes Franciſcus ex Comitibus Covi, qui unà cum Carolo Regonaſco Concive Tribunus Militum Italorum contrà Turcas, Cypriam Salaminam, Famaguſtam dicunt, oppugnantes, acerrimè dimicans, multis hoſtibus interemptis, glorioſè occubuit anno 1575. ut etiam innuimus in pr. Vol.

Præter Covum poſſedit & hæc Familia Caſtrum Antegnati, ſeù Anteniatas Diſtrictus, & Diæceſis Cremon. de quo Joannes Maria Anglus Mediol. Dux in Feudum inveſtivit Comitem Jacobum filium Nicolai anno 1411. & anno 1413. titulo Feudali ab eodem Principe conceſſam Terram, & Arcem Romani ditionis Bergomenſis, ut apparet ex tabulis typis datis, quas mihi eruditionis, & amici-

amicitiæ gratia præbuit *Jo: Antonius Cattaneus Soncinas* in Mediolanenſi Foro ſolertiſſimus, & doctiſſimus Advocatus.

Emicuit & exacto proximè ſęculo Comes Octavianus, de quo *Daniel Cajetanus in Poematiis MS. & Franciſcus Zava* notabile cecinit Epicedium, ut in ejus carmine. Celebris eſt pariter Comes Veſpaſianus, quem interlocutorem in ſuis dialogis de Funeribus antiquis introducit *Thomas Porcbacchius.*

Hoc anno 1550. inter Sanctimoniales S. Zenonis, nunc S. Joannis Novi nuncupati, moritur in oſculo Domini Honeſta de Piſcarolis nob. Cremon. vitæ innocentiſſimæ candore coruſcans, ut ex regeſtis illius Monaſterii.

Eod. Anno.

FAuſtinus Barbonus, ſed meliùs Barbovius ex Soncino agri Cremonenſis oppido percelebri, nobiliumq; ingeniorum feraci, cultioris literaturæ, Poeticæ prȩſertim, & eloquentiæ laudibus excelluit, latinè, & italicè numeroſa conſcripſit

Poemata,

quæ MS. non ſemel innuit, & laudat *Publius Franciſcus Spinola* Poeta Mediolanenſis, perperàm Petrus Franciſcus à Picenello in Athȩneo vocatus, ſingularis ipſius amicus, apud quem *libro Catullianæ imitationis*, *Poemate* 45. extant noſtri Fauſtini *Hendecaſyllabi* ad Leonardum Spinulam. Mortua uxore, de qua infrà, novas nuptias negligens Fauſtinus, ad Eccleſiaſticam tranſiit militiam, divinoq; Sacerdotis charactere vitæ reliquias coronavit, ut ex eodem *Spinula in præcitata Catulli imitatione Poemate*. 32.

Junipera Barbovia memorati Fauſtini Uxor tanto ingenio, tantaq; eruditione, ac animi fortitudine prædita, ut clarioribus Antiquitatis Heroinis utraq; Pallade inſignibus comparare immò, & præponere nequaquam dubitaverit recenſitus *Spinula lib.* 1. *Carminum Ode* 7. ex hac Fauſtinus T. Fauſtum filium ſuſcepit magnæ ſpei puerum, de quo ad Deam Opem idem *Spinula de Catull. imit. Poemate* 22.

Eod. Anno.

HIeronymus Oliva poſt Danielem Gaetanum literas publicè in Patria profeſſus eſt, fuitq; ex ea re à Patribus illis ampliſſimis, qui tunc Curiæ præerant, immunitate donatus, literarum elegantia, docendi peritia, morum ſuavitate, & vitæ ſanctitatis inſignis adeò exemplis emicuit, ut de ipſo dici poſſet hunc illam Olivam fructiferam fuiſſe in Domo Domini. Scripſit

Orationes
Epiſtolas
Epigrammata.

Ejuſdem meminere cum laude *Franciſcus Zava in Orat.* 2. *adverſus Gymnaſiarchiam, Vectiolus in Orat. pro Gymnaſ.* ſed latè *in* 2. *Orat. adverſus eum, qui in Gymnaſiarchiam ſcripſit.*

Hier. Perbonus in Oviliar.

Fede-

Eod. Anno.

FEdericus Cæſius Romanus Patritius, & S. R. E. Cardinalis inter noſtros Cives adnumerandus, cum Cremonæ decem annos fuerit Antiſtes ab anno ſcilicet 1550. ad annum 1560. quo Patriæ Epiſcopatum Nicolao Sfondrato reſſignavit. Hic inclytum Virum recenſeo, ut meos Scriptores illuſtret, qui *Equitis Proſperi Mandoſii* Viri eruditiſſimi, nobilitate, ac virtute celeberrimi, meique addictiſſimi Bibliothecam Romanam exornavit in Centuria ſeptima num. 24. cujus verba exſcribam

Federicus Cæſius, Angelo Cæſio, & Franciſchina Cardula parentibus ortus, ab ipſis adoleſcentiæ primis annis in liberalium Artium ſtudiis enutritus, quibus Juriſprudentiam addidit, & in hac facultate verſatiſſimus evaſit. A Paulo III. Summo Pontifice S. R. E. Cardinalis renunciatus fuit. Hujuſce Cardinalis virtutes, ſingularem ſcilicet munificentiam, benignitatem in Pauperes, ac pietatem in Deum, opera, quæ extant, Scriptorumque calami commendant. Scripſit Federicus Epiſtolas plures, *quarum una ad Donatum Venetiarum Ducem italica lingua typis data, inter Principum, Illuſtriumque Virorum Epiſtolas invenitur. Vitalia limina liquit Romæ 1565. Jacet in Baſilica S. Mariæ Majoris, in ſepulchro ex marmore conſtructo, cum ænea ipſius effigie, ſequenti donatus elogio*

D. O. M.

Federico Cæſio S. R. E. Epiſcopo Cardinali Portuenſi, qui hoc Sacellum, & alterum in Æde B. Mariæ Pacis, ac Templum Divæ Catharinæ Virginum miſerabilium fundavit, & dotavit. Angelus Cæſius Patruo optimo poſuit. Vixit Ann. LXIV. Menſ. vi. diebus XXVII. obiit v. Kal. Feb. anno Sal. MDLXV.

Laudant Cardinalem Cæſium Aubertus, Panuinius, Ciaconius, Petramellarius in Elogiis, Maraccius in Purpura Mariana, Contelorius in Elencho, Ughellus in Ital. Sacra, de Angelis in deſcriptione Baſilicæ Liberianæ, Turſellinus in Hiſtoria Lauretana, Oldoinus in Athenæo Romano, & alii multi.

Eod. Anno.

HYppolitus Cattanius Soncinas Poeta Nobiliſſimus plura edidit *Carmina*, quorum laudum teſtimonium vidimus apud *Joannem Thomam Muſconium in Epigrammatibus lib. pr.* quod inſtituti gratia hic inſerere libet.

Cum ſtudium Cytharæ tibi cum Polymnia nervis,
Mollibus argutum pollice tendat ebur,
Et tibi Threicius Vates, tibi cedat Arion
Carmine, Delphino per mare vectus equo &c.

& alibi *in libro I. Elegi. XI.*

Reddi-

Reddita ſunt nobis vario tua ſcripta tenore
Carmina, ad undenos emodulata pedes,
Tornata affabrè, & Cathanenſi levia ad unguem
Pumice, nec tritis condita verba modis &c.

Eod. Anno.

JAcobus Gadius alter J. U. D. Jo: Baptiſtæ F. Vic. S. Vitalis cooptatus in Coll. die 21. Decembris 1535. Reip. literariæ, & Patriæ decus neutiquam interituræ memoriç, ad cujus laudem refero, quç ſcribit *Franciſcus Zava in Epiſt. Famil. lib.* 3. in illa, quam dirigit Jacobo Gadio ejuſdem nepoti. *Tecum recole, quanta cum admiratione morum, & Illuſtrium doctrinarum Jacobus patruus tuus apud omnes doctos, & rerum divinarum maximè peritos extiterit, ad quem qui aliqua de re dubitabant tanquam ad bonarum ſcientiarum fontem, & difficillimarum controverſiarum diſceptatorem, & arbitrum decurrebant, à quo rebus jam compoſitis, ità diſcedebant, ut nullum alium Judicem ſibi quærendum putarint. Ab utraque enim parte (quod mirum eſt) ſummopere laudabatur, & in Cœlum laudibus ferebatur. Taceo, quod totius religionis Abundianæ Rector, & Gubernator fuerit, qui ſi cum mortalibus diutius fuiſſet, & non tantoperè ad ſuperiorum, ut cum humanæ ſalutis authore eſſet, cæcus properaſſet in gradu proximo (ut frequens fama erat) Pontificio brevi viſuri eramus. Et qualem Dii boni Cardinalem illum habuiſſemus? illum certè, qui religioni Chriſtianæ, ut vir maximè pius ſummo ornamento, & auxilio fuiſſet. Sed præclarè cum illo actum eſt, quando omnium opinione, & Doctorum conſenſu, omniumque bonorum expectatione Cardinalis fuit, & ad illud ivit, qui omnium dignitatum uberrimus, & clariſſimus fons novis ſemper benefitiis, & prælucentibus gratiis, charitateq; ſimplici ſcaturit &c.*
Alex. Lamus in Somniis cant. 3. maximè eumdem extollit.

Eod. Anno.

JOannes Offredus in italicis rythmis componendis inſignis cognitus fuit, multa ejus Poeſis monumenta exhibet liber cui tit.

Rime di diverſi Auttori Eccellentiſs. libro nono. Cremonæ per Vincentium Comitem 1560.

de hoc Poeta eſt memoria apud *Lamum in Somnio cant.* 3. *pag.* 66. *Apud Fr. Zavam in Epiſt. famil. lib.* 2. Eumdem Joannem Baptiſtam inſimul nominat, & claudit Epiſt. hinc verbis. *Vale decus Phœbi.* Alter Joannes hujus familiæ recenſetur à Buſchetto hac Epigraphe ad D. Sylveſtri in Patria.

Sepulc. Nob., & Egr. Viri D. Joannis de Offredis Philoſ., & Aſtronom. eruditiſs., ac ſuorum hæredum, qui obiit vii. Menſ. Jun. anno à Partu Virg. MCCCCXXI.

Eod. Anno.

JOannes Muſonius Orator, & Poeta, tùm græco, tùm latino Idiomate peritiſsimus, inter alia opera edidit italicis rythmis

Tragediam cui tit.

Il Muſtafà. latinè

Oratio in Parentalibus Franciſci Sfondrati Cremon. Patritii S. R. E. Card. Patriæ Epiſcopi.

De optimo Principe Oratio cum lucubrationibus Stephani Nigri. Baſil. apud Henripetri 1532. *in* 4. ut ſcribit *M. Georgius Draudius in Bibl. Claſſica.*

Apollo Italicus. Papiæ 1551.

Pluraque ejus Poematia, quæ MS. extabant penès Avunculum meum Amantiſsimum Joſephum de Nigris J.U.D., & Philologum ornatiſſimum fuerunt, dum adhuc ego puer eſſem, tranſmiſſa ad Laurentium Legatum virum clariſſimum dum Medici publici munere Novellariæ fungeretur, ut ex Epiſtolio ejuſdem dato ſub die 29. Novembris 1674. mihi ab ipſo Avunculo meo unà cum aliis tradito, in quo legitur. *Havendo io poi ricevuto da Cremona i nobiliſſimi MS. delle Poeſie del ſuo antico Gioſeffo Negri, e del Muſonio, e ringraziatala parimente di sì gentile regalo &c.*

Raguſis publico ſtipendio humaniores literas docuit. In Patria è ſeculo abiit ann. 1561. hora quarta noctis ante diem 4. Novembris dum ibi Grammaticæ lector in generali, aut ajunt, Conſilio anno 1560. die 22. Auguſti electus fuerat.

Cavitellus de eod. Annal. anno prædicto,

Antonius Campus hiſt. ibid.

Jo: Thomas Muſconius Epigr. lib. pr.

Paulus Muſconius Eleg. 7. *lib.* 1.

Leo Allacius in Drammaturgia Indictione 60. verùm nomine Henrici, & ſuper hoc allegat Antonium Campanum Hiſt. Cremon. loco dicendi Campum, ex quo arguendum aliquando homines doctiſſimos in adventitiis eruditionibus hallucinari.

Joſeph Niger antiquus in ejus MS. Peoticis mihi dono datis ab Joſepho Nigro humaniſſimo Avunculo meo habet *Epiſt. 6. Muſonio Præceptori ſuo directam*, quæ incipit.

Muſoni Patriæ ſpes unica, gloria vatum,
Ætatis noſtræ, Pieriique chori &c.

In *Elegiis* habet quintam ſic inſcriptam.

Epithalamion in Nuptiis Jo: Muſonii:

Julius Faroldus in fine Annal. Venet. Muſonium commendat, ſuumq; doctiſſimum præceptorem appellat.

Faballus in Oration. ad Decurion. Cremon.

Zava in Carmin. Orat., & Epiſtolis, & præcipuè in Parentalibus ejuſdem permulta.

Non eſt omittendum, ut legi in *Additis doctiſſimæ Biblioſophiæ Min. Convent. P. Franchini*, quod Hieronymum Pallanterium Seniorem è Caſtro Bononienſi Epiſcopum Biſontinum Magnum Min. Convent. Theologum fuiſſe Cremonæ à Joanne Muſonio in poeticis inſtructum, ubi tunc ſcripſit ipſe Hieronymus carmina exametra,

&

& ſaphica de Paſſione D.N.J.C. memorata ab Antonio Riccobono, & à Paulo Freher Theatr. Vir. Erud. clar. tom. pr. p. pr ſect. 3. pag. 295. Fuit & Muſonii diſcipulus Salvator Bartoluccius de Aſſiſio ejuſdem Ordinis ingenio clariſſimus. *Vincentius Vectiolus in Oration. Orat. 2.* diſertè Muſonium laudat, & inter cætera. *Utinam tandiù ſaltem vixiſſet, ut ea quæ elaboraverat, & compreſſa tenebat, edere potuiſſet.*

Camillus Becbara Plac. incolatu verò Cremon. cum fuerit Præp., & Rector Eccleſiæ S. Antonini Cremonæ *in ſuo libro diverſorum Poematum edito Cremonæ* 1570. pluries de Muſonio, & etiam in Epigr. Excell. Jo: Baptiſtæ Bonetto Med. Cremonæ pro doctiſſimo Joanne Muſonio Ægrotante.

Laura Ferrea Ammanata Poetria Florentina, ut in lib. 1. oper. Etruſcorum pag. 47. edit. Florentiæ apud Juntas 1560. materno ejus decatraſtichon.

Muſonium ſic laudat.

MUſonio, cui le carte, e dotte Suore
Più ch'altromai lattaro, e più corteſe
Quanto à gli altri naſconde à Voi paleſe
Fà il vago Dio, che fà c' Huom mai non muore.
Se di quei carmi, che à perpetuo honore
L'eternitate al ſuo gran Tempio appeſe,
D'ambo duo noi, poiche à me non conteſe
Mio baſſo merto voſtro alto favore.
Tarda e lenta vengo io con queſta oſcura
Vil penna à render grazie, à porger prieghi
D' haver loro talhor nel penſier voſtro.
Dritto, e ragione è ben', chi m'aſſecura
Che non v'offenda, onde poi mi ſi nieghi
Quel di voi puro, e sì lodato inchioſtro.

& alibi alio laudat Epigrammate.

Eod. Anno L.

JO: Jacobus Putealis ingenio lepido, & urbano fuit, ſcripſiſſe fertur
Orationes, &
Carmina.

de eod. meminit *Hier. Faballus in Orat. Ad Decuriones Cremonenſes in Controverſia Gymnaſiarchiæ*, & præcipuè ſcribit, Vita defuncto *Jo: Jacobo Puteale homine erudito, temperatiſq; moribus inſigne, quem in Warteſſii Gymnaſio hypodidaſcalum docentem audiebam.*
Vectiolus de eo in Orat. 2. eodem tit., quo Faballus.

Eod. Anno.

OCtavianus Fodrius in rythmis italicè pangendis purgata phraſe fæcundus, cujus carminum experimentum legitur in libro inſcri-

inſcripto *Rime de diverſi Autori Eccellentiſs. libro nono Cremonæ per Vincentium Conctum* 1560. ex quibus ſequentia Lectori trado, ut concipiat qualis eſſet noſter Poeta. Ad Muſam loquitur.

ALma, per cui ciaſcun honora, & cole
Il ſacro Alloro, & la cui dolce vena
Parte d'ardor, parte di ghiaccio piena,
Tanto s'eſtende, quanto ſcalda il Sole;
Godi lieta, d'haver tante parole
Sparſe per isfogar l'acerba pena:
Poiche queſta tra noi del Ciel ſirena,
De pianti, e de tuoi guai, teco ſi duole.
Che ſe ſpeſſo ver lei volgi la mente,
E ſe ben de la sù fiſſo remiri
Gli affetti ſuoi, vedrai come ſovente;
Tal hor da ſdegni tuoi vinta s'adiri,
Tal hor da pietà moſſa, dolcemente
Al ſuon de dolci tuoi detti ſoſpiri.

Laudat. ab Alex. Lamo in Somniis cant. 2. *ubi de Fodrio, & Julio Crotto cecinit adoleſcenti Muſa.*

ECco poi il Fodri, e Giuglio Crotti uguali
D'ingegno, e bench'il Crotti più alto ſaglia,
E più famoſe al Cielo ſpieghi l'ali,
Che humor latino in lui mandò Caſtaglia,
E nel Fodri volgar, pur'immortali
Ambi farolli, e pari in tutta Itaglia,
Che l'opre lor ſon tai, che in tutti i lati
Mertano i bei lor nomi eſſer lodati.

Eod. Anno.

OTho Cremonenſis Inſignis Medicinæ, ac Philoſophiæ Doctor ſcripſit opuſculum
De Electione meliorum ſimplicium, ac ſpecierum Medicinalium Rhytmi excuſi ad finem Salernitanæ Medicinæ bonę valetudinis tuendæ à Jo: Curione ennarratæ. Francofurti apud hæredes Egenulphi 1559., *nec non Pariſiis apud Carolum Perier eodem anno.*

Authores de eodem ſcribentes ſunt *M. Georgius Draudius in Bibl. Claſſica de lib. Med.*
Conradus Geſnerus in Bibl. Inſtit.
Iſrael Spacchius in Elench. Medicorum pag. 152.
Otthonis librum prænotat hoc titulo
De Medicamentorum Simplicium delectu.
Paſchalis Gallus Bibl. Med. pag. 247.
Antonida de Script. Med. pag. 505.
Bumaldus, ſeù Ovid. Montalbanus in Bibl. Botanica pag. 70.

Eod.

Eod. Anno L.

ANntonius Maria de Auguſtis ex Patriæ Decurionibus Nicolai Lucari diſcipulus politiori literatura excultiſſimus, & meliori de cenſu Poeta quamvis maximis Reip. curis, & occupationibus diſtentus eſſet, ſubceſivis horis in Suadelæ, Muſarumq; vireta digrediens nominis celebritatem quæſivit, multa namq; ſcripſit æterna luce digniſſima: inter quæ nobile Poema Heroicum de Virgine Deipara cum Epigraphe

Mariados continens Vitam, & prodigia B.V.

Simile argumentum mutuati ſunt Cæſar Delphinus Parmenſis, & Paulus Muſconius Soncinas in ſuis de B. Dei Genetrice Poematiis. Verùm Auguſti præſtantes lucubrationes, vel in ejus filiorum manibus naufragium paſſæ portu lucis cum magna paternæ gloriæ jactura fraudatæ ſunt. Hùc ideò reſpicere vellem inſignes doctrina Viros, qui cum aliquid frugi monumentis mandarint id aliorum commodo vivi prodire non ſinunt, ſed poſteritati committunt incertæ ipſius diligentiæ nimium fidentes. Undè tot opera deſiderari, totque Authorum ſpes eludi videmus. Meliori tamen fato apud alienos, quàm apud Auguſti hæredes cuſa eſt elegantiſſima quædam ipſius

Elegia ad Joannem Thomam Muſconium ſuum.

Quippè quam gratiæ referendæ ſtudioſus Muſconius ſuis inſeruit carminibus *lib.* 2. *Eleg.* 8. cura Pauli ipſis filii editis *Brixiæ apud Petrum Mariam Marchettum* 1583.

Digna utique ſunt ſequentia Carmina, ut è pluteis Archivii noſtri ad lucem revocentur.

Hæc ab Auguſto compoſita fuere anno 1523. dum Septembris Menſe Milites Galli Cremonam obſiderent, ubi jam à frequentibus tormentorum bellicorum ictibus quaſſata mænia hoſtium irruptiones ampliùs cohibere non poterant, niſi ipſimet ex prodigioſis, ad multos dies dilapſis imbribus, urbem deſerere quarta die Octobris coacti fuiſſent. Cognoſcatur igitur ex Ungue Leo.

Ad Divos PETRUM, & MARCELLINUM

pro liberatione Cremonæ.

QUæ linguæ? quæ verba ſatis ſunt reddere grates
Diis meritas? qui (ſi vera pietate colantur)
Reſpectant miſeros, & habent mortalia curæ.
Quod nuper (ſi aliàs dubium fortaſſe fuiſſet)
Vidimus, expertique ſumus, facileſque fatemur:
Hei mihi quas clades nobis, quæ fata parabas
Fortuna inſtabilis, placidæquè inimica quieti?
Nunc etiam memor horreſco, corque intùs anhelat,
Et ſibi vix credit tantum evaſiſſe periclum,

Ma-

Machina jam muros noſtræ proſtraverat Urbis,
Atque irrumpendi latè via facta patebat.
Non vallum jam nos poterat, non foſſa tueri.
Perſtabatq; tamen Civis per tela, per ignes
Sors ità ſi ferret. mortem ſubiturus honeſtam,
Parte alia inſtructis hoſtes de more maniplis
Expectare notam belli, ſtragemque minari,
Et demum ſupereſſe nihil, niſi ut omnia ferrum
Miſceret, fieret cædes, fluerent ſola tabo.
Ecce autem mugire Polus, ruere imber ab alto
Incipit, exundant Campi, vulgoque timetur
Præveniſſe diem; quo ſi modo vera canuntur
Deucalioneas iterum ſpectabimus undas;
Quis neget iſta Deis aſcribere? non ſecùs olim
Juppiter obſeſſæ invadentem mænia Romæ
Annibalem ſubita bis tempeſtate repreſſit.
Non ſecùs à Delphis Brenum ſubmovit Apollo
Turbine ventorum, & permixtis grandine Nimbis,
Nunc autem nobis tàm miti numine fulſit
Quis Deus? an grati Phæbo nunc fortè, Jovique
Huic centum? totidemque illi mactabimus agnos?
Iſta vetus pietas ævo deluſa ſequenti
Debentur vobis cumulati thuris acervi,
Noſtra ſalus debet vobis, hæc gloria veſtra eſt.
Felices animæ, cælique in parte locatæ
Te Petre te appello Sanctiſſimè Marcelline,
Hic veſtri quondam Cineres, hic veſtra quieſcunt
Oſſa piæ genti multos venerata per annos;
Nec nuper, ſed longè in nos innotuit ingens
Veſtra olim pietas, quo primum tempore Bojus
Infeſto noſtros populatus milite fines
Dura minabatur captivæ vincla Cremonæ.
Tunc acies inter medias verſarier eſtis,
A Patribus viſi noſtris, inimicaque caſtra
Fundere, tecti armis ambo cœleſtibus, ambo
Fulgentes in equis, & majeſtate verendi:
Ex illo fatis quotiès urgemur iniquis
Vos petimus veſtro ſemper munimine tuti
Effugimus caſus varios, diſcrimina mille,
Quid? non iratum nobis placaſtis Oditem?
O noctem, horrendam noctem (nondum unus, & alter
Annus adeſt) quanto trepidans fuit illa tumultu?
Et priùs Helvetios, etiam frænaſſe furentes
Eſt operis verè veſtri. Quum millibus horum
Innumeris eſſent noſtri data præda Penates.
Scilicet is animus vobis, ea mens fuit uſq;
Morta-

Mortales ope ſolari, & miſeris dare dextram.
Arthemias thædis furiarum ardentibus acta
Auxilio eripitur veſtro, patriumq; furorem
Lenit, & à vano veterum decedere ritis
Impellit, veroſque Dei cognoſcere cultus.
Quarè agite, ò mites animæ decora addita cœlo,
Quo pede cæpiſtis præſentes ſemper adeſte,
Et ſervate pios, ac ſi quid forte pericli
Reſtat adhuc, tenues procul evaneſcat in auras.

In Patria non planè ſenex diem obiit ſex. Non. Auguſti 1655., ac ſi non alio, quam Auguſti menſe Poeta Auguſtus fatis cedere debuiſſet. Sepelitur Cremonæ in Divi Leonardi Templo ubi ſepulchrum ſibi hoc epitaphio paraverat.

Joannetto Auguſto illi Patri ſacrum poſuit Antonius Maria, quod ille vivens ſibi præſtruxerat MDXXX.

Hinc inter Illuſtriores Latinis muſis Cremonenſes recenſitus comperitur in *Leonardi Sarvii Bargei Sylva* de Archangelo Rubeo Cremonenſe Caleni Epiſcopo, in quà legitur.

Venit ſuperis quaſi miſſus ab oris
Lampridius, cumque hoc Sfondratus, Vida, Faernus,
Crottus, & Auguſtus.

Inter præcipuos Amicos habuit Aſcanium Bottam Concivem, & Coætaneum, qui & ipſius honorificè meminit *Proſ.* 3., *&* 4. *Italici ſui Ruralis*.

Eumdem memorant *Alexander Lamus in ſomniis cant.* 2. ubi lepidè conqueritur de filiis ejuſdem Auguſti ſcribendo.

Quel che poi ſegue è il ſaggio Auguſto, e pare
Che à ragion de ſuoi figli aſſai ſi doglia,
Perche li par, che le Virtù ſue rare
Il loro poco Amore al Mondo ei toglia.
Sperava queſti, che le ſue opre chiare
Poggiar doveſſero all' Empirea ſoglia,
Che degne d'irvi ſon, mà obimè che chiuſe
Nell' Arca ſtan le ſue lodate Muſe.

Antonius Campus in hiſt. lib. 3.

Cavitellus in Annalibus ad annum 1555.

Stephanus Doletus Aurelianenſis, tàm malè habitus ab Julio Cæſare Scaligero, ut diximus, ubi, de Vida, celebrat ejus amicitiam, dum ab Auguſto Sigillario donatus fuerat annulo *Ode Inſubrica lib.* 2. *carm.* 24.

Anno 1543. die 13. Decembris. In prima Nobilis Officii Conſervatoris Ordinum Patriæ erectione, quod modò præſentis operis, (jam ſunt anni quatuor, & ultrà) Autor occupat, electus fuit noſter Auguſtus, ut ex Regeſtis Archivii ejuſdem anni.

Eod.

Eod. Anno L.

JOſeph Bonfius, ut doctiſſimi Vincentii Vectioli Mæcenas inter literarum amatores jure merito eſt reponendus. Etenim de eo ſcribit *Vectiolus in Orat. 2. ad P. Cremon.* pro ſe ipſo adversùs eum, qui in Gymnaſiarchiam ſcripſit. *Tu enim Joſippe Bonfi (cur enim hic nomen tuum taceam, quem ſemper mei ſtudioſiſſimum cognovi; cui tantum debeo, qui mihi nulla umquam in re te defuturum toties pollicitus es?) tu inquam non hoſpitio ſolum me accepiſti, ſed liberos etiam tuos in diſciplinam mihi tradidiſti. nullum præterea officii genus eſt, quo tu me non fueris cumulatiſſimè proſecutus.*

MDLI.

ALexander de Ariſiis Joannis F. non tamen ex mea familia, cum eſſet ille natus in Vico Domorum de Stephanis nuncupato, maxima integritate Sacerdos, ac Cremonæ Publicus Gramatices Profeſſor in magno pretio habitus fuit. Iis, qui ſe in diſciplinam eidem dare vellent, rogarentque quanam re ſibi opus eſſet, reſpondere ſolebat, ut Antiſthenes cuidam Pontico Adoleſcenti, libro novo, ſtylo novo, novaq; tabella, animum videlicet ſignificans, multa conſcripſit, & præſertim

Normam pro addiſcendu Grammatica Adoleſcentibus admodum facilem &c.

quæ MS. una cum aliis Alexandri operibus pervenit ad manus Rolandi Cavagnini celeberimi Gramatici ejus ultimæ voluntatis Fideicomiſſarii. Inter alia piiſſima legata, quæ ſuis poſtremis tabulis condidit tum Ven. Conſortio B. V. appellato vulgariter della Donna, tum Sacello B. V. Roſarii in Eccleſia S. Dominici Cremonæ, in quo voluit humari, ac Eccleſiæ Parochiali S. Stephani, in ejus Natali ſolo, non eſt hic omittendum; quod reliquit Domum Urbanam in Vicinia S. Georgii conſitam eidem Ven. Conſortio, ejuſque Nobiles Regentes gravando *ad tenendum ibi in perpetuum* (utor verbis teſtamenti recepti à Jacobo Maria de Lupis Tabellione Cremon. diei 22. Decembris 1551.) *Sacerdotem unum amore Dei, qui docere habeat Pueros quatuor de Vicinia S. Georgii, quatuor de loco Binæ Novæ diſtrictus Cremonę, quatuor de ſupraſcripto loco Domorum de Stephanis diſtrictus Cremon. gratis, & amore Dei, & abſq; aliqua ſolutione per dictos Pueros fienda &c.*

Memoratur Alexander in *Monumentis Archivii Ord. Pręd. Cremonę.*

Duos alios inſignes Viros fermè hoc tempore viventes hoc nomine, & cognomine meæ familiæ conjunctiſſimos reperii, & ſcilicet.

Alexandrum de Ariſiis Patritium Mediolan. anno 1526. Juriſperitorum Civit. Med. Judicum Collegio adſcriptum, ut refert eruditiſs. *Camillus de Sitonis J. C. in Sylva M.S. cui tit. Coll. J. J. C. C. Med. &*

Alexandrum de Ariſiis inter Egr. Oppidi Caſalis Majoris Juriſconſultos memoratus *ab Ectore Lauda in hiſt. Caſ. Major. MS. pag.* 21.

per

per hæc verba. *Un Aleſſandro Ariſi, un Franceſco Vayno, un Claudio Pozzi, un Carlo Agoſta tutti queſti honorati di Officii Biennali, & altri gradi, ed alcuni di nomine di Senatore &c.*

Grammaticalem ſcientiam profiteri utique hoc ſæculo, ut antiquioribus fuiſſe comendabilem, nemo eſt, qui dubitet. Legimus enim præter alios, apud *Ricciolium in Chronol. reform. tom. 3. catal.* 15. ad ann. 766. hæc verba. Joannes Tergeſtinus ex Grammaticæ Præceptore anno 766. in Patriarcham Gradenſim aſſumptus Vir pius, & Catholicus, omniumque ſcientiarum, ac virtutum eximiè cultus &c.

Quinimmò Grammatici ab *Imperatore in l. exceptis C. de Decretis lib.* 10. Antiſtites appellantur, & hi ſunt non ſimplices, qui ſolum rationem rectè loquendi, & verborum interpretationem conſiderant, ſed qui in omni bonarum artium, & diſciplinarum genere exculti ad ſupremum magiſtratum ingenuæ Juventutis regendæ, & erudiendæ Civitatum benè inſtitutarum conſilio, & prudentia ſeliguntur.

Eod. Anno.

GEorgius Oldovinus Presbyter ſecularis amænioribus ſtudiis mirificè deditus, Poeta erudítiſſimus, qui meliorem ætatem traducens Venetiis ibi edidit opuſculum elegiacis verſibus compoſitum dicatum (ut ipſe ait) Adriaticis Juvenibus ſtudioſis, cæteriſque aliis Muſarum Amatoribus *apud Franc. Marcolinum* 1551. prænotatum.

De Primordio, & felici ſucceſſu Urbis Venetæ.

Epigrammatum lib. tres acceſſit l. Auguſtini Thuani Cambræ Lipſiæ apud Schurer. Ambergæ apud Schenfeld. 1608. *in* 12. *Lugduni apud Barth. Vincent.* 1618., & *Francofurti apud Schmidlin.* 1614.

De eodem M. Georgius Draudius in Bibl. Claſſica.

Cavitellus Annal. 1539. eum malè vocat Gregorium.

Hìc autem Georgius ille videtur, qui novus Trapezuntius Cremonenſis vocatur à Sfortia Pallavicino decatetraſtico in Conjugem Poetriam, quod occurrit *lib.* 3. *Epiſt. collectarum à Franc. Turchio num.* 13. ubi

Ceda il mio dotto, e raro Ferrareſe,
Ch' addolcirebbe un Indo, un Turco, ò un Mauro,
E'l nuovo Trebiſonda Cremoneſe.

Georgius enim pariter vocabatur Trapezuntius ille Græcarum Pater literarum.

Eod. Anno LI.

SIgiſmundus Guindanus Muſarum ſtudio præclarus, at infelicium literatorum memorabile exemplum. Scripſerat enim heroico verſu volumen ſub titulo

Auſtriados

in quo Caroli V. Imp. Aug. vitam, & geſta duodecim libris cane-

[bat. verum audiamus *Ant. Campum* Noſtri Scriptoris Coævum *in hiſt. lib.* 3. *ad ann.* 1551. materna lingua referentem quid de Eo evenerit, ut alii ſimilium Poematum Sectatores prudenter ediſcant. Morì nel fine di queſt'anno Sigiſmondo Guindano noſtro Cittadino, Poeta molto eccellente, havea queſti compoſto dodici libri de' fatti di Carlo V. Imperatore in verſi Heroici, imitando con molta felicità il Prencipe de Poeti Virgilio, mà ricevè egli puoco, ò niun frutto delle molte ſue fatiche, percioche havendo mandato à preſentare quella belliſſima Opera ſcritta à penna, il cui titolo era *Auſtriados*, all' iſteſſo Imperatore Carlo, non n' hebbe da quel Prencipe ſolito ad eſſere liberaliſſimo con tutti i Virtuoſi, premio alcuno, eſſendogli ſtata preſentata poco avvedutamente da chi n' hebbe la cura in tempo, che Sua Maeſtà era occupatiſſima nella guerra d'Alemagna; la onde il Guindano malavventurato, ritrovandoſi povero, e non potendo perciò far ſtampare la predetta Opera, vinto da eſtremo dolore la gettò nel fuoco, ed egli puochi giorni dopo infermatoſi mancò di queſta Vita, huomo per l'eccellenza dell'ingegno, degno veramente di miglior fortuna.

Lud. Cavitellus ſcribit in Annal. Guindanum obiiſſe die 3. Decembris ejuſdem anni 1551.

A Franciſco Zava laudatur *in Epiſt. famil. lib.* 1.

Eod. Anno.

JOannes Paulus Ariſius Junior Fi. Jo: Ludovici, de quo jàm ſermo fuit, inter præclaros Juriſconſultos non ultimam ſedem obtinuit, idcircò in magnis cauſis Advocatus à Principibus, & Summatibus foris, & domi electus haud nunquam invictus certamina reliquit. Multas in jure compoſuit

Lucubrationes

Quas majorum noſtrorum malo fato, haud incuria deperditas nunc defleo.

Ejuſdem virtutis perhibet teſtimonium *Hieronymus Clocius in Epiſtola* nuncupatoria Andreæ Marino Ill.^mi, & Ecc.^mi Thomæ Ducis terræ novæ F. prò ejus libro. *Pub Virg. Maronis Verſus Proverbiales inſcripto. Cremonæ* 1562. *ap. Vincentium Conctum*, ubi in initio: *A multis, & præſertim à Jo: Paulo Ariſio, cujus opera ob excellens ejus ingenium, & non vulgarem Juris ſcientiam Ill.^mus, atque ornatiſſimus Pater tuus in maximis ſuis negotiis valdè uti ſolet, de ſuis, fratriſq; tui laudibus eximiis, & propè divinis audio &c.*

Hic eſt ille Jo: Paulus vocatus in ſubſtitutione Fideicomiſſaria magni momenti (ſed maximi quidem litigii forſan à meis filiis abſolvendi) facta in ultimo, cum quo deceſſit elogio ab Jo: Petro de Riſiis Franciſci F. Patritio Mediolanenſi, ut patet ex ejuſdem receptione habita per Jo: Ambroſium Cignardum Mediolani Tabelionem ſub die 29. Aprilis 1551. qui Jo: Paulus licet in Tabulis vocetur de Riſiis, nil infert cum Riſii ſimul, & Ariſii noſtri majores appellati

fuerint,

fuerint, ad cujus rei elucidationem apponam ipſamet verba ſubſtitutionis enunciatæ. *Deficientibus autem omnibus præmiſſis ſucceſſivè Magnificus Jur. Conſ. D. Jo: Paulus de Riſiis Cremonenſis, & ſucceſſivè ejus deſcendens maſculus legitimus, & naturalis, & probior, & virtuoſior, ejuſq; deſcendentes in infinitum, & eis etiam deficientibus vocavit nobiliorem, virtuoſiorem, & probiorem de Agnatione Riſiorum declarando ſub nomine Riſiorum ob varietatem ſcribentium dictam Agnationem diverſo modo, etiam appellatos de Ariſa, de Ariſis, de Ariſiis, vel etiam de Arixiis, habito tamen reſpectu ad identitatem gentilitii ſtemmatis conſiſtentis in tribus nigris repagulis, vulgaritèr Stanghettæ, diviſis ab aliis tribus lutei coloris.*

Memoratur, ut quoque vidimus, in marmorea Inſcriptione Jo: Lud. Patri appoſita.

Eod. Anno.

FRanciſcus Oriolius ex inſigni Oppido Caſalis Majoris (cujus nomen placet hic honoris cauſa apponere) fuit enim is juris intelligentia, atque omni prudentiæ genere pręſtans, qui in principibus Mediolanenſis ditionis Civitatibus de Superiore loco ſæpiùs jus dixit, ut ſcribit *Vectiolus in Orat. 2. ad P. C. Cremonenſes.*

Laudatur, & ab *Hectore Lauda in hiſt. Caſal. Maj. MS. pag. 20.*

Eod. Anno LI.

HOmobonus Offredus omnium Medicorum ſua ætate facilè Princeps, de quò ſcribit doctiſſimus *Vida in Act. 2. adverſ. Pap.* Hic exquiſita quadam medendi ratione præditus aliquos quotidiè ſanando, qui periculosè ægrotabant jam propè deſperati, comploratiq; ab omnibus, ut aliquis Medicinæ Deus imploraretur, & à finitimis Civitatibus jam uſitato nomine Cremonenſis Hippocrates vocatur &c. inter ejus opera connumerantur.

De Peſtilentia lib. 3.

De Febri ethica lib. 2.

De Sectione Corporis humani lib. 2.

De parca, & vehementi Evacuatione quæſtiuncula ad celeberrimum Philoſophum, & Ducalem Med. Scipionem Veggium.

Benedicti Victoris Med. Faventini doctiſſimi maximè neceſſitudinem excoluit, aliorumq; ſuo tempore inſigniorum Hominum. ſcripſit, & *Commentarium de Venæ inciſione in principio morbi lateralis adverſus Ludovicum Panizzam Med. Mantuanum*, quem refert vidiſſe *Laur. Legatus in Lyceo Herculis MS. apud Ovidium Montalbanum.*

Prætereundum non eſt ejus Epitaphium, quod proſtat in celebri noſtræ Urbis Divi Auguſtini Phano.

Homobono Offredo Philoſopho Mortalibus ob mores non minùs ſuaviſs. quam medendi præſtantia charo, omnibuſq; expedito, cujus domus Sanitatis Officina multis è rogo in vitam reſtitutis tota Italia adibatur.

tur. At dum undique à Principibus accerſitus amicorum ſaluti conſulit, ſuam perdit. luctu pub. Civitatis Italia mærente elatus vixit ann. LXXX. Pet. Jo: Bapt. FF. mæſtiſs. Parenti Sanctiſſimo Poſ.

Jo: Thomas Muſconius in ſuis Epitaphiis *lib.* 2. ità cecinit.

Homoboni Offredi Med. Phyſ. Clariſs. Cremon.

VEnerat ad ripas fato modò functus Averni
Offredus, ſtygio conſteteratque lacu.
Obvius Hippocrates, patriſque Epidaurius herbis
Nobilis, & gemino corpore Phylerides.
Quorum ope nigra diù vivens ſpoliaverat Umbris
Regna, ſenex morbos depuleratque graves.
Dis torvum hunc ſpectans quid tu hoc ait orbe petiſti?
Hæc loca num ſolita vi populare paras.

Hiſce Epicedium *Pecini Sejani* ſuccedat è ſuis MS. erutum.

TUrrita te Cremona te quidem decet
Plorare noctes, & dies
Homobonus poſtquam coactus à tribus
Fuit Sororibus mori.
Hic omnibus placebat: hic morbus ſuis
Verbo levabat dulcibus.
Hic Principes, hic Nobiles, hic Pauperes
Curabat æquis pharmacis.
Nunc hic cubat, nunc hic jacet, nunc hic latet
Offredus ille Homobonus.

Ejuſdem cum laude meminerunt.
Antonius Campus hiſt. Cremon. lib. 3. ad annum 1553.
Cajetanus in carmine MS.
Lamus in Somnio cant. 2.
Hier. Caleſtanus Parmenſ., in Obſervat. Pharmaceutices edit. Venetiis 1656. *p.* 2. *in obſervat. ad confect. De ſcoria ferri. pag.* 131.
Lud Panizza Med. Mantuan. in Quæſt. Phlebotomicis. Venet. impreſſ. 1572. & alii.

MDLII.

LAurentius Gazius Monachus Caſſinenſis ad cujus nominis memoriam recolendam reddam ejus Epitaphium ad D. Juſtinæ Templum, quod legitur ex Monumentis Patavinis *Jacobi Philippi Tomaſini.*

S. D. C.

Laurentio Gazio Cremonenſi Monacho Caſſinenſi Viro ſumma religione conſpicuo, ac in Muſicæ, & Arithmeticæ ſtudiis, Theoricæque ſcientiæ peritiſſimo; & cunctorum Eruditorum hujus tempeſtatis judicio excellentiſſimo, & ſcribendi arte ità præclaro, ut parem fortaſſis aliquem,

ſupe-

ſuperiorem habuerit neminem. Qui ſenio tandem confectus Patavii nonagenarius obiit, non ſine amicorum mœrore Anno Domini 1552. *Cal. Septemb.* 14.

Memoratur, & à *Scardeone Hiſt. Patav.* hiſce verbis. *Floruerunt autem ex hac Nobiliſſima Gazior um Familia omni ævo multi Illuſtres, & celeberrimi Viri tùm armis, tùm literis clari, & præcipuè noſtris temporibus Laurentius Gazius Monacus S. Juſtinæ, in cujus memoriam Jo: Baptiſta Rota Patav. hujus clariſſimi, ſibiq; amiciſſimi Viri virtutum maximus admiratur hoc eloginm P. C.*

Quid de Antonio Franciſco Gazio Inſigni Aſtronomo, & Medico ſcribat doctiſſimus Apoſtolus Zenus, legatur ejus diſertiſſima Epiſtola ad Ab. Juſtum Fontaninum Clariſſimum Virum pag. 44. Venetiis cuſa hoc anno 1704.

MDLIII.

PAulus Ala Joannis Petri, & Polixenæ Cambiaghæ Filius, ſubtiliſſimus Legum Interpres, cujus conſilio, & prudentia dulci, doctoque ſermone, & ſingulari liberalitate, munificentiaq; Civitas noſtra eo vivente conquievit; Patriæ nomine legatus Mediolanum miſſus, audito, & percepto murmure excitato à Papienſibus de Veteris dignitatis loco Cremonenſibus diſturbandis, & ejiciendis, de qua re cum ei nihil antiquius eſſet, quàm nominis Cremonenſis exiſtimatio tàm doctè diſputavit, ut Papienſes, qui illuc venerant rationes veteris Cremonenſium dignitatis cognituri tunc eloquentiſſimum Juriſconſultum audientes ſummopere admirarentur, illius facundiam in cœlum laudibus tollerent, eorumq; Urbem inexpleto deſiderio, & penitentia ducti remigrarunt, contentione relicta, & in ævum deſerenda; licèt quidem neotericus Author in quodam Theatro Alexandrino malè edoctus, & inconſultò in re tàm difficili deciſionem proferre non erubuit. Sedavit, & ſuſtulit controverſiam, quæ ex Caſalis Majoris, & Soncini Incolis cum Civibus noſtris non pauca de re orta erat. Sanctiſſimi Ordinis Senatorum in Joannis Baptiſtæ Schitii locum ſubſtitutus hoc anno emicuit, cujus doctrinæ, & prudentiæ cauſas, quas ſumm acura ingenii ſubtilitate, mentis perſpicacitate, agendi celeritate, & præſtantia tractandas Petrus Paulus Arrigonus Senatus Princeps tractandas noviſſet, cognoſcendas demandabat. Huic unum tantum defuit corporis bona valetudo, quam labor in literarum ſtudiis aſſiduus debilitavit, & exanimem reddidit die 4. Januarii 1563. dum eſſet Mediolani. cadaver in patriam delatum ære publico in Templo majori quieti æternæ ſplendidè commendatur, in cujus illuſtre funus *M. H. Vida* tunc Nonagenarius, & ultrà illachrymans tanti Senatoris jacturam inter alia ad cœnotaphii ornamentum congeſſit.

Has quoque Paule Roſas, varios hos accipe Flores,
Quos mæſti charum ſpargimus ad Tumulum.
Sic humus æternis ſibi vernet circum Amaranthis,
Sic tibi perpetuos halet, & aura crocos.
Salvete illuſtres manes, vobiſq; perennis
Sit ſine fine quies, ſit ſine nocte dies.

Jacobus Ant. Mutius J. C. Coll. pulcherrima, & doctiſſima laudatione Alæ mortem celebravit, & ſequens Epitaphium ejus ſepulchro inſcripſit.

D. O. M.

Paulo Alæ, qui ob Juris Civil. eximiam prudentiam in Senatum Mediolanenſem cooptatus, eum Magiſtratum, & fide, gravitate, abſtinentia caſtè, integreq; & ad priſcæ probitatis laudem geſſit, ut longè majora à Rege ſperare debuiſſet. Sed heù dum Reipublicæ dignitati enixe privatorum commodis benignè ſtudet, ſuis parum conſulens, perdita valetudine diù uſus vitæ ceſſit ſuo magis, quàm aliorum tempore vixit annos 49. *Menſ.* 7. *Civitas Cremonæ decreto ſepulchro ſumptu publico Civit. B. M. parentavit.*

Plura ejus ingenii admirabilis monimenta reliquit in Jure præcipuè, quæ deſiderantur, congeſſit, & librum inſcriptum.

Proviſiones pro regendo Navigio Civitatis Cremonæ, quæ approbante Sen. Excellentiſſimo fuerunt excuſæ *Cremonæ* 1604. *apud Draconium, & Zannium,*

Memoratur *à Zava in Orat.* egregiè, & diſertè.

De eodem *Horatius Landus in Senatu Mediol.*

Cavitellus in Annal. Camp. in hiſt.

Alex. Lamus in Somnio cant. 2.

Eod. Anno.

JO: Baptiſta Picenardus Medicinæ, ac Philoſophiæ Doctor Egregius, nihilq; ſuo tempore illo homine elegantius Gonzaghis Principibus maxima addictus familiaritate. ſcripſit

De Morbis muliebribus lib. 5.

De Præcognitione totius Philoſophiæ lib. 2.

In Templo D. Franciſci Cremonæ hoc ſepelitur Epitaphio marmoreo, nuperrimè imprudentiſſimè ſublato, ut locus daretur cujuſdam inepti Pictoris coloribus.

D. O. M.

Jo: Baptiſtæ Picenardo Med. Phyſico clariſſimo ob egregius ejus virtutes Iſidorus Med. Phyſ. Gabriel. Julius Filii Patri dulciſſimo Poſ. Vix. ann. LXVI. Menſ. iv. dies XVIII. Obiit iii. Kal. Janu. MDLXV.

Memoratur à *Vincentio de Conctis* Typogragho Cremon. in litera nuncupatoria Generoſæ Cremonenſi Communitati, quæ Orationi Joannis Petri de Nazariis per eumd. excuſæ 1564. præmittitur.

Alex.

Alex. Lamus in ſomnio cant. 2.

In Collectaneis Carminum lib. 9. *Cremonæ per eundem Vincentium typis datis* legitur Epigramma Italicum *Trajani Dordoni* ad noſtri Picenardi laud.

Octavianus Picenardus in Orat. pro Sigiſmundo Picenardo ſcribit. *Quod ſi in tanta Auſtriaci Imperii fælicitate armis ità floruit Gens Picenarda, non ſanè minùs literis inſignis fuit. Ut enim Civitatem, & Cives, quos toties armis ab hoſtibus, legibus, ab injuſtis tutata fuit, etiam medica Arte juvaret, peperit Joannem Baptiſtam Picenardum Philoſophum, Aſtronomum, & Medicum eminentiſſimum, qui ut alter Æſculapius, languentium vota exaudiens, multis è rogo ad vitam reſtitutis, vixit omnibus chariſſimus, & præſertim Marchionibus Gonzagæ familiæ, qui ad ejus Domum, tanquam ad Delphicum templum, & ad datorem ſalutis, & vitę, votivas tabellas allaturi, recuperandæ valetudinis gratia, confugiebant, virum ſanè, quem mors, licèt quotidiè ex faucibus illius morientes vindicaret, nunquam tamen, ac ſi ejus aſpectum horreret, cominus aggredi auſa fuit, donec illum jam ultimo ſenio confectum natura vivis ſubripuit, & jam mortuum morti liberaliter conceſſit.*

Eod. Anno.

JOannes Baptiſta Hermenzanus nobilium ſcientiarum amantiſſimus, ac poeta muneris omnibus abſolutus. quamplures italicos rythmos in unum congeſſit, & publicavit inſcriptos

Giardino Poetico &c.

Ejus facunda carmina edidit pariter anno 1682. Innocentius Maria Floravantius Bononienſis, ſimili titulo prænotata, cujus amicitiam ego ſummè excolui, dum Bononiæ Juris ſtudens libentiſſimè degebam.

Antonius Campus hiſt. lib. 3. ad annum 1548. memoriam agit hujus Auctoris &c.

MDLIV.

JOannes Baptiſta Buſſetus Medicus inſignis, in Chirurgicis præſertim operationibus conſcripſiſſe dicitur

De extractione lapidum veſicæ.

& alia ejuſmodi.

In eo quippè Medicinæ genere præſtantiſſimus fuit. Quamobrem ad varios Principes, & magnos Viros frequenter vocatus egregiè curavit quamplures eo morbo laborantes; undè & ſibi & patriæ magno fuit honore. Meminit ipſius *Ant. Campus l.* 3. *hiſt. ann.* 1554 quo tempore ipſum floruiſſe narrat.

Anno 1518. *ſequenti diplomatè fuit à Civitate Cremonæ decoratus.*

„ DEputati Præſidentes negotiis Magnificæ Communitatis Cre-
„ monæ. Univerſi Conditor Immortalis varias in nos natura
„ fragiles ægrotationes, multiplicesque diverſorum Morborum
„ languores fore proſpiciens humanæ conditionis imbecillitatem

miſeratus

„ miſeratus medicinalem artem, inter alia Mortalibus elargita mu-
„ nera effudit, & contulit clementiſſimè, ne quem ad unigeniti ſui
„ Imaginem condiderat homo adverſa correptus valetudine tam
„ elegans ſtructura, ità facilè deformaretur, debilitaretur, aut pe-
„ nitùs deſtrueretur; ſed per ipſam ad bonam revocatam convale-
„ ſcentiam, & ſuam agnoſceret clementiam, & diù in terris me-
„ tuendiſſimum nomen, & admiranda opera ejus laudaret. Nulli
„ igitur mirum videatur, ſi qui artem ipſam profitentes à Majori-
„ bus noſtris, ità lege municipali, & diverſis in ſpecie conceſſis at-
„ teſtantibus Privilegiis maximò ſemper in pretio habiti fuerunt;
„ Laudandus quidem Mos, ac approbandæ inſtitutiones, veræq;
„ Civitates denominandæ, ubi qui virtute, doctrina bonarum ar-
„ tium laude, & ſplendore ornati ſunt, amplectuntur, & ſummis
„ efferuntur honoribus.
„ Propterea cum apud nos quamvis parvo ſuæ ætatis ſpatio verſatus
„ vir moribus probus, & ingenio non ignavus Magiſter Jo: Anto-
„ nius de Buſſeto Concivis noſter Amantiſſimus Cyrogico Operi
„ uſu, & experientia variis luſtratus Regionibus, adepto, ſua qui-
„ dem cum laude incumbens multa de ejus arte, & induſtria dede-
„ rit, detque in dies non vulgaria experimenta: Natas in primis
„ medicinis diſſolvere, aut ferro ſuccidere aptus, viſum (quod in
„ ſenſibus præcipuum eſt) ſivè albugine, optalmiiſve maculetur
„ mundare, ſive vertigine, aut cataractis hebetetur, clarificare, ſi-
„ ve ungulis, cancris, ulceribus, ſebel, pluribuſq; aliis, quibus læ-
„ di poſſunt lumina ægritudinibus inficiantur, liberare: aut ipſorum
„ apoſtemoſorum dolores, & ſpaſima retardare non ſecundus judi-
„ catus. Sciſſa labra conſolidare peritus. Morbum patientibus
„ gallicum mederi non ignarus. Ad removendum quaſcumque
„ ſpecierum hergnias carnoſam, ſcilicet, ventoſam, aquoſam, va-
„ ricoſam, humoralem, zirbalem, & inteſtinalem expertiſſimus;
„ mentum, & porros, urina prohibentes in veſſicam deſcendere
„ aptiſſimus aperire, & etiam inde aliquo vitio, aut deffectu natu-
„ ræ impediente argentea ſyringa ſuaviter intromiſſa educere peri-
„ tiſſimus. In inteſtinalibus, aut zirbalibus dilatationibus ſanan-
„ dis non inexpers, menſtruum, & ſanguinem reſtringere valens;
„ Demortuos fętus è Genitricis utero inſtrumentis ad hoc peregre-
„ giè compoſitis mira quadam dexteritate, Matreque Incolumi
„ extrahere expertus, & cognitus. In mundificandis, & conſoli-
„ dandis ulceribus Matricis per alia ad id aptiſſima Inſtrumenta
„ ſingularis. Hemoroidas, ficos, & id reliquorum malorum ge-
„ nus podicem infeſtantes expellere doctus. Varicoſis crura me-
„ deri non impeditus. Et demum in lityaſim, nephreſimue pa-
„ tientes renali, ac Veſſicæ calculo, aliquando medicinis conſum-
„ pto, digeſtoque veſſica, item aliquando facili quadam ipſi, ſed
„ mira aliis viſa induſtria extracto calculo liberare ſingulariſſi-
„ mus. Quæ cum nobis fide digno teſtimonio multorum tùm ejus

Magi.

„ Magiſtri Jo: Antonii opera, & ope adiuti, tùm qui in alios non
„ inanem viderunt experientiam, nota fierent eam noſtri, vel po-
„ tiùs communis Patriæ gratia, & benevolentia dignum cenſentes;
„ decrevimus in fidem ſuæ ſalutaris exercitationis eumdem à quo-
„ cumque tàm reali, quàm perſonali onere, aut mixto ordinariè,
„ vel extraordinariè, ac etiam reſpectu Militum, Cavalcatarum,
„ Alloggiamentorum, Guarniſonum, & Contributionum pen-
„ denti, vel de cætero imponendo Dominis Excellentiſſimi Col-
„ legii Cremonenſis Phyſicis Immunitatibus, exemptionibus, &
„ Privilegiis ſibi à præfata Communitate conceſſis, æquare, &
„ parem facere. Et ità Magnifico, & Clariſſimo Domino Guidone
„ Meterono Doctore Regio Senatore, ac Prætore, & Commiſſa-
„ rio Cremonæ præſente, & cum ejus auctoritate, & decreto
„ æquamus, & parem facimus, ut ſuprà, pari onere ipſum quoq;
„ afficientes, quibus ipſi DD. Phyſici Epydimiæ tempore, & aliter
„ ità ſupraſcriptarum eorum Immunitatum virtute gravati ſunt
„ ſufficientibus ad hoc faventibus ſuffragiis. Recordata alia ſuper-
„ indè facta ballotatione, aut aliis in contrarium facientibus non
„ attentis, quibus authoritate præfati Clariſſimi D. Prætoris, &
„ Commiſſarii extitit derogatum. Mandantes eadem authoritate
„ ſuffulti, has noſtras ab omnibus, quibus ſpectat, inviolabiliter
„ obſervari ſub pœna inobedientiæ noſtræ digna.
„ In quorum fidem &c. Datum Cremonæ die vigeſimo ſeptimo
„ Menſis Maii 1518. Indictione ſexta.

Signata Ugolinus Cancellarius, & Dictator, & Sigillata ſolito ſigillo præfatæ Communitatis in pendenti &c.

Fuit extractum è Regeſtis Archivii ſignat. CC. *annorum* 1515. 16. 17. 18. 19. *fol.* 147.

Eod. Anno LIV.

FElicianus Conradus Auguſtiniani Ordinis honor, cum Hiſto-ricis, Philoſophicis, Theologiſve literis, & Sacr. Pag., ac Cano-num peritia doctiſſimus ſemper effulſit. In exedris invictus, in Roſtris indefeſſus, ubiq; locorum notus, Oratoriis etiam, & Poe-ticis facultatibus profundè verſatus, ad Apicem dignitatum in ſua Congr. Inſubriæ anno 1654. communibus omnium Eligentium Votis in Comitiis Vitellianæ extollitur, inexpleto quidem anno ad immortale gaudium evolavit. Sub ejuſdem auſpitiis anno 1553. pulcherrimus fornix in Auguſto Divi Auguſt. Cremon. Templo ædificatur, expletur poſteà 1559. Dum eſſet Auguſtæ Taurino-rum; plura ejus doctrinæ teſtimonia demonſtravit, & inter cætera in Bibl. D. Aug. Cremon. cuſtodiuntur

Sermones Funebres.

De eodem conſule *Don. Calvum in Mem. hiſt. Congr. Auguſt. Inſubriæ ſub ann.* 1554.

Joſ. Breſſianus in Corona Vir. Ill. lib. pr. p. 3.

Torellus in Sæcul. Auguſtin. Tom. 8. *ann.* 1554. *num.* 19.

Eod. Anno LIV.

HIeronymus Pinzonus Cathedralis Cremon. Canonicus, & Eccleſiæ S. Leonardi Præpoſitus, literarum omnium peritiſſimus, Venetiis vitam clauſit, ut de eo refert *Cavitellus in hiſt. ad annos* 1554. *Hieronymus Pinzonus Cremon. excellens Theologus, Aſtronomus, decretorum doctor, & ex Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Cremonę, & literis Hebraicis, Gręcis, & Latinis eruditus, morte violenta occubuit Venetiis, dum ibi eſſet ſolatii gratia &c.*

Franciſcus Zava in ſuis Orat. ſcribit, Pinzonum ab Hebræa lingua multa opera latinitati donaſſe, quæ penès ipſum extabant, ſed illa non exprimit. ejuſdem etiam memoriam habet *in Epiced. Octaviani ex Comit. à Covo.*

Ipſe etiam Divi Leonardi Antiſtes ab alto
Ethere Pinzonus, cui verè Pagina ſacra
Debet ab Hebræa translata volumina lingua
Cultus Hieronymus doctrina præditus alma.

Erat hic Hieronymus Nepos Auguſtini, de quo habetur propè Aram Majorem Eccleſiæ S. Leonardi hæc inſcriptio.

Aram hujus Ædis à fundamentis reparatæ Auguſtinus Pinzonus J. U. D. Præpoſitus in eadem, Cathedralis Templi Canonicus Acolithus, ac Protbonotarius Apoſt. Deo, & Divo Leonardo dicavit Anno S. MDI.

MDLV.

THomas Manna F. Petri Medici celeberrimi Viciniæ S. Leonardi, Legum Doctor eximius Collegium obtinuit die Jovis 19. Menſis Decembris 1655. Patriæ fuit Decurio, & ex Fabricæ Cathedralis Eccleſiæ Præfectis. Guillelmo Gonzagæ Mantuæ Duci familiaritate conjunctiſſimus, ab eodem Juſtitiæ Capitaneus in tota ejus ditione deligitur, & anno 1570. die 12. Septembris ex Patriæ decreto Orator ad Potentiſs. Phil. II. Hiſp. Regem in cauſa Emporiorum declaratur. multa fertur edidiſſe

Conſilia in Jure.

Inter J. J. C. C. magni nominis, qui ſubſcripſerunt *Conſilio Septuageſimo Burſati*, ut in lib. 1., legitur noſter Manna, ut ſub nu. 93. 96. 98., & 99.

De eodem in ædibus Canonicis propè Eccleſiam Majorem hæc eſt Inſcriptio.

Thomas Manna J. C. Bartholomæus
Paternus Eques, & Julius Stanga
Præfecti Fabricæ exornarunt MDLXVIII.

Malo fato fuit è vivis ſublatus anno 1575., ut notat *Campus libro* 3. *Hiſt. pag. LXX.*

Floruit & alter Thomas Manna J. C. ex eodem Collegio anno 1516. de quo extat monumentum in Inſcriptione poſita ad Sacrum Fontem Majoris Baptiſmatis, nec non in poematiis *Cajetani.*

Eod.

Eod. Anno.

CArolus de Stephanis utriuſque linguæ peritus, nec inglorius Muſarum cultor, non inſulſa ſcripſit.

Epigrammata,

quorum aliqua in laudem Franciſci Denalii Poetæ Regienſis leguntur præfixa latinis, & ſubjuncta Italicis ejuſdem Denalii Poematiis Bononiæ cuſis 1563. In Oppido Caſalis Majoris publico ductus ſtipendio, literas humaniores docuit, & diù Corrigii moratus, Principum, indigenarumq; animos in ſuæ doctrinæ, & integritatis cultum attraxit, laudabilemq; juventutem eruditione ſua in ſtudia liberalium artium allexit. Hinc *Denalius* ad ipſum *lib.* 3. *carm.* 18. multum laudis reliquit. commendatur & à *Vectiolo Orat.* 2. *ad P.C. Cremon.* eum vocando eruditiſſimum Præceptorem, & in humanioribus literis exercitatiſſimum.

Ector Lauda de eodem agit *in hiſt. Caſ. Major. MS.*

Eod. Anno.

Alexander Schinchinellus Petri Jo: Senatoris filius, Laurea legali ſuſcepta, hoc anno Coll. DD. Judicum ingreſſus fuit, ſumpto exindè clericatu apud Summum Pont. Pium IV. Utriuſq; Signaturæ Referendarius Romæ, in Patria verò Canonicus Cathedralis Eccleſiæ; Sanctiſs. Inquiſitionis Conſultor, ac Monialium Generalis Vicarius, moribus, & ſcientiis præclariſſimus effulſit, qui quamvis tot honoribus inſignitus, procul dubio longè majores habuiſſet, niſi ejus humilitas humanum faſtum ſuperaſſet. piiſſimè fertur, mortalem vitam reliquiſſe die 21. Januarii 1602. condito Alexandri cadavere in Templo Divi Auguſtini, ubi ab Joanne Baptiſta Burgo Auguſtin. S.T. D. Celeberrimo, oratione funebri laudatur, typis data, ut dicam, pridiè Kal. Febr. ejuſdem anni.

Ejuſdem pietatis ſigna exhibet in Fano recenſito hic lapis.

Hanc Aram ad Dei Opt. Max. cultum per Majores ſuos inſtitutum R. Alexander J.U.C. Chriſtophorus, & Carolus Fratres de Schinchinellis erigendam curarunt Anno à Partu Virg. MDLXI.

De eodem *Alex. Lamus in Somn. cant.* 2.

Cavitellus in Annal. pag. 428.

Antonius Campus hiſt. lib. 3. ubi *Aleſſandro Schinchinello Can., e Prelato del Duomo, che già ſotto Pio Papa IV. hebbe l'Ufficio di Referendario Apoſtolico, è queſti nella noſtra Città molto ſtimato, non tanto per la nobiltà della Caſa, che è delle principali, come anco per l'eccellenza della dottrina, e per la purità de coſtumi.*

Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr., ac in Roſis, & Violis, & in Coll. J.C.

Peregr. Merula in Carmin. ubi

Hinc Alexandrum Schinchinellum virum optimum,
Quem ornat probitas, juriſve præſtantia.

MDLVI.

CÆſar Gerenzanus in ejus Adoleſcentiæ flore magna eruditione refertus, qui cum docta *Carmina* ſcripſiſſet, obtinuit celebrari à doctiſſimo Rethore *Franciſco Zava* in ejus Epiſtolis Cremonæ excuſis anno 1568. à me igitur hæc laus non eſt omittenda, cùm *Zava* ipſe niſi laude dignos laudaverit.

MDLVII.

JOannes Theriſenghus Monachus Ciſtercienſis Theologicis, ac humanis literis in adoleſcentia imbutus, Vir effectus ad divini Verbi prædicationem vocatus, inter ſuæ Congregationis Sacros Oratores perfectior habitus fuit; majoribus etiam ſui Ordinis dignitatibus decoratus, cùm eſſet Abbas in Monaſterio S. Mariæ Magdalenæ Cavæ non procul à Patria die 15. Janu. hoc anno ex hac vita deceſſit,

Opera plura

Poſt ſe reliquit, ut ſcribit *Breſſianus in Corona Vir. Ill. p. 3. pag.* 165.

MDLVIII.

LUdovicus Capellanus, Franciſci Patriæ Decurionis, & Margaritæ de Ariſiis filius, cui nomen Avi materni Viri clariſſimi, de quo jam diximus, impoſitum, extitit Inſignis Medicinæ, & Philoſophiæ Profeſſor Publicus in Patavina Univerſitate Magiſter unà cum Eraſmo Sydereo Germano. Recenſetur *ab Antonio Riccobono de Gymnaſ. Patav. lib. pr. ſub cap.* 15. *inter Explicatores tertii Libri Avicennæ.*

Franciſci ejus Patris legitur hæc Inſcriptio ſuper Ponte Navigii Communitatis Cremonæ, marmori inſculpta propè Civitatem.

Ad Commodum publicum Bernardinus Crottus J. C. Franciſcus Capellanus Decuriones Cremon. faciendum curarunt Carlo V. Rom. Imp. MDLI.

Eod. Anno.

DOminicus de Summo in tenera ætate maximè præſtitit ingenii facultate in literis addiſcendis. A Parentibus Romam miſſus, Paulo III. Rom. Hierarcæ adeò gratus fuit propter ingenii comitatem, ut ab eo inter Canonicos S. Laurentii in Damaſo de Urbe electus fuerit; interibi, vacante Epiſcopatu Biſſinianenſi, ad eumdem accitus eſt, verùm edita jam ætate Romæ immortuus eſt, & ſepultus in iiſdem Divi Laur. Ædibus hac inſcriptione.

D. O. M.

Dominico de Summo Cremonenſi Civi Romano, Canonico Divi Laurentii in Damaſo, & Epiſcopo Biſſinianenſi. Andreas Breventanus de Summo, ac Pacificus Arditus hæredes Avunculo, & Benefactori ſuo Poſuere. Vixit ann. LXIX. Menſ. iij. dies xviij. obiit ann. Sal. MDLVIII. nono Kal. Januar.

Vide

Vide *Ughellum in Ital. Sacra*.

Breſſianus in hiſt. Eccleſ. MS. hunc dicit ex ordine Cruciferorum, qui in ſuburbiis Cremonæ degebant in loco, vulgariter nuncupato l'Incroſato, ſed alterum Dominicum de Summo ab hoc diverſum reor eſſe, de quo extat memoria *in Sanctuario Cremonæ Peregrini Merulæ*, ubi de Eccleſia SS ſeptem Fratrum excurrit.

Eod. Anno.

BArtholomæus Sylvius, quem Cremonenſem eſſe refert *Conradus Geſnerus in Bibl. Inſtituta, deindè completa per Joſiam Simlerum Tigurinum Tyguri apud Chriſtophorum Foſcoverum* 1574., & ſcripſiſſe

Libellum de Euchariſtia, quem impreſſit Joannes Opporinus Calcographus Baſileæ in 8. 1558.

De eodem *Ovidius Montalbanus lib. 1. Dendrologiæ Aldrovandicę pag.* 29.

Legatus in Fragm. Licei Herc.

Cujuſdem Herculis Sylvii leguntur carmina in laudem Elii Julii Grotti Cremon. ejus carminibus præmiſſa, Ferrariæ 1564. excuſis.

MDLIX.

DIonyſius Somentius illuſtris J.C. & in ditionibus Nobilium de Sfondratis ad Larium lacum Judex, magnæ Vir eruditionis fuiſſe perhibetur. Ejus

Epiſtola latina ad Nicolaum Sfondratum Ripariæ Comitem, Regiumque Senatorem ampliſſimum, qui poſteà Cremonenſis Ep., & Card. in Sede Petri fuit Gregor. XIV. legitur præfixa deſcriptioni Larii Lacus à Paulo Jovio nuncupatæ Franciſco Sfondrato. *Venetiis excuſæ apud Zalettum* 1559. Vivebat adhuc anno 1583. ut refert *Cavitellus* inter Eccleſiæ Cathedralis Canonicos. Ad S. Angeli Cremonæ ſuper tumulo Patri condito legitur.

Nob. D. Andreæ Somentio, Dionyſius, & Thomas Filii P. anno Sal. MDLXXI.

Eod. Anno.

FRanciſcus Petranigra non latinis modò, ſed Græcis, ac Hebraicis literis excultiſſimus, nec Oratoria minùs, quàm Poetica facultate nobilis maximè in pretio habitus eſt, maximè apud ampliſſimum Conciſtorium Mediolanenſe, cujus à Secretis primo loco fuit annis non paucis. Quin & ſubceſſiva momenta privatis conferens ſtudiis lucubravit

Poema elegans, & eruditum, ac jugi lectione dignum, in quo Philippi Hiſpaniarum Regis, ac Mariæ Britannicæ feliciſſimum Conjugium canens, auguſtis tantùm carminibus auguſto ſubjecto reſpondit.

Britannicarum Nuptiarum libri 3. *Mediolani ex Typographia Moſcheniana* 1559.

Fuit

Fuit autem hoc Franciſci diverticulum, ut reſpiraret à gravioris operis contextu. In ſacro ſiquidem verſatus argumento, Davidem ut ejus linguæ peritiſſimus, latino carmine interpretabatur, exactiſſimamque parabat

Pſalmorum Paraphraſim,

quam tamquam dilectius ingenii ſui monumentum ipſe commemorat initio memorati Poematis Nuptialis, ubi

Argutam intereà Citharam, Gettæaque Vatis
Plectra Paleſtini trabibus ſuſpende, tholoque
Mox & Idumeas repetemus pectine chordas,
Et Syrium Latio carmen modulabimur orbi.

An autem tantum opus abſolverit, ambigo; talem Provinciam italicis carminibus quidem inter Principes Poetas effulgens, peregregiè explevit Vir ætatis noſtræ doctiſſimus, Lauretus Matthejus Nob. Reatinus, qui ut mihi generoſiorem ejus inſinuaret humanitatem tantæ Paraphraſis admirabilis æquè, ac inimitabilis cum *additis ad verſiculum Gloria Patri &c.* anno 1689. tranſmiſit exemplar typos jam ſexies illuſtrans.

Noſter autem Franciſcus communem carnis vitam ingreſſus eſt anno 1563. ut notat *Cavitellus*. Meminerunt ipſius & *Campus* ad annum 1559. tùm autem *Laur. Legatus in Muſæo Coſpiano*, qui vellicatim plura carmina eximii Vatis in opere oſtendit.

Cum ex regeſtis Archivii noſtri anni 1548. uſque ad 1553. hoc mihi devenerit Immunitatis ob duodecim Liberos privilegium, à Carolo V. noſtro Petranigræ conceſſum, hìc tranſcribere placeat, ex quo etiam alia habebit Lector, ut ſuam adimpleat eruditionem.

„ CAROLUS V. Roman. Imperator ſemper Auguſtus &c.
„ Petiit à nobis Egregius apud Senatum Mediolanenſ. Secre-
„ tarius noſter Franciſcus Petranigra ſibi concedi Immunitatem
„ duodecim Liberorum ſupplici libello exempli infraſcripti vide-
„ licet. Sacratiſs. Cæſar ad eam Immunitatem, quam ex munere
„ ſilentiarii, ſeù Secretarii, quod M.V. impendo, adeptus ſum, al-
„ tera nunc accedit titulo oneroſiore. Nam cum undecim Liberos
„ vivos haberem (mitto enim duos jam defunctos) ex una Uxore
„ Catherina Allia ſuſceptos, nata eſt mihi nuper filia, qua nume-
„ rum implevit XII. Mares itaque ſunt ſeptem. Joannes Paulus,
„ Joannes Antonius, Carolus, Ferdinandus, Alexander, Hiero-
„ nymus, & Valerius; Fæminæ verò quinque, Julia, Camilla ambæ
„ cæteris natu majores; Aurelia, Anna, & hæc nuper nata, quæ
„ nondum in Sacro Fonte nomen ſuſcepit, ſed vocabitur Eugenia.
„ Singuli ætate ità diſtant, ut inter unius, alteriuſque nativitatem
„ intercesſerint menſes plus minus XIV. ut ergo Jus Juri mihi ac-
„ creſcat, & veteri Immunitati addatur nova, ſupplex rogo M.V.
„ ut Senatus Ampliſſimi Decreto, ſeù declaratione velit mihi,
„ Uxori, filiiſque noſtris XII. tribuere, atque conferre omnem
„ prærogativam, immunitatem, & jus Liberorum XII. quemad-

modum

„ modum conſtitutionibus à M. V. in Dominio Mediolanenſi promulgatis, earumque declarationibus cautum eſt, atque ſancitum, atque ità Deus Opt. Max. eamdem ſervet incolumem, & augeat. M. V. Umil. Ser. & Secretarius Franc. Petranigra Civis Cremon. & Mediolan. Nos verò licet ſupplicanti, cujus opera, diligentia, & fidè magnis, & gravibus in negotiis quotidiè utimur, in hoc etiam credendum exiſtimaremus, non tamen in re ad univerſos ſpectante, & in poſteros tranſitura vetus, & laudabile Senatus noſtri Inſtitutum ommittendum eſſe, cenſuimus. Quam ob rem uni è Secretariis noſtris in mandatis dedimus, ut addito ſibi uno ex Fiſci noſtri procuratoribus ſuper duodecim Liberis, qui in lucem editi dicuntur, informationes aſſumeret, quæ cum ſervatis ſervandis aſſumptæ fuiſſent, & in Senatu ipſo recitatæ, re ipſa compertum eſt, quod in ſupplici libello narratum fuerat. Harum igitur ſeriè volumus, & declaramus, ipſum Franciſcum Petranigram in Decreto noſtro de Immunitate XII. Liberorum promulgato, comprehenſum eſſe, eique ea immunitate uti, & frui licere, qua cæteri omnes, qui XII. Liberos ſuſceperunt, utuntur, & fruuntur, mandantes Præſidi, & Quæſtoribus reddituum noſtrorum, Prætoribus, Referendariis, & Communitatibus Cremonæ, & Mediolani, cæteriſque Magiſtratibus, Juſdicentibus, Officialibus, & Subditis noſtris, ad quos ſpectat, & ſpectabit, ut ipſum Petranigram ad Beneficium, & poſſeſſionem ipſius Decreti, & Immunitatis admittant, admiſſumque ſervent, & tueantur, nec contrà illius diſpoſitionem gravent, aut moleſtent, gravarivè, aut moleſtari permittant. In quorum fidem præſentes Sigillo noſtro munitas fieri juſſimus. Dat. Mediolani XVIII. Januarii MDXXXXIX.

Subſcrip. Craſſus Præſes.

Sigillat. Sigillo magno Imperiali in cera rubea forma patenti.

J. A. Cataneus.

Eod. Anno. LIX.

JOannes Antonius Delphinus Ord. Min. Conv. S. P. Franciſci, è Caſali Majore appellatus, cum pro Conventu ejuſdem Oppidi profeſſionem emiſiſſet, natus anno 1506. die 25. Februarii, Marco Patre, ut alii ſcribunt, in loco Ruperum de Zannis, vulgò Romperzagno Agri Cremon. ſeù ut affirmat doctiſs. *P. Franchinus in Biblioſophia Script. Franciſc. Conv.* nuperrimè edita, & nobis dono tranſmiſſa, in Pago Pomponiſchi Diæceſis itidem Cremon. Cremonæ primis literarum rudimentis ſuſceptis, Religionem ingreditur, Bononiæ philoſophicis, & Theologicis Gymnaſiis peragratis, vehementi ingenio ſub mediam noctem poſt brevem ſomnum ad ſtudendum ſurgens è condiſcipulis, jocosè *Media Nox* appellabatur, primarias inde cathedras juremeritò conſcendit, ex quibus ad Provinciæ Bonon. regimen in Capitulo Caſtribononienſis accerſitur, & exinde ad publicè Metaphyſicam Bononiæ docen-

docendum anno 1553. defunċto Joanne Bernerio Corrigienſi, doċtiſs. Franciſc. familiæ decore, & Sixti V. Pont. Max. Magiſtro, avvocatur. In Synodo Generali Tridentina, annuente Pio IV. Summo Sacrorum Rege, inter præſtantiores Theologos non poſtremam ſedem occupavit. Ad Vicariatum Generalem Apoſtolicum demùm per mortem Generalis Miniſtri Joannis Ant. Cervienſis 1559. propriis meritis extollitur, & malo ſui ordinis fato anno ſequenti die 5. Septembris Bononiæ crudeli febre oppreſſus, ut vixit, ſanċtiſſimè oppetiit, & in Eccles. Min. Conv. ſolemnioribus exequiis tumulo conceditur, habita funebri Oratione à Bartholomæo Baſſo de Luſignano Min. Convent. ejus diſcipulo, de qua Oratione loquitur *Bartholomæus Riccius à Lugo in ſuis Epiſt. lat. tom. 2. lib. 4. ad M. Ant. Gambaronum Min. Conv.* pariter à Lugo, ac habito etiam hoc Epitaphio relato à *Paſquali Aliodorio in libro Doċt. Advenarum Bonon. pag. mihi* 44.

D. O. M.

Joanne Antonio Delfino è Caſali Majore Metaphyſicæ hìc in Cœnobio tum in Pub. Bonon. Accad. Profeſſori primo Provinciali, & in univerſa Divi Franciſci Familia Præfeċto, qui vixit ann. LIV. M. VI. D. X. obiit MDLX.

Eo vivente, ejus celeberrima opera prodiere.

De Poteſtate Eccleſiæ, quo univerſum fermè negotium de Eccleſia inter partes orthodoxas, atque Proteſtantes hæreticos controverſum in tres libros diſtributum. In primo agitur de Nomine, Diviſione Sum. Pont. & Miniſtris Eccleſiæ. In ſecundo de Poteſtate, Sacerdotio, Ordinibus, & infallibilitate Eccleſiæ. In tertio de Cultu, ejus diviſione, Sanċtorum Adoratione, & Imaginibus. Venetiis ad ſignum ſpei 1549. *& ibi apud Andr. Arrivabenium* 1552.

De Matrimonio, & cælibatu lib. duos ad Bernardum Bonojonanem Clariſs. Virum, & Camerini Epiſcopum.

De Salutari omnium rerum, ac præſertim Hominum progreſſu lib. quinque, quorum Primus eſt

De rerum eventu, ſeù de futuris contingentibus; ſecundus de Prædeſtinatione; tertius de peccato Originali; quartus de lib. arbitrio; quintus de Juſtificatione. Prodierunt Camerini apud Antonium Giojoſum 1553. *dicat. Card. Fulvio Corneo Ep. Peruſino.*

Dialeċtica methodus Bonon. apud Anſelmum Giavarellum 1554. *ad Franc. Gonzagam.*

De Cœleſtibus Globis, & ipſorum moribus contrà Philoſophorum, & Aſtrologorum ſententiam. Ad Camillum Paleottum Senat. Bonon. ibi apud Benaccios, & Rubeos anno 1559.

In hoc libro plures ponderat philoſophantium opiniones, circa numerum, & cœlorum motum, cœlos eſſe homocentricos, vel eccentricos, omnia deducendo à paralaxis, phænomenis, ac conjunċtionibus &c. propria tantùm, non aliena fultus authoritate, quod eſt mirabile.

Poſthu-

Poſthuma fuere.

De Divina Providentia. Romæ 1588.

De Tractandis in Concilio Æcumenico, & qualiter, & in quem finem Patres ea diſſerere conveniant Rodulpho Pio S. R. E. Card. de Carpo dicat. typis Alexii Laurentiani 1561.

Commentaria in Epiſtolam ad Hebręos Romæ typis Bartholomęi Craſſi 1587.

Commentaria in Evangelium S. Joannis. Romæ

Opera Cardinalis Sarnani, eodem anno, cum additionibus ejuſdem Sarnani. Hæc recenſet *M. Georgius Draudius in Bibliotheca claſſica, ſuo loco,*

Idem P. Franchinus, qui, in allegato libro de noſtro Authore multa ſcribit, refert alia opuſcula ſcilicet

De fine ultimo

De Virginitate

Opuſcula Logicalia, quæ eadem puto, ut ſuprà poſuimus

Dialethica Methodus.

De Metheoris

De Cœli rotunditate, forſan idem de cœleſtibus globis.

De Nobilitate, ad cujus librum Horatius Civella Maceratenſis ejuſdem Ord. annotationes adiecit *Peruſiæ anno* 1622. *excuſas*. Idem Franchinus ubi loquitur de eodem Horatio.

A pluribus commendatur, & præcipuè *à Petro Rodulpho Toſſignano in hiſt. Seraf. Relig.* ubi ejus effigies exprimitur. *A Luca Vuadingo de Script.* qui eum Antonii tantùm nomine ſcribit, eumque replicat ſub nomine *Joannes Antonius* in lit. 1. *A Poſſevino in App. Sacro Tom.* 1. qui nomine Joannis tantùm. *A Geſnero in Bibl. Inſt. A Lud. Jacob. à S. Carolo in Bibl. Pont. à Hier. Vielmo de Script. D. Thomæ pag.* 73. *in marg. à Gabriele Flamma in Adnot.* 3. *ad vitam S. Thomæ Aquinatis ab Hofmanno in Lex.* qui eum ſcribit è Caſali oriundũ ubi addendum eſt Verbum *majori*, ne confuſio oriatur. *A Ziletto in Ind. Lib. à Joſeph Maltraverſio in mem. Caſal. Majoris. A Breſſiano in Corona Vir. Illuſtr. &c. A Baretio de Baretiis in Cron. S. Franc. p.* 4. *lib.* 3. *cap.* 81.

Memoratur etiam ab Ector e Lauda in hiſt. Caſalis Majoris MS. pag. 21. qui per multos illius Oppidi Nobiliſſimi inſignes literis hujus ſæculi Viros, ſine tamen anni appoſitione, & præter à nobis ſuo loco recenſitos enumerat. Hi ſunt

Hieronymus Mazza Franciſco II. Sfortiæ Mediolani Duci acceptiſſimus Præpoſitus Ducalis Collegiatæ S. Mariæ Scalenſis Mediolani, primus qui Mitram in ea perſpicua dignitate obtinuit.

Jo: Paulus Stortus in Inſula Majoricenſi Epiſcopus.

Ector Nigreſolus, cujus approbatiſſimæ cenſuræ Vida noſter ſe ſubſcribebat.

Hieronymus Lauda Ectoris Patruus Gregorio XIV. prædilectus.

Joannes Zocchus in Parmenſi Urbe Magiſtratibus clarus.

Alexander Ariſius, Franciſcus Vaynus, Claudius Putheus, Carolus Auguſta Juriſprudentiæ titulis illuſtres, & ad Senatorias Sedes vocati.

Eod. Anno.

ISidorus Picenardus Joannis Baptiſtæ Filius, de quo ſuprà, Poeta latinis, græciſvè literis eruditus, publicè Philoſophiæ Moralis Explicator in Almo Gymnaſio Patavino, cui poſt biennium ſucceſſit celeberrimus ille *Franc. Robortellus Utinenſis*, ex ejus operibus nulla recenſentur; verùm inter Inſigniores ejus Ævi Philoſophos adnumeratur ab *Antonio Riccobono de Gymnaſ. Patavino lib.* 1. *ſub cap. XV.* de eo plura *Octavianus Picenardus in Oratione pro Sigiſmundo Picenardo.*

Vide Inſcriptionem Sepulchralem Joanni Baptiſtæ ejus Patri erectam.

Ejuſdem extat Exaſticon in laudem ſub anno 1550. Umberti Locati Placentini in libro de Origine Placentiæ. Cremonæ impreſs. 1564. per Vincentium Conctum

Det tibi perpetuas Umberte Placentia laudes,
Semper & exultet nomine læta tuo;
Tu namque antiquæ reperis primordia gentis,
Quàm ſit mente potens, concilioque gravis,
Semideam memoras prolem, facta inclyta narres,
Magnus es hac patria, magnus & eloquio.

Franciſcus Zava in Epiced. de Octaviano Covo eumdem vocat affinem ſuum

Cavitellus in Annal.

Lamus in Somnio cant. 2.

Eod. Anno.

OCtavianus Phaernus Franciſcani Inſtituti ex Conventualibus Theologus percellens, & Orator edidit

Orationes,

Conciones Quadrageſimales,

quæ à Bibliotheca Patrii Cœnobii, ut dictum fuit, ſubtractæ fuerunt, forſan ad præſtandam aliquibus indigentibus opem. Memoratur à *Franciſco Zava in Oration. & Epiſtolis.*

Sequens Diploma in Archivio Patriæ ſervatum, ex quo cum nomen Octaviani, & alia honorifica de ſtirpe Phaerna appareant, æqui, bonique conſulo hìc ſubtexere.

Decuriones Civitatis Cremonæ.

„ CUm is ſemper Majorum Noſtrorum mos fuerit, ut libenter
„ Civium ſuorum petitionibus æquis præſertim, & honeſtis
„ morem gererent; Nos eorum veſtigiis inhærentes, non potuimus
„ non indulgere deſiderio Bartholomæi Phaerni, & Marcellini
„ ejus ex Uxore Filii, qui à nobis petierunt, ut de eorum familia,

ſtatu,

„ ſtatu, & qualitate fidem faceremus. Itaque atteſtamur, & ubiq;
„ gentium, & locorum fidem facimus, ipſos Bartholomæum, &
„ Marcellinum Patrem, & Filium ex veteri, & honeſta familia
„ oriundos eſſe, ipſiuſq; Familiæ inſignia, quorum forma eſt infe-
„ riùs depicta, habere, & ferre, pro ut alii Cives noſtri de ſuis item
„ familiis facere conſueverunt, exque ipſa Phaernorum gente
„ egregios non ſemel Viros prodiiſſe; nam memoria quidem no-
„ ſtra fuit in primis Franciſcus Phaernus Theologus Inſignis, &
„ qui ſi diutiùs vixiſſet, opinione omnium primum dignitatis gra-
„ dum, apud Sodales Franciſcanos, procul dubio ob ejus eximias
„ Virtutes adeptus eſſet. Hodie verò eſt à Franciſci veſtigiis non
„ longè diſtans Octavianus Bartholomæi frater, Gabriel item Pha-
„ ernus, qui Romæ vivit, literis, & ingenio celebris, ipſos autem
„ Bartholomæum, & Marcellinum haud pœnitendos Cives eſſe,
„ & ſatis honeſtas facultates habere, ex quibus Civilis vitæ ratio ſi-
„ bi commodè conſtare poteſt. Neq; propterea alicui vili exerci-
„ tio addictos eſſe, ſed liberalibus artibus imbutos, inter Cives no-
„ ſtros verſari, amari, atque obſervari. In quorum fidem has lite-
„ ras ſcribi, & noſtro ſolito Sigillo imprimi juſſimus. Dat. Cremo-
„ næ pridie Kal. Aprilis MDXLVIIII.

Sign. Alexander Vicecomes Cremonæ Prætor.
Paulus Æmilius Regius unus ex Decurionibus &c.
In filtia fragmentorum anni 1549.

Eod. Anno LIX.

Marcus Paulus Tarteſius græcis, latiniſq; ſtudiis totus addictus, humaniorum literarum in Patria præſtantiſſimus Gymnaſiarcha, *Polibii opera è Grajo ad latinum idioma revocavit*, adhuc magno cum literatorum Reip. mœrore occulta. Extant tantùm ex typis Vincentii Comitis hoc anno

In diverſorum Authorum opera Præfationes IV.
Orationes Funebres II.

Anno 1560. è vivis abiit, ære publico in Templo Divi Bartholomæi Carmelitarum ſepultus, funebri Oratione per Columbanum Balettum pub. Rhetorem Cremonenſem habita. Inter ſui Gymnaſii ornamenta habuit Oratoriæ profeſſorem Hieronymum Palanterium è Caſtro Bononienſi Bitontinum Epiſcopum, ſummum Minor. Convent. Theologum, ut legi *in Addit. Biblioſophiæ* eruditiſſimi Viri *P. Franchini*, nuperrimè prædefuncti, cujus amicitiam impensè excolui. Laudatur in Voluminibus *Sebaſtiani Conradi*, Oratoris longè celebris in Commentariis ſuper Brutum Ciceronis.

Antonii Campi hiſt. lib. 3. *ad annum* 1560. *Cavitelli*. ad annum prædictum, ubi memorantur Franciſcus, & Hieronymus ejus filius, & Nepos ambo Phyſici excellentes.

Vincentii Vectioli in Oratione prò Gymnaſiarchia. Franc. Zavæ, pluribi, & præcipuè *in Orat.* 1. *ad Julium Clarum Cremonæ Prætorem.*

Immunitatis ab oneribus privilegio à Franciſco Sfortia hujus nominis II. donat. anno 1527. ejus inter cætera notandum legitur. *Quò fit, ut cum nuperrimè Nobilis Marcus Tarteſius unus ex Academicis iſtius noſtræ Urbis Cremonæ, utriuſque linguæ peritiſſimus, immunitatem ſupplicitèr à nobis efflagitaverit, non potuerimus niſi libentiſſimè aſſentiri, idque multiplici de cauſa, partim ut liberiùs Officio ſuo vacare poſſit, quo Subditis noſtris, & præſertim iſtius noſtræ Urbis maxima percipitur utilitas, partim ut ei morem geramus, qui non ſolùm nominis noſtri ſtudioſus eſt, ſed præ cæteris amantiſſimus &c.*

Cùm ad me pervenerint duę Exc.mi Senatus Mediolanenſis Epiſtolæ, Ampliſſimo Petro Paulo Arrigono Cæſareo Senatori, ac Cremonæ Prætori directæ, in cauſam ipſius Tarteſii, eas negligere non potui, ut videatur, quantum Civibus virtute pollentibus Patriæ debeant.

„ CAROLUS V. Romanorum Imp. Sp. Dilectiſſime noſter. „ Petiit à Senatu noſtro Profeſſor artis gramaticæ Marcus Tar„ teſius, ut ſibi cum familia liceat mutare Domicilium; literaſque „ humanioris diſciplinæ extrà ditionem noſtram Mediolanenſem „ profiteri, & in quaſcumque Civitates aſcribi. Nos verò rem „ hanc non denegandum modò, ſed illi, ne omninò recedat, interdi„ cendum cenſemus. Hujuſmodi enim viri ſi inter Noſtrates homi„ nes non excellerent, ex alienis Civitatibus conquirendi eſſent; „ hinc cùm apud nos naſcantur, & floreant, non ſunt dimittendi. „ Quamobrem ipſi Tarteſio nomine noſtro prohibebitis, ne nobis „ inſciis, inconſultiſve à patria ſua extrà Dominium noſtrum Med. „ migrare tentet, ſub ea mulctæ irrogatione, qua illum à propoſito „ deterreri poſſe exiſtimaveritis, quod ſi in ſua Cremonenſi Civi„ tate illum iniquis conditionibus cognoſcetis agere, dabitis ope„ ram ut prò ſingularibus ſuis virtutibus ſingularia præ cæteris Ci„ vibus commoda percipiat, quatenùs temporum ratio patitur. „ Datum Mediol. die 2. Maii MDXXXXIII.

Subſcript. Franciſcus Petranigra.

„ CAROLUS V. Romanorum Imp. Spectabilis Dilectiſſime „ noſter. At Tarteſii Grammatici eximii juvanda eſt cauſa, „ ut cùm illum migrare nolimus extrà patriam, honeſtis apud No„ ſtrates conditionibus retineatur, quam ob rem Decuriones „ iſtius Civitatis in unum congregabitis, quæ Tarteſius adduxit „ in ſuis precibus, illis explicabitis, deindè perſuadebitis, ut hunc „ Virum, aucto ſtipendio annuo, quod tenue eſſe ſcribit, à migra„ tione petita dimoveant, eamque illius rationem habeant, quam „ probitas ejus, & rara admodùm doctrina requirit, quod ſi „ facere non curaverint, ex literis ſubſignati Secretarii noſtri intel-

ligetis

„ ligetis, quid hac in re à vobis agi velimus. Mediolani die XXI.
„ Maii 1543.

Subſcript. Franciſcus Petranigra. A tergo Spectabili Juriſconſulto Prætori Cremonæ Senatori noſtro Dilectiſſimo, & Sigill.

Sunt in lib. Proviſ. Civit. anni 1543. *fol.* 94., *&* 95. *tergo.*

Ut etiam tanti Rhetoris elegantia, rerumq; ubertas, ac nitor ſermonis exhibeatur in Poetarum electione lubet hic excribere quamdam ejus Præfationem in M. Hieronymi Vidæ Poeticam. ex ea iterum laudes de Noſtro nunquam ſatis laudato Epiſcopo Vida libabimus.

„ QUamquam ſtatutum habebam Cives ampliſs. ne authorem
„ ullum niſi antiquum, & illuſtrem mihi interpretandum
„ aſſumerem, tamen non tàm hujus deliberationis meæ, quàm
„ Officii ratio fuit habenda; ne hunc M. Hieronymum Vidam,
„ qui ſcribendi laude ad antiquitatem proximè accedit, ab eorum,
„ quos interpretari conſtitui, numero ſejungerem. Quem & ſi ſcio
„ ſola ingenii felicitate contentum nihil extrà quærere, meas tamen
„ partes eſſe duxi, ut ſummo Poetæ, & Civi ornatiſs. de patria, de
„ viris literatis, ac virtute præditis benemerenti operam meam,
„ quantacunq; eſt, libentèr impertirer. Præſertim cum præclara,
„ & luculenta illius ſcripta tùm cætera, tùm hæc de arte poetica,
„ quæ hodiè ſumus auſpicaturi, ob ſtyli gravitatem, & elegantiam
„ indigna ſint, quæ aut præſentium invidia, aut eorum, qui anteà
„ fuerunt, celebriore fama obſcurentur. Atque id mihi eò accura-
„ tiùs, & ſtudioſiùs faciendum putavi, quià videbam hujus civis
„ præſtantiſſimi virtutis inſignia, & ornamenta, ad communem
„ Civium omnium laudem, & gloriam ad literatorum decus per-
„ tinere, ut cum ille ab ineunte adoleſcentia, honeſtiſſimis artibus
„ animum excolendo, in hoc ſcribendi genere primum locum ſibi
„ jure vendicaverit, ex labore illius, & induſtria liberi veſtri fru-
„ ctum, vos ex ingenii celebritate uberiora dignitatis, & gloriæ
„ veſtræ præmia perciperetis. Quarè vos prò ſumma benignitate
„ veſtra oro, atque obteſtor, ut me ex hoc ornatiſſimo loco dicen-
„ tem, hoc concurſu literatiſſimorum hominum, hac frequentia,
„ hoc denique Prætore ſapientiſs. præſente, atque audiente, patia-
„ mini de iis, quæ mihi ad liberorum veſtrorum utilitatem, ad
„ nominis veſtri propagationem excogitata ſunt, paulò liberiùs
„ loqui, quàm veniam ſi à vobis (ut ſpero) impetravero, perficiam
„ profectò, ut cum hunc interpretandi morem, quem mihi præ-
„ ſcripſi, non temerè inductum eſſe cenſueritis, tùm hunc M. Hie-
„ ronymum non modò non ſegregandum, cum luculentus author
„ ſit, ab eorum numero, quos ſoleo interpretari, verùm etiam, ſi
„ in hunc numerum non aſcriptus eſſet, putetis aſcribendum fuiſſe.
„ Sed ut indè oratio mea proficiſcatur, undè hujus rei ratio ducitur,
„ animadverti, cives, inutilem quandam, & parùm neceſſariam has
„ artes profitentium conſuetudinem, qui extrà ordinem, & ſine
delectu,

delectu, quoſcunque libuiſſet, authores interpretari ſoliti ſint, illoſque cæteris omnibus anteferre, quorum ſenſa in reconditis, & abſtruſis verborũ obſcuritatibus verſarentur. At ego ab eorum conſuetudine, & inſtituto, quàm maximè diſſentiens, non niſi lectos, Illuſtres, luculentos exponere conſuevi. Et quià intelligo tùm in cæteris, tùm in hac poetica lectione, quam rectè faciam, conſilium mutandum non puto, qui cum perſpectum habeam, quanti referat bonos authores imitari, hìc quemlibet non adhibendum eſſe judico; neque enim qui Poetæ nomen profitentur, omnes ſpectati, & probati ſunt, ſed ii tantùm, quos Romanæ linguæ proprietatem tenuiſſe, atq; eam diligentiſſimè obſervaſſe apertum eſt, atque perſpicuum. Nam hæc Poetica facultas, quam ſerò conſtat à Romanis fuiſſe acceptam ab urbe condita poſt annos quingentos, non eadem ſemper fuit, ſed per ſingula ferè temporum momenta, varias, & diverſas mutationes accepit. A principio tenuis fuit, nec ſatis culta, populo adhùc rudi, & armis dedito; mox in dies magis acuta eſt, atq; ornata. Prima ætas, quæ à Livio Andronico, qui primus apud latinos fabulam dedit, initium ſumpſit, & ad Q. Novium Atellanarum ſcriptorem progreſſa eſt, exilis fuit, nihil oſtentationis, nihil fuci habens, ſed ſimplex, pura, & incorrupta. Huic proxima, quæ à T. Lucretio Caro, uſque ad Lauream Tullium M. Tullii Oratoris libertum proceſſit, paulò plus ſe ſe extulit, in ſcribendis verſibus (ut quibuſdam videtur) aſperior, & durior, ſed tamen elegans, & ſuperiore aliquanto concinnior. Porrò, quæ tertio loco ſucceſſit, & initium à Pub. Virgilio cepit, ſupremum eloquentiæ gradum attigit. Hæc, ut omnibus iis, qui proceſſerant, poetis, ingenii gloria antecelluit, ita omnem poſteritatem, quæ mox ſubſecuta eſt, longè à ſe reliquit. Hos igitur omnes (ut breviter dicam) quotquot illo Auguſti ſæculo extiterunt, eruditiorum conſenſu, accerrimoque, & certiſſimo judicio legendos cenſeo. Nec Terentium, aut Catullum ab hoc numero excludi volo. quamvis alter Cæſares longo annorum intervallo anteceſſerit, alter Julii Cæſaris temporibus floruerit: cùm hic optimus latinitatis author ſit, ille etiam elegantiſſimus, & lepidiſſimus; nam Macrum, & Lucretium, quorum alter Auguſti ætate, alter ſuperiore fuit, legendos quidem Quintillianus putat, ſed non ut phraſim, hoc eſt eloquentiæ corpus faciant, elegantes in ſua quiſque materia, ſed alter humilis, alter difficilis. Ab hoc Auguſti ſæculo quicunque deincpes fuerunt, utpotè, qui ſunt alterius, & ſui cujuſdam generis, non ſunt inter claſſicos referendi, qui antiquitatem non niſi apto orationis contextu, & congruentibus figuris à ſuperioris ævi poetis decentiſſimè ornatam, nimia verborum licentia, & perverſo loquendi uſu depravarunt, & quod magis miror, cùm de feliciſſimo ſæculo illo, quod penè attigerant, quàm optimè ſentirent, ab eorum tamen, quos probabant, obſer-

vatione deſciverunt, quæ me ratio potiſſimùm impulit, ut hos univerſos à noſtro theatro ablegandos ſtatuerem. Quod ſi mihi nunc eligendi optio detur, aut unum ex antiquiſſimis illis, qui antè Auguſti tempora fuerunt, aut unum ex his, qui ſubſecuti ſunt, equidem Enium potiùs, aut Plautum, aut Nævium, aut quemvis ex antiquis, quàm Lucanum, Papinium, Sillium, & cæteros hujuſmodi eligam, & optabo, quod veterrimos illos poetas Ciceronis teſtimonio ſatis conſtat, incorruptam latini ſermonis integritatem conſervare, hi verò recentiores aſperam quandam, & peregrinam inſolentiam introduxerunt. At ſi quis à me petat, & roget, cur harum artium profeſſores, qui ante me fuerunt, ab iſtorum, quos tantoperè refugio, lectione non abhorruerint, dicat ille priùs, cur Veſpaſianis imperantibus plerique Lucretium prò Virgilio, Lucillium prò Horatio legerent, ſuum unicuique juditium reliquo, mihi doctiſſimorum Hominum authoritatem ſectari ſtatutum eſt. Quarè, ut totam hanc quæſtionem paucis abſolvam, habito illuſtri Poetarum delectu, nullum ex eorum numero conſcribendum eſſe autumo, qui à Neronis principatu uſque ad Conſtantios Cæſares fuiſſe memorantur. Quorum poſtremum Solium Apollinarem accipio, qui cùm in hoc ulcere ideſt fædo, & putrido ſcribendi genere tamquam unguis extiterit, corruptis, & contaminatis ſcriptis ſuis latinam linguam ſic inquinavit, ut ne priſci quidem ſplendoris veſtigium appareat. Quo in loco non poſſum non vehementer quorundam inſcitiam admirari, qui cùm eximios, & eloquentes Auctores habeant, ex quorũ fonte poſſint, qua pura ſunt, haurire, malunt tamen cum lutulentis, & impuris in ſordibus verſari. E' quorũ perditiſſima, & infima fæce, ſi unum aliquem liberis veſtris propoſuiſsẽ poſſetis fortaſſe, Cives, in me hominis frugi, & ac ſobrii anitatem deſiderare. Sed cum correctos, & emendatos M. Hier. Vidæ de facultate Poetica libros declarandos ſuſceperim, qua in parte videor vobis redarguendus? Nam quæ Vida ſcripſit, cùm ſint accuratè, cogitatèque ſcripta, ea ſic audio probari, ut ad veterum ſcriptorum laudem pervenire putentur. Quod an ità ſit, fortaſſe dubitari poſſet, niſi res ipſa per ſe loqueretur. Cui enim non notum, teſtatumq; eſt, qui Vidæ libros perlegerit, nullum verbum illic reperiri, quod non aptè, ornatèque poſitum ſit, quod non latinè dictum, quod non ab antiquis, & luculentis ſcriptoribus deprompum? Hunc Poetam ego inter probatos latinitatis authores non referam; qui ſi latinè non loquitur, ne Virgilius quidem latinè loqui exiſtimandus eſt, cùm tota ferè Vidæ Poeſis Virgilianis verbis, & figuris exculta ſit, atq; expolita. adeò ille cùm Virgilium poetarum principem ad imitandum ſibi ipſi delegerit, alia immutata, alia dimidiatis verſuum partibus leviter deducta, in volumen ſuum transferendo, ex Virgiliani Poematis lineamentis pulcherrimum, & elegantiſſimum opus ſibi conſtru-

xit,

xit, ac fabricatus eſt. At hoc vitium eſt, vitium fortaſsè, niſi certa ratione, & optimo exemplo ductus id feciſſet. Nam ſi honeſtus error plerunque eſſe ſolet in re minus conceſſa magnos duces ſequentibus, quantò honeſtior illorum cauſa videri debet, qui probatiſſimorum hominum virtutes imitantur? non ne priùs hoc ipſum Virgilius fecit? Quod, quæſo, loca ex Enio, Pacuvio, Accio, Lucretio, cæteris, quot item ex illis ipſis Poetis penè integros verſus traxit? Itaque ſi nihil aliud obiicitur, Vida (ut video) omni culpa vacat, quia quod egit, neque ſine ratione, neque ſine authore egit. Proindè ſi qui ſunt, quos hìc nullos eſſe ſuſpicor, qui Vidæ negotium faceſſant, tandem deſinant illi moleſtiam exhibere, qui Virgilii, quem authorem habet, exemplum ſecutus, tantùm abeſt, ut alicui culpæ obnoxius videri debeat, ut maximo etiam laudum præconio extollendus ſit. Nam ſi Virgilio ſumma laus ex ea re tribuenda eſt, uti etiam ſummi, & eruditi viri attribuendam arbitrantur, quod acri cura, magno ſuo ſtudio antiquitati ſplendorem adiecit, cur non & Vidæ aliqua laus tribui, aut gratia haberi debet, quòd antiquitatem, quòd Virgilianam elocutionem integram, & incorruptam ſervet? Virgilius aliorum dicta in opus ſuum opportunè derivando, ſe poſſe aliquid magnificentiùs facere alienis verbis credidit, quàm illi, à quibus accipiebat, feciſſent ſuis. Quid Vida? cùm ipſi multò facilius eſſet, quod animo, & mente conceperat, verbis, quæ illi in promptu erant, quàm aliundè accerſitis eloqui, Virgiliana verba ſectari maluit, ut dum curricula, in quibus Virgilii expreſſa ſunt veſtigia, inſiſtit, ab his nuſquam aberrat, aut deflectit, Virgilium ſummum heroici carminis opificem, à Virgilio Poetici decoris artem conſummatam eſſe contenderet. Equidem non inficior, cùm omnem antiquitatem teneat, quæ exemplis plena eſt, & verborum refertiſſima, ab antiquis tàm poetis, quàm aliis ſcriptoribus, præcipuè bonis, illiuſq; ætatis potiſſimùm, qua maximè lingua latina floruit, non pauca mutuatum eſſe, ſumpſiſſeque ab omnibus promiſcuè, ſi qua in eorum libris, quæ carmini ipſius inſita decori eſſe poſſent, & ornamento, nactus eſt, ut acerrimi judicii ſemper fuit, ceu apis Gedula, & operoſa flores omnes, optima quæq; decerpens, in unum locum collegit, atque in omnibus operibus ſuis, in his præſertim de poetica libris, quaſi inſignia quædam aptè diſpoſita, ubique ſummo cum decore inſperſit; unum tamen Virgilium, quem ſibi pręcipuè in omnibus ad imitandum propoſuit ne ab optimo longè abeſſet, ſequi maluit, quem ſuſpiciens, & in eo jugiter fixus, & inhæreſcens, quoad fieri potuit, maximoperè conatus eſt, ſe ſe illi, quamſimillimum fingere, omnes illius virtutes imitari. Quod quàm feliciter aſſecutus ſit, peritioribus, qui hujus artificii expertes non ſunt, cogitandum, judicandumq; relinquo. Ego ità perſuaſum habeo ſimilitudine quadam ingenii, quæ plerumq; ab artifice

fice ſumitur, Poetæ omnium excell.mi mirificam eloquentiæ indolem, cuncta ferè præclarè dicta, tanquam quædam orationis lumina, non adumbraſſe modo, ſed penicillo etiam imitatum eſſe, atque egregiè expreſſiſſe. Et ut, quod ſentio, ſemel eloquar, illum ipſum, quem æmulabatur, effectum fuiſſe, ut qui Vidam legerit, Virgilium legere, & ſe, perinde ac ſi Virgilium legeret, affici ſentiat. Atquoniam non ex uno Virgilii ſeminario meſſem ſibi Vida confecit, quæcunq; eximia, & præclara apud antiquos ſcriptores tùm græcos, tùm latinos latè diſperſa leguntur, hæc ſi quis itidem, ut quę è Virgiliano Poemate deprompta ſunt, diligenti animadverſione conſideret, apud unum Vidam, quaſi ſub uno quodam aſpectu poſita, non tàm oculis, quàm mente, & animo cernat, & admiretur. Rurſus hic noſter, ubi nulla adminicula foris ſuppetunt, & res illi marte ſuo explenda eſt, iis opibus, & ſubſidiis fultus, quæ domi parata habet, de ſuo orationem conflat tanta rerum, & verborum dignitate, ut cum illo orationis meæ initio dixerim ad antiquitatem proximè accedere, nunc etiam cum antiquorum præſtantiſſimis certare, nihil proſſus ab illorum laude abeſſe jurejurando affirmare poſſim. Quæ cum ità ſint, quis hoc meum inſtitutum improbet? Qui in Poetarum delectu, è quo unus quiſpiam in annuam literarum exercitationem deligendus fuit, cùm veteres non deeſſent ultro nomina daturi, hunc tamen recentem & è Muſarum ſacrario nuper accitum conſcribere, & centuriare maluerim. Cui nomen elationi tàm multos jam ſubſcribere audio, ut me ſæpe ſoleam accuſare, quod tàm ſerò id muneris obiverim, præſertim cum quæcumque è Vidæ officina emanarunt, perinde haberi cæpta ſint, ac ſi eſſent ab uno ex antiquiſſimis vatibus ſingulari opera, artificioque elaborata. Leo X. Pont. Max. ſumma authoritate, ſummo judicio, cum ad ſe à Laſcare Legato Regio (ut accepi) allatum. M. Hieronymi carmen, quo ludicrum prælium deſcribitur, accuratè lectitaſſet, hominis ingenio, & ſcribendi tùm facilitate, tùm dignitate allectus, perſanctè affirmavit, hunc illum eſſe, quem ſummis votis diù expetiviſſet, cujus ſublimi, & eleganti ſtylo Christi res geſtæ miræ, & inſignes à nonnullis jam tentatæ, ſed parùm luculenter expreſſæ, carmine celebrari poſſent, eaſque ut verſibus attingeret, atque inchoaret, hortatu ſuo perfecit. Taceo, quod ſit eruditorum omnium, qui tàm Romæ, quàm alibi gentium verſantur, de hoc præſtantiſſimo Poeta judicium, quæ celebritas nominis, quæ fama ingenii, etenim cùm jampridem multa habeant, quæ admirentur, nunc etiam, quæ laudent, expectant. Ex quo coniecturam facere poteſtis, qualis, & quantus hic Poeta ſit, cum illius fama ità foris celebretur, ut tàm externis, quàm ſuis notior factus ſit. quanquam qui tàm ſui ſunt, quàm externi? cum omnes, tàm ii, qui illum de facie norunt, quàm qui nunquam viderunt, tàm charum habeant, ſic erga illum affecti ſint, ut non ſicut popularem alius

cujuſdam loci, ſed tanquam apud ſe genitum, civem ſuum agnoſcant. Ergo cæteri homines alienum expetunt, nos noſtrum negligemus? abſentem requirunt, nos præſentis voce non movebimur, cujus opera, ſtudio, labore, doctiores facti ſumus, aut fieri poſſemus? Homerum Colophonii, Chii, Salaminii, Smyrnæi, permulti alii etiam poſt mortem civem ſuum vendicant, nos hunc vivum repudiabimus? qui ſi his temporibus natus non eſſet, vota eſſent nuncupanda, ut naſceretur, aut ſi è vita (quod Deus omen avertat) exceſſiſſet, ut reviviſceret, qui Romanam linguam fractam, laceram, diminutam reſarciret, fædam, & inquinatam priſtino decori reſtitueret, aut potiùs penè colapſam ab interitu vindicaret. Quæ omnia à me de ſummo, & celeberrimo Poeta dicta, nolo in eam partem accipi, me huic tantùm attribuere, ut cæteris, qui purè, & latinè locuti ſunt, detractum eſſe velim. Sed cum Virgilius in manibus ſit, quem non meo, ſed veteri inſtituto, unus è Poetarum numero in theatrum prodeuntem ſubſequi conſuevit, hunc Vidam, cùm proximè ad Virgilianam majeſtatem accedat, idoneum viſum fuiſſe, qui hoc tàm præclaro munere defungi poſſet. Cujus lectio quantum frugis, & rerum copia, & verborum varietate, atque elegantia liberis veſtris afferre poſſit, & ſi malo à vobis dijudicari, quàm à me verbis contendi, tamen, quia me tàm diligenter attenditis, de univerſa re quid ſentiam, breviter dicam. Atque primùm non inficiabor, potuiſſe alios quidem plures graves, nec inelegantes authores in hac muneris ſortione ſubſtitui, ſed aptiorem, & qui magis ad noſtræ juventutis rem faceret, neminem potuiſſe, nam ſi Sapientum inſtituto ſancitum eſt, adoleſcentes iis artibus non tàm ad ſermonis, quàm ad vitæ, & morum elegantiam informandos eſſe, quid tàm ſalubre, & neceſſarium fuit, quàm hujus Civis ſtudio, atq; doctrina præſtantiſſimi, & viri graviſſimi libros noſtris adoleſcentulis evolvendos, & perdiſcendos proponere? ut ex libris aptas inventiones, diſponendi uſum, & pulcherrimas dicendi figuras, ex authore virtutum ornamenta præcipiant, quorum utrunque, & ſi poſſunt, è ſolis libris percipere, authoris tamen ratio ad id præſtandum plurimùm valet, nam ſi contemplatione ſtatuarum, & imaginum, quæ ſunt tantum corporum ſimulacra, ad amplexandas majorum virtutes juniores plerumq; accendi conſueverunt, quantò magis authoris, in cujus lectione verſantur, mentem, ſenſuſque, & os cernentes commotum iri, credi par eſt? ut ſi minus ad capeſſendam, colendamq; virtutem ſtudio, & voluntate impelluntur, ſaltem ne illam refugiant, & aſpernentur, pudore & verecundia prohibeantur. Quarè ſi is author propoſitus eſt, qui & præceptis ad eruditionem, & exemplo ad virtutem, quàm maximè conferre poteſt, quid eſt, quod ultra requiratis? alius fortaſsè æquè utilis, ſed aptior, & commodior proponi nemo potuit. Sed hoc amplius dico, quod puto

vivis,

vivis, atque præſentibus magno uſui fore, quia multa in his libris neceſſe erit iis, qui mox futuri ſunt, non niſi conjectura percipere, & quaſi augurari, quæ vivis, & præſentibus licebit, ſi ſuopte ingenio conſequi non valebunt, ab authore ſciſcitari. At rerum ſilva non tàm ingens eſt, ac abdita, quin evolvi, penetrarive poſſit, permagni tamen refert, ſi quæ rectè ſenſeris, ea poſſis, cum illo ipſo, qui ſcripſit, communicare. Itaque liberorum veſtrorum, qui ad hunc humaniſſimum hominem aliquid ſciſcitandi gratia ſe receperint, alii exquiſitam illius doctrinam, alii prudens, & ſincerum judicium admirati, dum ſecum tacitè conſiderabunt, quàm pulchrum ſit rerum intelligentia, atque omni prudentiæ genere præſtare, cogitatione ipſa excellentiſſimi viri permoti, quem ea cauſa dumtaxat, adiverant, ut illius ſententiam explorarent, ad poeticam præclaram vitæ moderatricem, ad ſublimes artes cognoſcendas, percipiendaſque, ducem, & ſigniferum exoptabunt. Videte cives, quot commoda, quot utilitates ad excolenda ingenia, ad varia virtutum genera capeſcenda, hæc una res complexa ſit. Quod ſi jam non tàm quid rectum ſit, quàm quod cum laude fieri poſſit, requiritis, quid, quæſo, tàm laude dignum, tàm omnium voce, atque præconio etiam ab his, qui naſcentur, celebrandum, quàm cùm huius noſtræ Civitatis præclara, & celebris fama ſit, antiquum, & inveteratum nomen, Cremonenſes diſcipulos in iis artibus, quæ ad humanitatem ſpectant, cæteris omnibus anteire, nunc ad eam ingeniorum felicitatem perventum eſſe, ut æterna literarum monimenta, quæ ab aliis Civitatibus accipere ſolebamus, iiſdem reddere non habentibus tradere poſſimus, & cùm ſuperioribus annis ab alienigenis diſcipulis præceptores, quorum theatra erudiendi cauſa frequentarent, Cremonę quęrerentur, liceat modò auctores etiam, qui ad perdiſcendum copiam, facultatemq; ſuppeditent, reperiri. Quæ res quantam laudem, & gloriam huic noſtræ Civitati allatura ſit, vobis faciliùs eſt cogitatione, & mente complecti; quàm mihi verbis explicari. Dii immortales! qua frequentia video omnia noſtra gymnaſia celebrari? quem concurſum è finitimis Civitatibus in hanc noſtram fieri? qua feſtinatione è diiunctiſſimis regionibus à novis hoſpitibus in noſtras domos curſim irrumpi? non tàm, ut veteres diſciplinas hauriant, quàm ut novis imbuantur. O rem miram, & ante hunc diem inauditam, exteras nationes, & gentes ad diſcendas literas Cremonam ſe conferre, & tamen ob aliud, quàm propter literas Cremonam confluere, ut literarum percipiendarum occaſione liceat hunc divinum hominem contemplari, hoc terreſtre oraculum conſulere. Sed video, Hieronyme, licèt præſens non adſis, ſilentium (quæ tua modeſtia eſt, & verecundia) mihi dudùm imperas, qui præclara, & ſempiterna ingenii tui monimenta memorando, tibi multum dixiſſe videor, certè his, qui audiunt, parùm propterea pate-

„ patere nos, qui de feliciſſimo ingenio tuo maximos fructus percipimus, ex monimentorum celebratione aliquid laudis decerpere, neque enim ſi iſtud acroama non lubens audis, tua modeſtia nobis obeſſe debet, quia hæc tua laus, quàm tàm clarus, & inſignis es, non tàm tua, quàm noſtra eſt. Jecerant noſtræ immortalis gloriæ fundamenta duo ſummi viri, M. Furius Bibacculus, his fermè natus temporibus, quibus Poeta Lucillius, & Sex. Turpilius comædiarum ſcriptores perierunt. Quintillius Varus Virgilio maximè neceſſarius, Poetarum cenſor, ſi Horatio credimus. Sed quæ illi fundamenta jecerant, tu ad ſummum faſtigium perducis. Cujus æterno teſtimonio nominis noſtri memoria, & celebritas famæ, numquam eſt interitura. Extant egregia, & prȩclara opera tua Poetica, Bombyx, Scacchia, Bucolica, ſed expectamus propediem & Chriſtum, divinum opus ingenio perfectum, induſtria elaboratum, jampridem editione digniſſimum, ubi is in lucem exierit, non ſat ſcio, qui major cumulus noſtris maximis, & ſempiternis ornamentis accedere poſſit. Sed jam redeo ad vos, cives humaniſſimi, quos exploratiſſimum habeo, propenſa animi voluntate ad hunc Poetam eruditum, & excellentem amandum, colendumque ità illici, & attrahi, ut illo nihil chariùs, nihil antiquiùs pectoribus veſtris inſideat. Quem tanta Italiæ conſenſione, tanto honorum omnium ſtudio videtis probari tùm dignitate, tùm venuſtate, ingenio autem tanto, quantum id convenit exiſtimari, quod ab omnibus expectatur. Quare vos non modò rogo, ſed etiam obſecro, ut quod liberorum veſtrorum cauſa, pro maximis veſtris beneficiis remunerandis, facere inſtitui, id ſingulari ſtudio veſtro, atque conſenſu comprobetis, ut hujus celeberrimi Poetæ eruditorum omnium judicio, cùm omni antiquitate, tùm rerum, tùm verborum elegantia adȩquandi, qui liberis veſtris virtutis exemplum, vobis auctoritatem, patriæ dignitatem præſtantiſſima doctrina, ſcriptorum ſubtilitate, famæ perpetuitate ſuppeditat; hos de arte poetica excultos, luculentos, emendatos libros tàm grata animi benevolentia, tanto applauſu excipiatis, ut cum ille labores ſuos, & vigilias tanti à vobis æſtimari intellexerit, hoc acri ſtimulo accenſus, ad ea, quæ in manibus habet, edenda, ad alia, quæ meditatur, perficienda, majore animi alacritate, ſtudio, contentione maturet. Quæ à me ſimpliciter de noſtra, cæterorum conſvetudine, de excellenti, & divino hujus hominis ingenio, de noſtris ſtudiis communiter dicta ſunt, ea velim à vobis, cives, ſic accipi, non in aliam partem fuiſſe dicta, niſi ut meam in erudiendis liberis veſtris diligentiam, in dignitate, authoritateque veſtra conſervanda, voluntatem, in ornamentis veſtris defendendis fidem, & conſtantiam agnoſceretis.

MDLX.

VIncentius Ruglerius doctiſſimus in Patria Gymnaſiarcha, cujus doctrinæ memoriam habent tria Epitaphia ad Franciſcum ejus filium in *lib. 4. Carminum Franciſci Zavæ*, quorum primum eſt

Pullatam hanc urnam complet Vincentius ille
Ruglerius, Pallas quem benè diva probat,
Hic coluit ſylvas, blande has feritque vocales,
Hunc ſenſit doctum magna Cremona virum.
Currit Olympiadas bis ſeptem gratus amicis,
Hæc Franciſcus habet, quæ dat habere Patrem.

Eod. Anno.

BEnedictus Ala Pauli Senatoris Frater. Quantus hic Poeta eſſet, quantuſve Orator, quàm omnium ſcientiarum expertus ſæpenumero M.H. Vida, quo cum hic familiariſſimè vivebat, cognovit: nam quidquid cum illo ſecretioris, interioriſq; cognitionis communicabat, pleniſſimè, quo animus Vidæ intendebat, ex hujus omnium doctrinarum refertiſſimo pectore exhauriebat; nihil in ſuprema antiquitate ità abſtruſum, & reconditum erat, quod protinùs huic non pareret. Hic idem omnibus ingenuis ſtudiis illuſtris Architectarum præcipuè in regulis, adeò ſingularis, ut nullum in Urbe nobiliſſimum ædificium quis extruere moliretur, niſi ab ipſo archetypum acciperet. Leges monomachiæ tanta facilitate, & induſtria comprehenderat, ut qui de honore, & nominis dignitate contenderent, ad hunc tamquam morum ſummum Cenſorem, honoris litium diſceptandarum acutiſſimum æſtimatorem, controverſiarum, & contentionum cujuſq; generis tollendarum arbitrum, confugiebant. ſcripſit egregiè quàm plures dilucidas

Adnotationes in Vitruvii operibus,

quas Petrus Antonius Tollentinus, de quo ſuo loco, Danieli Barbaro Viro doctiſſimo recognoſcendas miſit, ut refert *Zava in orat. parent.*

De eod. *Lamus in Somn. cant. 3.*
Cavitell. in Annal.

Ad ejus tumulum in Eccleſia Majori Cremonæ extat Epitaphium à Vida exarratum.

D. M.

Benedicto Alæ non unius tantùm artis nomine præſtanti, ſed quocunq; animum intendiſſet, ſummo meruit Adoleſcens Imperat. Carolo Quinto, nec minus deinde Philippo Hiſpaniarum Regi charus. Acri ad abditiſſima quæque inveſtiganda ingenio. Plurimis adinventis domi, Bellique adiumentis, quæ quiſquam alter ne ſuſpicatus quidem fuit antea, Homo frugi heroica quadam rerum humanarum deſpicientia inſignis. Vix. ann. LI. menſ. IX. dies XVI., Jo: Bapt. Daniel, & Jo: Petrus Mœſtiſs. Fr. Opt. F.

Huic

Huic alterum ſubnectam de Damiano Ala horum temporum Milite fortiſſimo pertractans Phaentiæ proſtans in Eccleſ. PP. Servorum propè Januam majorem, ut nobis indicavit illius Urbis Patritius Carolus Andreas Synibaldus Eques S. Jacobi, cujus virtuti ſummæ plurima debeo, & præcipuè, cùm ex ejus humanitate inter Incitatorum Academiam ibi efflorentem aſcitus fuerim

Sarcophago Damianus in hoc jacet Ala Cremonæ
Natus, & accumbunt Conjugis oſſa ſinu.
Græca fuit conjux Helenè Paleologa quondam
Venit ab eoìs partibus iſta ſimul.
Nupſerat ipſa Duci Peditum, dum Cypria turmis
Vexarent Veneti Regna opulenta ſuis.
Venit in Heſperiam ſecum, & cum membra quieti
Feſſa darent ambo contigit appetere.
Hoc marmor poſuit Catherina Parentibus, atque
Decrevit Matris claudier in Tumulo. MDLXIII.

Eod. Anno LX.

JO: Baptiſta Ragazius J. C. Patriæ Decurio Leonardi J. U. D. Inſignis Viciniæ S. Galli F. in Coll. J. J. C. C. Patriæ receptus die 25. Novembris 1561. inter doctiſſimos Juriſprudentiæ Alumnos deſcribitur ab *Ant. Campo in hiſt. lib.* 3. Sigiſmundi Picenardi Regii Senatoris Ticini Prætoris Vicarius jura dixit, pleraque in legibus ſcripſiſſe fertur volumina

Id. Campus.
Breſſianus in Coll.
Syllabus J. C. Patriæ.

Eod. Anno.

JO: Andreas Magnonus Vir memoria noſtra in diſciplina medica celebratus, ut multis illa in arte, & præcipuè Botanicis præpetere viſum fuit. Quæ ſcripſit adhuc deliteſcunt, dilucet quippè medicum ex Cremonenſi Collegio necquicquam fuiſſe, nam de eo *Alexander Lamus in ſomnio cant.* 2. modulatus eſt

Mira il Divin Magnon, cui Febo diede
La Virtù di ſaper d' ogn' herba, e fiore,
Il valore, e da quegli ognor concede
Gratia di trarne il ſalutar humore.
In tal' arte ogni Dotto à coſtui cede;
Ch' altrui non hà l' Dio biondo tal favore
Dato, & ancora in lui tal dono infuſe,
Che amiche gli ſon tutte l' alme Muſe.

Vincentius de Conctis Typograph. Cremon. in Epiſtola nuncupatoria Andreæ Roncadello Patritio Cremon. præmiſſa Apologiæ *Franciſci Calceolarij Veronenſis*, de ejus Theriaca, ſic de eod. affatur *Gio: Andrea Magnoni Fiſico Eccellentiſſimo nella ſperienza dell' Herbe.* Memoratur, & ab eod. *Calceolario in Apologia &c.*

Eod.

Eod. Anno.

JOannes Mucius, qui & Joanninus dicebatur, Geometra inſignis, & publicus Decempedator, deſcripſit italicè in libro Miſure eſattiſſime del Territorio Cremoneſe, quem citat *Antonius Campus* in calce ſuarum hiſtoriarum, ubi Caſtrorum, & Pagorum Feudalium Agri Cremonenſis indicem ſubdit.

Eod. Anno LX.

JOannes Stephanus, ſeù ut alii volunt, Stephanus tantùm, de Facinis Carmelitici Ordinis in Inſubriæ Provincia inſignioribus dignitatibus exactis Primus Miniſter emicuit, Philoſophus, & Theologus verè ſummus, Orator eloquentia incomparabilis, ac in omnibus ingenio præſtantiſſimo polluit. Sacroſancto Concilio Tridentino interfuit ablegatus à Pio IV. Pont. Max. loco Nicolai Audet totius Ordinis Generalis, in quo ſæpe elegantiſſimè oravit. E' vivis eripitur, dum Pius V. Sanctiſs.us Hierarcha, qui jam ipſum in toto ejus Inſtituto Inquiſitorem Apoſtolicum adlegerat, tanti Doctoris virtutes, & merita ſacra Purpura inaugurari intendebat. Ejus opera multa MS., relatum fuit, aliàs extitiſſe in Bibliotheca Conv. S. Bartholomæi Cremonæ, ſed hodie quo fato deperdita abierint, ignoratur. Facinum egregiè comemorat *P. Petrus Lucius Belga in Compend. hiſt. & in Bibl. Carmel. addita operi Abb. Trithemii de laudibus Carmel. Relig.* imò animadvertit in nonnullis actis Concilii Tridentini typis excuſis corruptè legi *Stephanus Farinus Cremenſis*, cùm ſine dubio legendus ſit Stephanus Facinus Cremonenſis

Ant. Poſſevinus in App. Sacro Tom. 3. idem firmat.

Falconius in Chron. Carmel. pag. 699.

P. Daniel à Virg. Maria in Speculo Carmel. Tom. 2. *ad num.* 3719.

Antonius Riccobonus de Gymnaſio Patavino lib. 1. *cap.* 15. inter Lectores Univerſitatis Patavinæ eumdem refert ſub anno 1534. ubi de Logicæ Explicatoribus

Com. Gualdus Prioratus in vita Com. Ugolotti Facini, *Joſeph Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr. Cremon. lib.* 1. *pag.* 3.

Memoratur in marmorea Inſcriptione, in Cœnobio Carmelitico S. Bartholomæi Cremonæ legenda, ubi de P. Geneſio Roſano ad annum 1570.

Eod. Anno.

JUlia Sfondrata Franciſci S. R. E. Cardinalis Soror lectiſſima, & amita Gregorii XIV. Sum. Pontificis, Uxor primum Nobiliſſimi Viri ex fam. Gonzaga, & exindè Cleti Picenardi Equ. Aurati Muſarum Alumna, & Inſigne totius fœminei ſexus Ornamentum, plura poeticè ſcripſit, tandem fundatis Veronæ geminis Xenodochiis, quæ ibi præcipua ſunt, inter Nobiliſſimas Veſtales S. Pauli Mediolani, mutato nomine in Paulam, meritis plena requievit in Domino.

De

De eadem *Joannes Jacobus Crottus in Orat. ad laudem Franciſci Sfondrati. Antonius Campus hiſt.lib.3.* nec eam præterit *Octavianus Picenardus*, qui fuit Præſes Excell.[mi] Mediolani Senatus, ut ſuo loco, in Oratione habita pro Sigiſmundo Picenardo 2. Kalend. Martias 1613. qua die ampliſſimum J. C. Collegium ingreſſus eſt.
Breſcian. in Corona &c. lib. 1. part. 1.

Eod. Anno.

CArolus Ponzonus Patriæ Decurio, Vir probo ingenio, in conſcribendis hiſtoriis ornatus, ſcripſiſſe habemus

Monimenta hiſtorica,

quorum M. S innuit, & allegat *Franciſcus Breſſianus* in Indice opuſculi prænotati, *La Via Lattea &c.*

Videndum eſt ejus nomen in Matricula Decurionum ad hunc annum.

Eod. Anno. LX.

CHriſtophorus Guazzonus ad italicas Muſas natus, plura in eadem facultate, qua eruditus inter Poetas coævos eminebat, compoſuit, & præcipuè ejus Carmina habentur in libro Inſcripto, *Rime di diverſi Autori Eccellentiſſimi: Cremonæ* 1560. *per Vinc. Comitem* Ibi etiam leguntur nonnulla

Nicolai de Maggis, &

Pauli Ferrarii, qui procul dubio fuere & ipſi Cremonenſes Poetæ, nàm eorum ſtirpes adhuc in Patria florent nobilitate.

Eod. Anno.

GAſpar Marianus Rhetor in Patria publicus, & in Carminibus componendis laudatiſſimus, ad cujus gloriam ſcriptum reliquit Franciſcus Zava in carmin. lib. 2.

Gaſpar adeſt Marianus honos, & gloria ſæcli
Ac Patriæ, & Gentis fama, decuſque ſuæ,
Cui ſacra fatidicus conceſſit barbita Phœbus,
Barbita nomen adhuc Vicus in Urbe tenet.

Vicus, dè quo in carminibus vernaculo idiomate ſtylo de Mariani nuncupatum

Simon Marianus hiſce temporibus doctrina excellens, celebratur à *Hieronymo Faballo orat. 1. ad* Decur. *Cremon.*

Eod. Anno.

PArthenia, quæ Uxor lectiſſima Joannis Baptiſtæ Maynoldi J.C. præſtantiſs. erat unica filia Auguſtini de Gallaratis Viri Patritii, & neutiquam ob ejus geſta ſine laudum proemio memorandi, qui ſciens Quintilliani præceptum, quod mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis, & corporis frangit; exactis teneris infantiæ annis, filiam in omni literarum genere erudiri, jugiter incubuit, & præſertim Græco, & latino idiomate, ac carminibus inſtrui, quibus doctiſſima emerſit, adeò ut ejus judicio cultiſſimo celeberrimus Vida noſter ſui ævi Miraculum, Opera propria ſubiicere non dedignabatur, deceſſit die 6. Auguſti 1572.

Ex

Ex operibus tantæ, & Incomparabilis Feminæ multoties non abſque admiratione,nec ſine ſpe futurę editionis vidi in Bibliotheca Maynolda MS. ubi veluti Theſaurus cuſtoditur, pulcherrimum Epiſtolarum latinum Volumen, cujus eſt index

Ordine alphabetico cùm numero paginarum

Ad Annam Principem Eſtenſem. 2. 3.
Ad Auguſtinum Gallaratum Patrem. 17. 18.
Ad Camillam Valentem. 14. 15. 16.
Ad Cæſarem, & fratres Gallaratos. 38.
Ad Fulgentiam Lucelliam. 69. 71. 73. 74. 75. 77. 78. 80. 84. 85.
Ad Hieronymum Maynoldum. 43. 44. 45. 46.
Ad Hypolitam Landrianam Puerariam. 8.
Ad Joannem Baptiſtam Maynoldum Maritum. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57.
Ad Joannem Paulum Varrum. 25. 26, 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34 35. 36.
Ad Julium Salernum. 22. 23. 24. 47.
Ad Lauram Ferrariam. 10. 12.
Ad Lauram Gonzagam. 5.
Ad Leonoram Pallavicinam. 7.
Ad Luciam, & Margaritam Trivultias. 48.
Ad Ludovicum Calinum. 37.
Ad Margaritam Valeſiam Reginam. 1.
Ad Olimpiam Tyleſiam. 4.
Ad Quintianum Poetam Laureatum Stoam 66.
Ad Vincentium Stangam 19. 20. 21.

Plura Reſponſa in ipſomet volumine eidem directa leguntur.

De hac eruditiſſima Fœmina mentionem faciunt plures ſcribentes, & in primis prætereundus non eſt Memoratus *Vida in Orat. adverſ. Pap. Act.* 2. ubi de Parthenia, & de Sophoniſba Anguſſola Pictrice commendatiſſima. *Non comittam, ut prætercam duas præclariſſimas Virgines Cives noſtras, quarum altera, & græcis, & latinis literis apprimè eruditam de quacunque re opus fuerit, & verſu, & ſoluta oratione non tantum doctè, & copiosè, ſed etiam eleganter, & appoſitè dicit, & ſcribit maxima cum audientium, & legentium admiratione; altera inter egregios Pictores noſtri temporis meritò connumerari poteſt, multis aliis artibus, ac virtutibus utræque inſignes, utræq; bonis parentibus ortæ &c.*

Vinc. Vectiolus in orat. 2. erga finem inquit. *babetis PP. in veſtra hac Civitate ſanctiſſimam illam Matronam optimam fæminam, ac lectiſſimam Partheniam, quæ tantum in his literis, ſcilicet Græcis, profecit ut qui Cremonenſium laudes, ampla, & copioſa oratione proſecuti ſunt hanc rem, ut hujus Urbis decus ſummum, & maximum ornamentum ſilentio prætereundam non duxerint &c.*

Diomedes Borgheſius Senenſis in 3. Volumine Italicorum rythmorum p. 4. pag. 4.

Octavianus Picenardus in Orat. Fun. prò Jac. Maynoldo.
Ant. Campus hiſt.
Cavitellus, *Zava*. *Creſcentius*, *Spelta*, *Riberia*, *Ang. Baronius*, *Jo: Muſonius*, &
Alex. Lamus in Somnio.
Joſeph Niger Propatruus dilectiſs. Matris meæ in ſuis Carminibus *Epiſt.* 8. ubi de Cremona Patria.

Nec tantum commune Viris hoc eſſe putandum eſt,
Quod cadit in ſexum, fæmineumq; animum;
Nam quantum muliebre genus pulcherrima Virgo
Parthenia excedat dotibus ingenii
Jam patet, & fama eſt toto notiſſima cœlo,
Et mox ipſa ſua laude perennis erit.
Cujus Carminibus ſi demus nomen in illis,
Quis ſummum Vatem non vigilaſſe putet.
Præter fœmineas, & doctæ Palladis artes
In quibus à teneris docta puella fuit.
Non minùs eſt græcis, pariterque imbuta latinis,
Quam canere, & certis pſallere docta modis &c.

Eod. Anno LX.

IN ANIMOSORUM CREMONENSIUM ACADEMIA DISSERTATIUNCULA HISTORICA.

Academia Animoſorum, ut Nobiles in literis, & literæ in Nobilitate florerent, hoc anno ſub ſacra tutela Divi Euſebii Cremonenſis Monaci Bethleemitæ S. Hieronymi Diſcipuli in Patria initium ſumit ejuſdem Inſtitutoribus tribus ex J.C. Collegiatis tùm patritia ſtirpe, tùm ſtudiis omnibus præclariſſimis.

PRimus ex ipſis Comes Petrus Martyr Ponzonus Senatoria dignitate Mediolani decoratus, & exindè celeberrimæ Civitatis Novariæ Epiſcopus, laudatus in *Muſæo Novarienſi* nuperrimè edito ab Amico meo eruditiſſimo *Lazaro Auguſtino Cotta*.
Secundus Joannes Baptiſta Maynoldus J. C Coll. doctiſs.
Tertius Sigiſmundus Picenardus Reg. Duc., & ipſe Mediolani Senator, de quibus ſuo loco erit, & habitus fuit ſermo honorificus. Lege in primis vulgata prò ejuſdem regimine, ut unus ex Academicis primus in Conſeſſu biennio integro completo ſederet, Principis titulo inſignitus, ad cujus normam ordine ſuccisſivo electi fuere.
1560. Sigiſmundus Trecchus.
1562. Alphonſus Maggius.
1564. Joannes Petrus Ala J C. Coll., & Scriptor celeberrimus.

1566. Joannes Baptiſta Sfondratus.
1568. Ludovicus Barbovius.
1570. Joannes Baptiſta Picenardus J. C. Coll.
1572. Carolus Schinchinellus.
1574. Carolus Jacobus Perſicus.
1576. Sebaſtianus Breſſianus Med. Phyſ. Coll.
1578. Comes Ludovicus Stanga.
1580. Comes Galeatius Ponzonus.
1582. Vincentius Maynoldus J. C. Coll.
1584. Homobonus Offredus J. C. Coll.
1586. Cæſar Chizola Med. Phyſ. Coll.
1588. Sfortia Pallavicinus Marchio.

Ab hujus anni interſtitio uſque ad annum 1607. quo percita inter fortiores Patritios inteſtina diſſidia Muſarum concordias exſurdarunt, & inter armorum fragores armonica plectra deperdita, non abſque rauco mærore ſubmurmurabant, ecce quod pacatis animis Animoſorum congreſſus animoſior interpolatur in Domo Camilli Stanghæ Comitis Caſtri Novi Buccæ Abduæ, conſtructis regulis, & erecto Phrenoſchemate, in quo Herculis ſagitta, Fax, & Clava Robori appenſæ cum lemmate, *In caſus omnes*, apparent, tali ab Hercule deſumpto auſpicio noſtræ Urbis, ut ajunt, Fundatore, perpetuò duraturam in omnes caſus Unionem nobiliſſimam non deſperarunt, eoque magis cum Hercules, Muſagetes appelletur, ſcilicet ſecundum Gyraldum, & alios Socius, & Dux Muſarum. Princeps eligitur omnium plauſu.

Ludovicus Barbovius Inſignis Feudi Sorexinæ Marchio.

1609. Maximilianus Trecchus.
1611. Ferrans Maggius.
1613. Heronymus Schinchinellus magni nominis Præſul Prothonotarius Apoſtolicus de numero Participantium Alma in Urbe Reſidens prò Archiepiſcopo, & Principe Juvavienſi.
1615. Alexander Crottus.
1617. Nicolaus Soreſina.
1619. Alexander Bonettus Med. Phyſ. Coll.
1621. Carolus Lauda.
1623. Camillus Auguſtus.
1625. Bartholomęus Sfondratus cõfirmatus prò ſubſequenti biennio.
1629. Hieronymus Rangonus ſub cujus regimine, undique Epidimiali morbo ſæviente, ad tria luſtra, Academia contabuit, nam anno tantum.
1644. Chriſtophoro Schinchinello Com. Caſalis Buttani, Principe deſignato primas revocatur ad auras, poſtmodum.
1646. Nicolao Ponzono Caſtelletti Comite, & Gombeti Domino, in funere Octaviani Picenardi Senatus Excell.mi Mediolani Principis Concivis Sapientiſs., ac de Academia optimè meriti die decima Junii hoc anno denati, Animoſi parentantur

tur, habita Oratione ab Jacobo Zappa J. C. Coll. Com., & Equ. & ex doctiſs. Academicis. Verùm ab exacta lue in bellum aſperum incidit, unde verſis cytharis in ſcopletis ad Patriæ defenſam quiſque generosè incubuit, Gallorumque impetu tandem ſubverſo, Apollinis lauribus, & palmis coronati Victoribus, & Animoſis Concivibus Epinicia Academici Animoſi cecinere; Obruta quidem norma Principatus, & more Ariſtocratico pluribus in conſeſſibus Academia ſe geſſit, ut in illo adaperto ad plauſus ann. 1660., quo Sum. Pont. Alexander VII. Sacra Purpura Patritium noſtrum Eminentiſſimum Petrum Vidonum exornavit, ibi enim multiplicia Patriæ gaudia, duplici panegyri, aliiſque Muſarum armoniis eruditiſſimè inſinuarunt duo ex eruditiſs. Academicis, nempè Comes Sigiſmundus Ponzonus, & Marchio Hieronymus Ugolanus J. C. Coll. Com., & Equ. Anno. Verum.

1687. Petro Franciſco Treccho Marchione, & Regio Malæi Laudenſis Feudetario Eloquentia, & Muſis percelebri curante una cum hujus operis Auctore antiquus ordo inſtauratur, ac numerus dignitatum augetur, ut nempè apud Principem duo Aſſeſſores, & unus à Secretis conſideant. Die igitur vigeſima Februarii ejuſdem anni cum in ampla Sala publici Civitatis noſtræ Palatii conveniſſent quamplures Nobiles, & Literati Concives, collectiſque Votis, Princeps delectus fuit ipſe.

Marchio Petrus Franciſcus Trecchus, & cum eo.
Marchio Galeatius Pallavicinus Primus Aſſeſſor.
Joſeph Caraffinus Feudi Levatę Dominus ſecũdus Aſſeſſor, &
Franciſcus Ariſius hujus Operis Auctor à Secretis. Obtinetur ac eodem menſe Illuſtriſs. Præſidum ad Urbis negotia decreto, Atrium prò congreſſuum ſolemnitatibus, in quo congregantur Ampliſſimi J. C. Colleg.

1690. Die 18. Menſis Martii Princeps idem Marchio Trecchus, non ſine omniũ laudibus, & plauſu confirmatur, & eligitur.
Joſeph Caraffinus, Primus Aſſeſſor.
Author hujus Operis, Secundus.
Nicolaus Ala Marchio Scandolariæ Ripæ Olei à Secretis.

1691. Princeps declaratur Joſeph Caraffinus.
Marchio Petrus Franciſcus Trecchus primus Aſſeſſor.
Marchio Joſeph Cattaneus ſecundus Aſſeſſor.
Joſeph Bigattus à Secretis.
Prædefuncto eodem anno Caraffino, non ſine magno Patriæ noſtræ, & Reip. litterariæ intertrimento, ut dicam ſuo loco, ſuffectus eſt in Principatum.
Marchio Joſeph Cattaneus.
Marchio Petrus Franciſcus Trecchus primus Aſſeſſor, quem perdidimus

didimus maligna febri correptum die 30 Maii 1697. ut ſuo loco dicemus.

Marchio Galeatius Pallavicinus, ſecundus.

Joſeph Bigattus à Secretis.

Argumenta, quæ diſcutiuntur non niſi ſacra, vel ad mores erudiendos Princeps proponit. Exemplum à majoribus datum, nam apud me ſervatur folium magnum excuſum anno 1609. per Chriſtophorum Draconium, cujus in fronte legitur italico ſermone. *Ordine, col quale l'oppreſſo Accademico Animoſo per Decreto della Città di Cremona tratterà la materia dell' honore per inſegnare il modo di ridur à pace le diſcordie de Cittadini con termini honorati, e chriſtiani, lontani dall' opinioni dannate dalla Santa Chieſa.* Hic ordo in 46. propoſitionibus fuit diſtinctus.

Omnes Optimates, ac hujus Academiæ Alumnos, aliis loco, & tempore indigitabo; memorabilia tantum è regeſtis Archivii Civitatis deducta, & Auctores, qui eam commemorant, recenſebo.

In Conſilio generali habito die Veneris 14. Auguſti 1609. ſuadente celeberrimo Octaviano Picenardo, & juxtà ſententiam March. Antonii Mariæ Pallavicini ex Decurionibus decretum fuit, ut Principi Academiæ ſolverentur quotannis ære publico Coronati, ſeù, ut ajunt, ducatoni quinquaginta pro expenſis, quæ in congreſſibus peragendis fieri contingerent, hiſce quidem conditionibus, & in primis, ut publicè legerentur lectiones de honore pertractantes, aliæve lectiones morales, & quod electio Principis ad votum Nob. Decurionum eſſet facienda ex tribus tamen nominandis ab Academicis.

Die 11 Septembris ejuſdem anni conceſſa fuit pro Academicis uniendis pars ſuperior Palatii D. D. J. C. de Coll.

Die 30 Decembris 1609.

Inter alias Academiæ Sanctiones hæc in ſequentem modum facta fuit, ac typis edita, ut habetur in Archivio Civitatis.

Nel libro degli atti della Nobiliſſima Accademia degli Animoſi di Cremona è regiſtrata frà le altre la Congregazione Generale de' Signori Accademici di quella havuta alli 30. Decembre 1609. in Caſa dell' Ill. Sig. Maſſimigliano Trecco Prencipe della medeſima Accademia, nella qual Congregatione frà le altre è l' ordinazione del tenor, che ſegue

Doppo furono con molta lode ricordate le fatiche del Sig. Ottaviano Picenardi nell' Accademia l'Oppreſſo, che corteſiſſimamente havendo accettato il carico di trattare la materia di ridurre à pace le diſcordie de Cittadini, e quella con molta eſatezza, & eloquenza trattando conforme à termini honorati, e Chriſtiani, ordinandola ad una Lezione per ſettimana concorrendovi con molto applauſo il fiore della Nobiltà di Cremona ad immortal fama di lui, e di tutta la radunanza inſieme, habbia magnanimamente ricuſato riceverne mercede. Però eſſere l' Accademia in obbligo di moſtrargli ſegno di gratitudine, & dopo varj diſcorſi così fù à viva voce ordinato.

Che

Che in ſegno d' animo grato l' Accademia dichiara, che al Sig. Picenardi ſi faccia una memoria in un quadro di tela, che in publico nella Sala della radunanza ſtia eſpoſto in fino, che ſi poſſa fare in forma più durabile, in cui ſia inſcrizione in ſua lode, ò immagine di lui, ò l' una, e l' altra inſieme.

Furono eletti à far mettere ciò in effetto il Sig. Sforza Sforzoſi, e Ferrante Carli.

Subſcripta Maſſimiliano Trecco Prencipe
Gio: Battiſta Aſſandri Secretario &c.

Die 30. Menſis Julii 1610. In Conſilio Generali fuit ſuſpenſum Decretum erogandi per Civitatem illos Ducatonos quinquginta, ut ſuprà cum tunc fuiſſet electus Princeps citrà normam recenſitæ conditionis. Erat à Secretis tunc temporis memoratus Joannes Baptiſta Aſſandrus Cauſ. Coll. Philoſophicis, hiſtoricis, ac poeticis ſtudiis eximius, & in operibus editis valdè cognitus.

Die 14. Januarîi 1611. ad ſupplicem libellum ejuſdem Picenardi ſub patrocinio Civitatis iterum recepta fuit Academia, eidemq; conceſſum fuit poſſe Principem ſibi beneviſum eligere.

Die 13. Februarii 1613. In Conſ. ad preces Academicorum denuò conceſſa fuit ſolutio Ducatonorum quinquaginta.

Die 5. Menſis Januarii 1615. conceſſum fuit Gulielmo Lupo Med. Phyſ. Coll. ex Acad. ut publicam haberet Concionem in Buleuterione, cùm declaratione tamen, ut hæc conceſſio in vim exempli impoſterum non adduceretur.

Die 12. Novembris 1619. Academici obtinuerunt Decretum ab Excellentiſſimo Mediolani Dominii Moderatore, ut duos ex capitali facinore bannitos in caſibus verò non exceptis poſſent, eis annuentibus ad gratiam Principis revocare.

Die 3. Junii 1644. conceditur facultas Acad. eorum publicas diſputationes peragendi in Buleuterione cum derogatione antecedentis Decreti. Et hæc ſunt, quæ in hac materia habere potui ex Archivii Diagraphis.

Auctores, qui noſtram Academiam recenſent, & laudant, hìc chronologicè ſubnectuntur.

Franciſcus Zava eloquentiſſimus Rhetor, publicus Cremonæ Gymnaſiarcha anno 1562. dicavit Academicis Cremonenſibus Orationem ſecundam, quam habuit adversùs Gymnaſiarchiam excuſam ibi apud Vinc. Comitem 1562. & recuſam. 1568.

Vinc. Vectiolus doctiſs. Orator in Orat. 1. adversùs eum, qui in Gymnaſiarchiam ſcripſit pag. 10. reliquit. *Verum illud certè affirmare poſſum veſtram hanc Academiam*, vos enim Nobiliſſimi Academici nunc ſolos alloquor, tot præſtantiſs. Civium refertam unam eſſe, quæ ſi quod aliud præclarum inſtitutum ipſa in primis huic Urbi ad memoriæ immortalitatem glorioſa futura ſit, quid enim liberale ſtudium, quæ ars, aut diſciplina ingenua reperiri poteſt, quæ ex hac veſtra tamquam clariſſima officina, & pleno quodam fonte hauriri non poſſit.

Joan-

Joannes Petrus Nazarius diſerta oratione italicè ſcripta, Urbem Cremonenſem ſummoperè commendat pro Academiæ inſtitutione, cuſa eſt per eundem Vincentium Comitem. 1564.

Joannes Baptiſta Ala nuncupavit Illmo, ac Rev.^{mo} Benedicto Alæ Urbini Archiepiſcopo orationem Octaviani Picenardi, quam habuit in funeribus Jacobi Maynoldi Gallarati Senatus Excell.^{mi} Mediolani Præſidis, formis traditam Cremonæ 1613. apud Chriſtophorum Draconium, & Barucinum Zannium, ubi in Epiſtola ſcribitur.

Orationem, quam Octavianus Picenardus magni nominis J.C. Academicus Animoſus habuit, in publicis parentalibus Jacobi Maynoldi Gallarati Senatus Mediolanenſis Pręſidis, & Catholici, ac potentiſſimi Regis intimi Conſiliarii (quem etiam mortuum Rex ille diurno, & perpetuo ſacrificio decoravit) tibi, ac nomini tuo, Ill.^{me} Præſul, offero, ac dedico, tùm quia vos ambo hac tempeſtate Nobiliſſimi noſtræ Civitatis Juriſconſultorum, & Judicum Collegii, & Animoſorum Academiæ clariſſima lumina extitiſtis, & ob eximia animi ornamenta in altiſſimo dignitatum gradu locati, tu à Summis Pontificibus, ille à Summo Rege, vobis, ac Cremonæ Patriæ noſtræ decus immortale peperiſtis.

Valerianus Caſtilioneus Mediol. Monachus Caſſinenſis ſub titulo Academici Animoſi nuncupati *il Brillante*, edidit Papiæ apud Petrum Bartolum 1618. carmina italica, inſcripta *l' Accoglienze del Cielo*, in quibus duodecaſtichon etiam legitur Jo: Baptiſtæ Cavutii Philoſ. doct. alteri ex Academicis dicti *lo ſvegliato*.

Joannes Paulus de Tonſis Illuſtriſs. Animoſis Academicis, Principatum gerente Nob. Viro Alexandro Bonetto, dicavit librum Cremonæ excuſum 1619. apud Barthol., & Hæredes Barucini de Zannis, cui titulus *della Coſtanza, e Conſolazione nelle publiche calamità, Opera di Gio: di Ver tradotta di Franceſe in Italiano &c.*

Joannes Vida Piſenattus Com. & Equ. Pontificius edidit ibidem ipſo anno 1619. orationem in laudem Fratrum de Folliatis, & in fine ejuſdem habet multa carmina in laudem Animoſorum Academię.

Joannes Paulus de Tonſis Illuſtriſs. Academicis Animoſis dicavit opuſculum, cui titulus

Della Coſtanza, e Conſolatione nelle publiche calamità, opera di Gio: di Ver, tradotta di Franceſe in Italiano per Gio: Paolo Tonſi Cremoneſe, Cremonæ typis Batholomæi, & hæredum Barucini de Zannis 1619. ibi etiam carminibus laudantur Academici, nec non *Alexander Bonettus* eorum Princeps.

Emmanuel Theſaurus Taurinenſis, doctrina, & genere perſpicuus, cùm eſset è Societate Jeſu, & Cremonæ Rhetoricæ Præceptor, orationem habuit elegantiſſimam, quam Joannes Baptiſta Ala Eccleſiæ Majoris Archidiaconus, & Academicus ingenioſiſſimus, typis edi curavit anno 1620. Cremonæ apud Bartholomæum, & hæredes Barucini Zannii, inſcripta. *Oratio in qua probatur Academiam Cremonenſem Animoſorum eſſe veriſſimum Herculis Templum*, dicata Al-

phonſo

phonſo Laſſo de Carilia Ill.mo Equitum Magiſtro Hiſpano literatiſſimo, in qua præ cæteris legitur.

Efflorеſcunt ubiq; terrarum, Ill.me Alphonſe, Academiæ bonarum artium, armorumque veluti refertiſſimæ Officinæ, ex quibus tamquam ex Equo Trojano prodeunt Viri, qui deindè ad ſummos bonorum gradus non pauci facilè provehuntur. Has inter Academia Animoſorum, ſic appellamus hujuſce Civitatis noſtræ, ſi non primas, at nec poſtremas, ut optimè noſti, tenere cenſenda eſt. In Oratione laudibus extolluntur nonnulli ejuſdem Academiæ Principes, & ſcilicet Marchio Ludovicvs Barbovius, Maximilianus Trecchus, Ferrans Maggius, Hieronymus Schinchinellus, Alexander Crottus, Nicolaus Sorelina.

Nicolaus Corradinus celeberrimus Phonaſcus in Cathedrali Cremonæ edidit anno 1620 ex typis Venetis Gardani opera muſicalia, in quorum præliminari ſe inſcribit Muſicæ Præfectum in Academia Animoſorum, ex quibus conjecturari facillimè licet, non vulgari pompa tunc cœtus Academicos celebrari.

Abbas D. Celſus Leſuarte Roſinus Ceſenas Can. Reg. Lateran. cujus eximia virtute Lyceum Scriptorum Lateranenſium emicuit, Principi, & Academicis Animoſis direxit ejus librum, *L'Illiade Sacra*, impreſſum Venetiis per Crottum anno 1621. cum epiſtola nuncupatoria, quæ incipit. *Quando io di prima fui fatto degno, Ill.mo Prencipe, e Nobiliſs. Sig.ri dell'ecceſſo della benignità voſtra di eſſere aſcritto, e regiſtrato trà di voi, preſo ſotto la protezione del voſtro non men famoſo, che forte Muſagete Alcide &c.* alibi. *Perciò riſoluto mi ſono nel principio di queſta mia prima parte di proporre à così nobile, grande, copioſa, e dotta radunanza di Titolati, Cavaglieri, e Letterati di ogni profeſſione &c.* alibi. *Non ſia chi mi riprenda, ſe ardiſco di affermare, che d'Olimpo, cioè del Cielo ſia portico amirabile coteſta voſtra Academia: imperciocche le nobiliſſime, e virtuoſe azioni, che in eſſa fate di morale, di Politica, di Ragione d'honore Cavaleresco, di governo, di ſtato, di belle lettere, e di tutte le profeſſioni più gravi, e più ſode, pur troppo manifeſtano ragionevole il detto mio &c. & in fine, e quì con divoto inchino riveriſco non un' Accademia di Virtuoſi, ma come diſſe* Cinea, *un Senato di Regi.*

Ipſe Roſinus inter Animoſos nominabatur *il Raffermato.*

Guidobaldus Benamatus in ſua Hiſtoria Navali ſe inſinuat Academicum ex Animoſis.

Anonymus quidam edidit anno 1621. opuſculum poeticum, cui titulum dedit. *Il Vello d'oro Idilio per l'impreſa dello ſvegliato Academico Animoſo dedicato al Sig. Carlo Lodi Prencipe dell'Accademia degli Animoſi*, Academicus nominatus *lo Svegliato*, fuit Joannes Baptiſta Cavutius, ut diximus, de quo in opere noſtro ſermo erit.

Anonymus alter litavit Academicis Animoſis opuſculum ſignatum. *Epitalamio per laglorioſa, e Santa Spoſa di Chriſto Tereſa di Gieſu, celebrato nella ſua tanto bramata Canonizazione.* Ibidem anno 1622. per Bartholomæum, & hæredes Barucini de Zannis.

Vincen-

Vincentius Gallus Clericus Reg. S. Pauli doctiſſimus ſuum de Oda, Elegia, & Epigramate opuſculum anno 1623. Mediolani apud Cumum, dicavit Camillo de Auguſtis Principi, nec non cæteriſque Academicis..

Idem ſuum Opus de Lyrico Poemate Syntagma, Mediolani apud Joannem Baptiſtam Cerrum 1626. ſacravit hiſce notis; Ampliſſimis Viris Bartholomæo Sfondrato Academiæ Animoſorum Cremonæ Principi Splendidiſſimo, cæteriſque Academicis, in Epiſtola verò leguntur, *Hanc igitur quantulamcumque eſt induſtriæ meæ exercitationem in colligendis ab optimis ſcriptoribus de lyrico poemate eruditionibus, atque hunc in ſelectarum quarumdam Horatii Odarum detegendis artificiis laborem in ampliſſimo nomine veſtro, Academici Animoſi, apparere voluit. Tùm quia opuſculum illud, quod nuper editum fuit Clariſſimo Viro Camillo Auguſto Principi veſtro, vobisque inſcriptum, non ingratum vobis fuiſſe compertum habui. Tùm etiam, quia nullam, aut nobiliorem tutelam, aut firmius præſidium contrà inuidorum, reprehenſorumque morſus his ſcriptionum argumentis in publicum exeuntibus, quàm hujus florentiſſimæ Academiæ, qua totius Italiæ lumen eſt clariſſimum, comparari poſſe judicavi.*

Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonæ typis hæred. Barucini de Zannis 1627. pag. 311. Academiam Cremonenſem, unà cum Petro Ferrario ejuſdem Alumno laudibus effert.

Alter Anonymus appellatus *il Corragioſo*, inter Academicos Animoſos erat hic Joannes Paulus Melius celeberrimus J. C., ac Senatus Caſalenſis Præſes, de quo & jure meritò in tertio Volumine ſermo fiet anno 1629. edidit orationem in Laudem Comitiſſæ Poliſennæ Meliæ Lupæ de Soranea, qua die Monaſterium S. Quirici Cremonæ ingreſſa fuit.

Hieronymus Genuinus Romæ edidit apud Hæredes Maſcardi 1635. metamorphoſeos Nominum, ſivè metatheſes Literarum, ſivè Anagrammata; ibi pag. 41. legitur

Programma

Animoſorum Academia Cremonenſis.

Anagr.

Es Varia commemorans, nimia docens.

Carmina

Es Varia commemorans nimia verè docens.
Nomen Animoſum animum dat, & vires facit;
Robur animis, magnus vigor, & ineſt tuis:

Joannes Baptiſta Maynoldus J. C. Coll. unus ex Academicis, de quo inferiùs anno 1638. ibi edidit italicè orationem ſic inſcriptam, *Nella morte dell' Illuſtr.^me Sig. Conte Oliverio Schinchinello Cremoneſe recitata nella ſala del Conſeglio di Cremona à nome dell' Accademia de' Signori Animoſi.*

Joannes Petrus Creſcentius Romanus Nob. Placentinus, Monachus Hieronymianus in ſui operis initio inſcripti. *Euſebio Cremoneſe*

anno 1645. Cremonæ excuſi apud Joannem Petrum de Zannis, opiparè laudat noſtram Academiam, ejuſque Alumnos tunc vitam agentes commemorat pag. 13. nempè Viros Illuſtriſs.

Marchionem Joannem Baptiſtam Trecchum.
Marchionem Joannem Paulum Vidonum.
Comitem Nicolaum Ponzonum.
Marchionem Joannem Baptiſtam Barbovium.
Chriſtophorum Comitem de Schinchinellis.
Comitem Alexandrum Maggium.
Himerium Barbovium J. C. Com., & Equ.
Joannem Baptiſtam Maynoldum J. C. Com., & Equ.
Marchionem Paulum Datum.
Gherardum de Aſtis ex Decurionibus.
Julium Stangam ex Decurionibus.
Hieronymum Rangonum ex Decurionibus.
Hieronymum Benzonum Med. Phyſ. Coll.
Andream Sylvam ex Decurionibus.

Hyacinthus Belpierius inſignis Bibliographus Cremonenſis editionem curavit anno 1640. opuſculi inſcripti.
Il Capuccino Scozzeſe, idque dicavit eidem Com. Chriſtophoro Schinchinello Principi Academiæ Animoſorum, & in epiſtola eamdem commendat.

Paulus Ugonus J. C., & Philoſophiæ Doctor, poſteà Illuſtriſſimæ Patriæ Ordinum Conſervator, ex Academicis ſub titulo *l'Innoltrato* anno 1647. Cremonæ apud Zannium edidit orationem in encomium Com. Nicolai Ponzoni Principi Academiæ electi, cui legitur in fronte. *Il Prencipe degli Animoſi publicato nel* 1646. *l'Illuſtriſs. Sig. Conte Nicolò Ponzoni l'Immutabile*.

Anſaldus Cotta è Societate Jeſu, in oratione Cremonæ habita in Inſtauratione ſtudiorum anno 1653. ibidem typis emiſſa, cui titulus. *Omnia Cremonæ ſumma affirmat. Porro, adeò nobilis eſt Illuſtriſſimorum cœtus, quem video, adeò frequens eruditorum panegeris, ut meæ me pudeat tenuitatis, qui in tanta Virorum Sapientum frequentia, non habeo undè poſſim eruditis ingeniis facere, ſupereſt unum veſtræ in literas propenſionis argumentum Academiæ Cremonenſis gloria ſingularis &c. & alibi. Si erudita inter ſcriptorum volumina vivunt Cremonenſium Virorum nomina, ſi eorum laudatur ingenium, ſi ubique eorum ſapientia celebratur, hanc laudum ubertatem intelligite, non aliundè in vos, quàm ex Academia veſtra, tamquàm è puriſſimo fonte manaſſe*.

P. Abbas D. Petrus Marcellinus Oraſus Mon. Ulivet. typis opuſculum conſignavit, cujus in fronte legitur. *La flemma Spagnuola, diſcorſo Panegirico del medeſimo nell' Accademia degli Animoſi l'Urgente*.

Abbas Philippus Picenellus in Mundo ſymbolico (ut ajunt) ubi de Impreſiis ſingularibus in operis veſtibulo loquitur, laudibus illam effert, quæ à Cremonenſibus Academicis erectas, cùm ad ſacram Purpu-

Purpuram Patritius noſter Em.[us] Petrus Vidonus promotus eſſet, pingendo in ea racemos gentilitios cum lemmate *matura rubuit*.

Marchio Hier. Ugolanus J.C. Comes, & Eques, & Academiæ Alumnus, edidit Mediol. cum aliis Poematiis typis Marelli, *Plaudentis Cremonæ Triumphus in adventu Em.*[mi], *ac Reverendiſs. S.R.E. Principis Card. Petri Vidoni Laudæ Ep. Animoſorum in Academia publicè habitus*.

Jo: Baptiſta Spadius è Florentiola Ord. Præd. egregius Poeta, ſcripſit opuſculum, cui tit. præſtitit, *Luſus in Auſpiciis Academiæ Animoſorum Cremonæ*, ut innuit *P. Rovetta in Bibl. Prov. Lombardiæ Ord. Præd. ad annum* 1660.

Abbas Malateſta Garuffius Ariminenſis in prima parte Italiæ Academicæ, Arimini impreſſa 1688. extenſo calamo de noſtra Academia pertractat pag. 247. ità &

Joſeph Breſſianus, Hiſt. Cremon. in ſuis operibus editis, & ſingillatim in diario Cremonæ, & in Coll. J.C. ubi de Picenardo præcipuè.

Abbas Petrus Cannetus Mon. Camald. mei amiciſſimus, ejuſq; Congregationis, & virtutum omnium ſingulare ornamentum in Centuria Epigr. Miſcellaneæ Academiæ Concordium, Ravennæ appoſita.

Homobonus Piſo Med. Phyſ. & eruditus Philologus mihi neceſſarius in dedicatione ejus operis, *Ultio Antiquit. in Sanguinis circulationem*, *nuncupati*.

Julius Cæſar Porrus J.C. Cauſ. Coll. literarum humaniorum, nec non Philoſophiæ peritiſſimus, & Academicus nominatus *il Pronto*, quem efflictim prædiligo anno 1692. imprimi curavit Panegerim typis Laurentii Ferrarii ad laudem S. Joannis à S. Facundo Auguſt. eamq; dicavit Illuſtriſs Academicis Animoſis; tit. eſt *La Voce dello Spirito Santo*, habita Cremonæ in Ædibus S. Auguſtini à Vener. P. Joſeph Angelo à Nativitate Nudipede Carmelita.

Hæc etiam refert laudatus *Jo: Cinellus* in ejus Bibl. Vol. plut. 12.

Eques Carolus Andreas Sinibaldus Ord. Militaris S. Jacobi de Spatha, æquè ac in literis eruditiſſimus inter Elogia Academiarum id, mihi humaniſſimè tranſmiſſum, recenſet

DE ACADEMIA ANIMOSORUM CREMONÆ,

In cujus Stemmate eſt Jaculum, Clava, & Fax
Herculis cum Epigraphe,
In Caſus omnes

Herculeis jaculo, & Clava, facibuſque ſuperbit
In Caſus omnes par Animoſa phalanx;
Alcidæ, & Muſis communes conſecrat aras,
Et generoſo animo Pallade utraque nitet.
Non minùs Eridanus gaudet ſplendente Lyceo
Claudere, quàm ſuperis lumina Solis aquis.

MDLXI.

JUlius Clarus Aloyſii Med. Senatoris F. Patritius Alexandrinus, verùm ex privilegio Patriæ noſtræ aſcriptus, poſt obitam magnanimè Præturam, inter J. C. doctiſſimus Mediolani & ipſe Senator, Præſes Quæſtorum extraordinariorum, Curator aquarum publicarum, Præfectus rei frumentariæ, dein Philippi Regis Hiſpaniarum ad res Italas Conſiliarius; ut ex Epitaphio in Sacra æde Pacenſi Mediolani ſibi extructo legitur. Magni ſui ingenii monimenta proſtant ſæpiſſimè recuſa.

Totum Opus Sententiarum receptarum in libris ſeptem eſt diviſum; in primo de Legibus, Conſtitutionibus, & Statutis; in ſecundo de Jure Perſonarum, in quo non ſolùm de ipſo ſtatu Hominum, ſed etiam de ſingulorum Officiis, & dignitatibus, in tertio de Succeſſionibus, & ultimis voluntatibus; in quarto de Contractibus, & de Feudis, Donationibus, & Emphiteuſi; in quinto Practica Criminalis, in Sexto Practica Civilis, in ſeptimo Index generalis continens materias ſupradictorum librorum, & cum animadverſ. Manfr. Goveani Francof. 1613. *& cum animadvertitur Joannis Guiotii ibid.*

Tractatus de Feudis impreſſ. 8. Venet. 1566.

Tractatus de Teſtamentis, & ultimis voluntatibus. Habetur etiam in Tom. 8. par. 1. fol. 80.

Opera omnia, ſeù Practica Civilis, & Criminalis, cum Addit. Joannis Baptiſtæ Bajardi Parmenſis, Bernardini Roſignoli Mediolan. Hieronymi Giacharii Lugienſis, Joannis Guiotii Nivernenſis, Antonii Brochi è Caſtro Lauro, Joannis Harprecti, & Manfredi Goveani Germanorum impreſſ. fol. Lugd. 1661., & ante fol. Venet. 1640., & fol. Francof. 1636., & poſteà in fol. Genevæ 1666.

In Syntagmate communium opinionum &c. ex pluribus Auctoribus congeſtæ ab Antonio Maria Coratio Lugduni in Tom. 3. impreſſæ 1658. inter Auctores præcipuos habetur Julius Clarus.

Memoratur ex profeſſo à Ghilino in Annal. Alex., & in Theatro Literatorum lib. 1. à Juliano Porta inter inſigniores Alexandrinos, ſed de ejus operibus parùm, vel nihil.

Landus de Sen. Mediol. refert Epitaphium, &

Comes Fontana libros tanti Viri.

Non eſt ommittendum præclariſſimum hunc Virum fuiſſe Avum Maternum Bartholomæi Areſii, notiſſimi Senatus Mediolanenſis noſtro ævo Præſidi.

Ut magis innoteſcat, Julium Clarum fuiſſe Civem Cremonenſem, en diploma ab archetypo ſuo extractum in regeſtis Archivii Civit. anni 1561.

Decu-

Decuriones Conſilii generalis Magnificæ Communitatis Cremonæ.

CUm Præturæ Cremonenſis dignitas, quę non niſi Mediolanenſis Status Senatori integerrimo, atq; optimo ex veteri conſuetudine committi cenſuerit, biennio præterito demandata eſſet Julio Claro, uni ex Senatoribus memorati ordinis, ejus Juriſdictionem Vir ampliſſimus, & juſtiſſimus tanta ſapientia, & prudentia, tanta religione, & ſanctitate, tanta gravitate, & conſtantia, tanta ſeveritate, & lenitate abſolvit, ut eam multò pacatiorem, quàm acceperat, reddiderit, feliciter apud nos hoc biennio actum eſt, ipſo Prætore prudentiſſimo, & Sapientiſſimo, qui ſi ſedandæ diſcordiæ, quæ illi cura præcipua fuit, curam aſſumebat, fidele prudentiæ conſilium, certum ſapientiæ ſubſidium, ſemper paratum habebat, cui cùm manifeſtum eſſet, præturæ provinciam ſibi demandatam eſſe, non tàm propter privatorum Civium quietem, quàm totius Civitatis commodum, cùm in ea tempora incidiſſet, quibus Civitas maxima annonæ penuria laborabat, ejus prudentia, & ſapientia tantùm profecit; ut populus, qui in magna neceſſitate conſtitutus erat, quique brevi ſine Dei Opt. Max. auxilio extremum vitæ detrimentum paſſurus erat, ejus favente numine, ingenio, opera, & vigiliis hujus præſtantiſſimi Viri, ſalvus remanſerit, nec ferè viderit, aut ſenſerit immanem illam, ac omnibus notam, & patentem penuriam, ità ut meritò ipſum tota Civitas viva voce ſæpè Patriæ parentem, & Conſervatorem appellaverit; vidimus enim univerſi, dum viguit egeſtas illa, undiq; omnia conſpicientem, proviſiones neceſſarias ſubminiſtrantem, ac periculis obſiſtentem, quidcunq; etiam præter ejus Senatoriam, ac Prætoriam dignitatem exequi, in ſignum amoris immenſi, & paternæ affectionis, qua ſemper inſequutus eſt totum hunc populum, nunquam tamen defeſſus, nunquam imparatus, ſemper ſe validiorem, & promptiorem præſtitit, nullis unquam periculis deterritus, quo factum eſt, ut actionum, & virtutum illuſtrium Hominis hujus Clariſſimi fama Italiæ fines exceſſerit, ut ab omnibus digna ſit habita, ut in ejus memoria erigeretur Statua perpetuò duratura, & mira admiratione à Poſteris conſpicienda; Porrò quoniam non tàm præſentium, quàm futurorum temporum ſummam curam habendam eſſe judicabat, cernens mortalium ſolicitudinem parùm poſſe, niſi Divina providentia adminiſtretur, atq; adjuvetur, ejus adhortatione, atque juſſu ferè ſingulis diebus Deo Optimo Immenſo ter Max.° ſupplicationes, piæque erogationes à divitibus ejus in primis exemplo, & hortatu in Pauperum plus quinque mille alimenta fiebant, ut ille placatus largam mortalibus frugum copiam condonaret, quibus quidem ſupplicationibus populus utriuſque ſexus ſemper fuit frequentiſſimus, & ad elargiendum pauperibus victum promptiſſimus, pro quorum omnium obſervatione, tàm & ſi dies, & noctes

ctes invigilabat, non tamen ab aliis arduis, & difficillimis negotiis, quæ Prætorio muneri annexa ſunt, animum avertebat, de quibus cum ab eo ſermo habendus erat, vix dici poteſt, quanta verborum gravitate, quanta in oratione majeſtate, quanta animi conſtantia explicaret, quam cum Sanctiſſimum legum Interpretem profiteretur, ſemper perſuaſum habuit, ut ad alicujus negotii expeditionem non deveniret, niſi priùs re maturè intellecta gravitatem ſuam perpetua conſtantia roboraret, atque in propoſito, ſusceptoque conſilio permaneret, ex quo factum eſt, ut nunquam nec prece, nec pretio, nec gratia, nec ſimultate à recto deduci potuerit; Cæterùm quoniam illos Magiſtratus ſeveros eſſe judicabat, qui aliqua iracundiæ acerbitate commixti eſſent, videns Juriſdictionem multò laudabiliorem forè ſi auſteritati, & ſeveritati lenitas, & æqualitas inflexa eſſet, ità ſe geſſit, ut, cum in Facinoroſos agendum eſſet, ſeverus Judex nullum lenitati locum daret, & ubi caſus miſeratione dignus ſe ſe offerebat, mentem ad lenitatem, miſericordiamq; revocans minori ſupplicio reum afficeret, quàm judicii ſeveritas poſtularet, fuitque ſemper ei proprium die, noctuque quibuſqq; gratas præbere aures, Oſtia ſemper patentia tenere, ut facilis eſſet ad eum acceſſus, quod pergratum fuit Populo, etenim nulla erat diſtinctio penès eum inter Pauperem, & Divitem ambas partes enim æquo jure regebat, gubernabat, & amabat, ſed ultrà alia, quæ eſſent meritò recenſenda, de hoc voluimus mentionem facere, quod ad hoc, ut ejus Magiſtratum laudatiſſimum redderet, ſelegit Vicarium, & Judicem maleficiorum Antonium Baraterium, & Aloyſium Bellonum duos Viros ad id munus aptiſſimos, qui maxima cum totius Civitatis ſatisfactione munus utrique eorum commiſſum ad finem perduxerunt; Nec etiam illud eſt ſilentio involvendum, quòd cum die Aſſumptioni Virginis dicata ignobilis vulgi ludos publico in Foro de more ſpectaret, oborta inter nonnullos acri rixa, & quæ tumultum, ac ſeditionem facilè concitare potuiſſet, ipſe propriæ ſalutis immemor, publicæ verò ſtudioſiſſimus, inter enſes, ac pervalidos fuſtes, quibus magna eorum pars armata convenerat, medius accurrit, ac ferè ſolus propriis manibus enudata tela ex digladiantium manibus eripiens, miſſis in carcerem ſeditionis authoribus, omnia ſedavit, ac magno capitis ſui periculo imminentem cladem avertit. Quarè tot, ac tantis in Civitatem noſtram à tanto Viro allatis beneficiis cenſuimus eum, ſi non quo deberemus, ſaltem quo poſſemus, benevolentiæ argumento proſequi; Cum igitur in concionem legitimam conveniſſemus coram Illmo, & Clariſſimo J.C., & Senatore R. D. Domino Marco Antonio Caymo, qui Prætoris, & Cenſoris munus gerebat, initis ſuffragiis, memoratum Julium Clarum, ejuſque filios, & poſteros Civitate noſtra donamus cum honoribus, & oneribus, quibus cæteri noſtri creati Cives frui, & gaudere conſueverunt; Remittentes prò ut eidem remittimus

onus

onus ædis extruendæ in Civitate, ac pecuniarum ærario noſtro perſolvendarum, quibus rebus novi creati Cives apud nos lege municipali tenentur; Quæ omnia rata, & firma eſſe decernimus, ſi invictiſſimi Regis confirmatio acceſſerit, & hoc diploma per infraſcriptum Cancellarium noſtrum fieri, noſtriq; ſigilli impreſſione muniri juſſimus. Dat. Cremonæ die Martis ſecundo menſis Decembris Anni MDLXI.

Eod. Anno. LXI.

VIncentius Vectiolus è Caſali Majore Rhetor eximius, & publicus Cremonæ humaniorum literarum Inſtructor edidit. *Ad P.C. Cremon. oratio pro Gymnaſiarcho diligendo eamque dicavit Jo: Baptiſtæ Mainoldo J.C. Præſtantiſſimo Cremonæ in Civitatis Palatio apud Vincentium Comitem* 1561. *Orationes duæ ad P.C. Cremon. pro ſe ipſo adversùs eum, qui in Gymnaſiarchiam ſcripſit. Brixiæ apud Lud. Sabienſem* 1563. *eidem Mainoldo dicatæ*, cui adiunguntur *Hieronymi Faballi Laudenſis ad Decuriones Cremonenſes. In Controverſia Gymnaſiarchiæ*

Orationes quinque Cremonæ apud Vincentium Conctum 1563.

Anno 1582. ex hac vita migravit, dum eſſet Archipresbiter Eccleſiæ Divo Stephani memorati Oppidi, ut notat *Lud. Cavitell. in Annal. anno præcitato*.

De eodem Franciſcus Zava in Epiſt. lib. 8.

Hector lauda in Hiſt. Caſ. Majoris MS., qui allegat Nipolium de eo magna cum laude loquentem.

Eod. Anno.

MArcus Antonius Barbovius, cui multiplex in eo doctrina, ac præſertim Philoſophiæ, & Medicinæ præclarior, enituit ſtudium elucubrans

In Operibus Galeni Commentaria novem digeſta codicibus.

De Morali Philoſophia lib. 3.

Breſſianus in V. R. & in opuſculo, cui lit. Collegio de Dottori in med. Cremoneſi.

In Eccleſia S. Joannis Novi Cremonæ tumulatur, ubi proſtat hæc inſcriptio.

Sepul. Art. & med. doct. mag. Jacobo de Barbobus, & Hæred. qui obiit anno MDXXXVII. ætat. ſuæ ann. LXXX. Roccus, & Anzelerius Mærcat. Avo, & Marco Ant. Patri Phyſico omnes Pumenenghi Domini inſtaurarunt Anno Sal. MDCVIII.

Eod. Anno.

JAcobus Antonius Mutius Lanfranci F. Viciniæ S. Thomæ Juris Civilis peritiſſimus magna eloquentia clarus in Coll. Patriæ hoc anno die prima Decembris aſcitur, pro eàdem Mediolani reſide t Orator, conſcripſit & habuit pulcherrimam, & doctiſſimam

Oratio-

Orationem in Funere Pauli Alæ Ampliſs. Mediol. Senatoris.

Amicitiam excoluit Franciſci Zavæ, à quo in ejus operibus ſæpiſſimè laudatur.

In primo virilitatis Flore, quaſi flos à morte conteritur, indè ſepultus in Eccleſia D. Thomæ nunc culta per Ven. Capucinas, ubi ad aram Divi Franciſci legitur.

D. O. M.

Jacobo Antonio Mutio J. C. Cremonen. apud Senat. Mediolani Oratori, quem tota hæc Civitas ob virtutem eximiam, pietatemq; ſingularem deflet, Lanfrancus, Pater Jo: Baptiſta, Gabriel Cohortium Ductores, Annibal, Jo: Paulus Fratres Mœſtiſs. P. P. vixit Luſtra ſex ferè cum dimidio MDLXVIII. Nonis Auguſti.

De eod. Lamus in Somnio cant 2.

Eod. Anno.

SAnctinus Baptiſta incredibili doctrina, & pietate Vir ex publicis Cremonæ Gymnaſiarchis, verè ex illis, quos innuit *Plutarch. de educ. lib.* 4. *tit* 7. Quærendi ſunt Liberis Magiſtri, quorum & inculpata ſit vita, & mores. Digeſſit facundo metro

Epigrammata, & Carmina varia,

Ejuſdem Sanctini habentur carmina in præliminari Epiſtolarum Franciſci Zavæ, & in Carminibus Zavæ tria leguntur Epigrammata ad laudem Sanctini, quem ſuum Præceptorem vocat, ac indigitat, Sanctinum fuiſſe è Viro Paterni agri Cremon. decimo ab Urbe lapide.

Amicitiam excoluit Jo: Thomæ Muſconii Poetæ Soncinenſis, ut in libro pr. Epigrammatum ejuſdem Muſconii.

Hier. Faballus in orat. de Gymnaſiarcho deligendo typis Cremonæ apud Vinc. Comitem, Sanctinum laudat, cum quo Martinum Favalerium, Jo: Baptiſtam Saccum, Antonium Riccium, Antonium Plancum, Vincentium Vectiolum, quorum induſtriæ, & doctrinæ Gymnaſium Cremonenſe maximè nitebatur.

Eod. Anno. LXI.

ALoyſius Dovaria Friderici Milit. fortiſſimi filius, primus ex Patritiis Cremon. inter Equites Divi Stephani Piſarum, electus die 26. Aprilis 1562. (ut mihi indicavit Humaniſſimus ejus Coeques, ac Patritius Rom. eruditiſs. *Proſper Mandoſius*, occaſione, qua mihi Equitum Cremonenſium notulam italicè, ut inferiùs, tranſmiſit) dum Florentiæ pro Mantuæ Duce reſidebat Orator. Emicuit & inter inſignes Ductores turmarum Equeſtrium magni Ducis Hetruriæ, & pro eo ad Venetam Remp. Legatus, demùm ex Supremis in rebus bellicis Conſultoribus apud Regem Hiſpaniarum, & cum eo in Bello Luſitano, quo mille aureorum annuo ſtipendio donatus fuit. Scripſit *Epiſtolas*,

quarum

quarum quatuor habentur ad Com. Octavium Affaitatum *in Collectaneis Pauli Emilii Marcobruni, pag.* 258. *uſq; ad* 263.

Effulſit & hoc tempore Annibal Aloyſii Frater, eadem equeſtri munitus dignitate, cujus in eodem libro legitur Ep. ad eumdem Com. Affaitatum de iiſdem. Vide *Cavitell. in Annal. pag. verſa* 427. verùm Annibal in ſequenti notula non habetur inter equites.

Ant. Campus hiſt. lib. 3. *ad ann.* 1584., qui etiam Livium, ſed non Annibalem ejus Fratrem memorat.

Ab Ulloa in fine Vitæ Caroli V. memoratur Aloyſius cum Friderico ejus Patre inter milites Illuſtriores, vivente ipſo Imperatore.

APPRENSIONI D'ABITI DI CAVAGLIERI MILITI

Dell'Illuſtriſs., e Sacra Religione

DI S. STEFANO PAPA, E MARTIRE

DELLA CITTA' DI CREMONA.

IL *Sig. Luigi di Federico Dovara 26. Aprile* 1562.
Il Sig. Jacopo D'Offredo Offredi 11. *Decembre* 1562.
Il Sig. Gio: Franceſco di Gineſio Somma 11. *Decembre* 1562.
Il Sig. Cap. Fabio di Gio: Galerati 11. *Aprile* 1565.
Il Sig. Sforza del Cap. Sforza Picenardi 27. *Settembre* 1589.
Il Sig. Alfonſo di Lelio Dovara 22. *Settembr.* 1591.
Il Sig. Gaſparo di Pietro Giorgio Hoſcaſali 31. *Magg.* 1592.
Il Sig. Coſtanzo d'Ambroſino Ambroſini 31. *Decemb.* 1595.
Il Sig. Ceſare di Ceſare Amidani 24. *Giugno* 1598.
Il Sig. Pietro Marino di Bernardino Fraganeſchi 3. *Feb.* 1599.
Il Sig. Ottavio del Cav. Sforza Picenardi 16. *Febr.* 1601.
Il Sig. Sigiſmondo di Cam.° Cambiago 19. *Novemb.* 1609.
Il Sig. Marc'Antonio di Vincenzo Aymi 6. *Novemb.* 1612.
Il Sig. Conte Filippo del Co: Ferrante Perſico 4. *Ottobre* 1622.

Eod. Anno.

HIeronymus Clocius Geneſii F. J. C. illuſtri loco natus in oppido Caſalis Majoris, cùm eidem ſpatium datum eſſet requieſcendi à Juris Civilis ſtudio, & confugiendi ad manſuetiores Muſas, ſumma Poetarum Principis Virgilii ſuavitate, & quadam quaſi divinitate raptus, atq; allectus, pulchriores, ut ipſe affatur, ex eo tanquam floſculos more apum carpens, opuſculum contexuit, quod prodiit Cremonæ 1562. apud Vinc. Comitem, Andreæ Marino Duci Terræ novæ F. nuncupatum, inſcribitur. *Publii Virgilii Maronis verſus Proverbiales aliquot collecti &c.*

Hinc mens, & anima Virgilii à laudatiſſimis Viris appellatus eſt, cujus encomiaſtæ Poetæ Rolandus Cavagninus, Hector Nigriſolus,

lus, Columbanus Balletus, Hieronymus Fabaˀlus, Vincentius Vectiolus. refertur à *Conrado Geſnero in Bibl. Inſtit. à M. Georgio Draudio in Bibl. Claſſica*, ubi de Libr. Poet.

Eod. Anno.

GAbriel Faernus Rhetor, & excelſi nominis Poeta, latinis in carminibus peragendis ſui ævi inter præſtantiores ob doctrinam, & ſpectatos mores intimus, & prædilectus Pio IV. Pont. Max. nec non Carolo Cardinali Borromæo Nepoti, deinceps in Sanctorum Catalogo adnumerato. Ad emendandos clariſſimos latinæ linguæ Auctores, & peculiariter Plautum, Cæſarem, Livium, Svetonium, M. Tullium Ciceronem, & alios nimia vetuſtate, & Librariorum negligentia inquinatos, aſſiduè exercebatur, verùm immatura morte ereptus, quæ inchoaverat abſolvere, & ad metam perducere non potuit. Moritur namque Romæ die 17. Novembris anni 1561. non ſine præcipuo ejuſdem glorioſiſſimi Cardinalis dolore, in cujus manus omnia MS. ab eo ſummo in pretio habita advenere. Ex ſingularibus illius præclari ingenii partibus typos illuſtrant

Cenſura Emendationum Liviniarum

Terentii Comœdiæ ex vetuſtiſſimis Libris, & verſuum ratione emendatæ, & in eas Comedias emendationum libri ſex, quorum primam editionem P. Victorius curavit prodire deinceps *Pariſiis* 1602.

M. Tulii Cic. Philippicæ, & Orationes pro Fontejo, pro Flacco, in Piſonem, omnes ex antiquiſſimo exemplari emendatæ, unà cum ejuſdem Faerni annotationibus. *Romæ apud Vinc. Lucchinum* 1563.

De Metris Comicis Liber unus.

Eographii fragmentum in Comœdias Terentii, hæc omnia edi curavit Florentiæ apud Juntas anno 1565. in 8. Silvius Antonianus Vir ille eruditiſſimus exinde à Clemente VIII. Cardinalis electus, de quo conſule *Mandoſium in Bibliotheca Romana Vol. 2. cent. 9. nu.* 59. edidit, & dicavit Cardinali Carolo Borromæo.

Centum Fabulæ ex antiquis Auctoribus delectæ, & carminibus explicatæ. Venetiis apud Franciſcum Zilettum 1572. pluribi etiam videntur reimpreſſæ, & præſertim Brixiæ 1591. ac Romæ apud Vinc. Lucchinum anno 1564. jubente Sum. Pont. ut ſcribit recentiſſimus *Teiſſier*, nec non Antuerpiæ in Typograhia Plantiniana, & circumferuntur hoc modo.

Fabulæ Eſopicæ à Joach. Camerario oratione ſoluta, & Gabriele Faerno verſibus explicatæ, recognitæ à Gregorio Berſmano. Lipſiæ apud Henric. Groſs. 1618.

Fabulæ Eſopicæ à Gabriele Faerno, Feſto Aviano, & Micha. Gabria verſibus latinis redditæ. Lypſiæ apud El. Repbeld. in 8. 1619.

Antonius Teiſſier in ejus opere gallicè inſcripto *Les Eloges des Homes Scau. part.* 1. ad annum 1561. ſcribit cum eo Phedri æmulationem quamdam interfuiſſe, ac edidiſſe Faernum præter enunciata ejus ingenii monimenta, etiam ſequentia.

Dialogi

Dialogi antiquitatum. In Lutheranos, ſectamq; Germanicam Elegiæ. Obſervationes in Catullum ſub Elogiis Vir. Illuſtr. Pauli Jovii plura carmina Faerni leguntur, nec non in delitiis Poetarum.

Eumdem memorant innumeri propemodum ſcribentes.

Jo: Caſa ſuum Roma Venetias reditum illi refert. ut in delitiis ſuprà memoratis

Geſnerus in Bibliotheca Inſtit. plura

Lil. Gregorius Gyraldus in Dial. Poet. ſuorum temporum.

Silvius Antonianus allegatus in doct.[mo] *æquè, ac piiſſimo libro inſcripto dell' Educatione Chriſtiana de Figliuoli, Cremon. recuſo* 1609. *lib.* 3. *cap.* 41.

M. Georgius Draudius in Bibl. Claſſica.

Jacobus Gaddius de Scriptoribus non Eccleſiaſticis ſcribit, fuiſſe aliquoties circa eum Sigonium in diſp. Patavinis.

Aubertus Miręus Bibliot. Eccleſiaſt. part. 2. *cap.* 99.

Franciſcus Reddius Seren. Magni Etruriæ Ducis Archiater celeberrimus in ſuo Dityrambo, cui tit. *Baccho in Toſcana* in adnotationibus pag. 127.

Joannes Roſinus Antiquit. Romanarum.

Toſcanus in Illuſtr. Poet. &c. refert Faerni carmin. ſcilicet in Luthenos, Sectamque Germanicam.

Ad Homobonum Offredum Med. Cremon. & in Maledicum, nec eſt prætermittendum diſtichon ad ejus commendationem exaratum à Toſcano

Calliope legeret numeros cùm fortè Faerni
Emerſit ne mari Comicus Afer, ait.

Caramella in Muſęo Illuſtr. Poetarum.

Joannes Paulus Ubaldinus in Collectaneo Poetarum Illuſtrium Mediolani 1563. in quo quidem legitur pag. 8. Caroli Vicecomitis Elegia ad Raphaelem Faernum Cremonenſem, verum fuit calami lapſus, nàm ſcribere debebat ad Gabrielem.

Joannes Thomas Muſconius primam Elegiam lib. ſui 2. eidem direxit.

Alexander Lamus in Somniis Cant. 2.

Cavitell. Annal. anno 1561.

Ant. Campus eodem anno.

Fabianus Juſtinianus in Ind. Univerſali in Verbo Fabula.

Lucas Contilis in Epiſt. lib. 3. *part.* 5.

Petrus Franciſcus Spinola in ſuis carminibus Od. 19 *&* 22.

Oliverius Bonartius S. J. in Eccleſiaſticum pag. 200.

Dionyſius Athanaſius in Epiſt. ſelectis Vol. 2. *à Bartholomęo Zucchio editis Venetiis* 1595.

Ephemerides Gallicæ, ubi de Fabulis gallicè redditis memoriam habent.

Nicolaus Reuſnerus, ubi de Poetis Italiæ.

In libro Conſtitutionum Dominii Mediolani inſcripto, legitur Epigramma Faerni hujus exempli.

INſubrum decreta Ducum, legeſque vetuſtę,
Vaſtum incompoſita mole Volumen erat.
Congeriem informem, confuſaque jura Senatus
Digeſſit, certis diſpoſuitque locis.
Inque novam legum faciem, corpuſque redegit,
Fuſaque in exiguum membra coegit opus.
Has igitur quiſquis veterum farragine legum,
Atque indigeſta mole gravatus erat;
Perlegat, utatur: ſunt hę bre vitate Minores,
Ordine majores, utilitate pares.

Nec eſt prætereundum Epygr. Annibalis Crucæii in obitũ Phaerni.

Dum Vetberum Autorum inſtaurat monimenta Phaernus,
Et reddit vitę ſcripta latina ſuę.
Invidit fera Parca, Virumque ad Tartara truſit,
Quodq; aliis adimis, hoc tibi, dixit habe.

Petrus Victorius Summus Phaerni admirator, celeberrimus Grammaticus, & Criticus *Var. Lect. lib.* 10. *cap.* 1. ſcribit ad ejus laudem. *Ità certè putat Gabriel Phaernus: & bonus ipſe Poeta: & acer exiſtimator Scriptorum Poetarum; quippe prętereà in munere hoc corrigendorum veterum Auctorum magna cum laude verſatus eſt, novitque pręclarè vulnera antiquorum Scriptorum, ac quibus in rebus labi plerumque, atque peccare librarii conſueſſent,* & lib. 16. cap. 21. *Cum poſteà animadverti Gabrielem Phaernum magni ingenii Virum, peracriſq; judicii alia ratione priorem illam plagam curaſſet, cum enim diligentia, ſua ſtudioque quod in optimis ſcriptoribus purgandis ponit, multas maculas ex hac Oratione deleverit &c.* loquitur de Orat. M. Tullii pro M. Marcello.

Item lib. 27. cap. 19. lib. 29. cap. 11., & 16. lib. 32. cap. 13. lib. 33. cap. 6. lib. 36. cap. 8. & alibi. Idem Auctor in Epiſtolis ſcribens ad S. R. E. Card. Carolum Borromęum Virum Sanctiſſimum laudibus extollit Faernum.

Tobias Magirus in Eponymologio critico laudat quidem Faernum, at de eodem non benè ſentire videtur, cum dicat ab ipſo ſuppreſſa fuiſſe Phedri opera, res quippè procul à veritate, ſi reſpicimus probitatem Phaerni, ac Magirum ſuæ aſſertionis nullas rationes adducere, ac ſine auctoritate loquentem.

Malateſta Strinatus in Epiſtola directa Joanni Mario Creſcimbenio, præmiſſa Apologis Bernardini Baldi Urbinatis ab eodem Creſcimbenio Carminibus ſuis eruditiſſimè translatis, laudat noſtrum Phaernum.

MDLXII.

HIeronymus Faballus à Caſtiono celebri municipio in agro Laudenſi, ſub primam ætatem profectus eſt ad Urbem noſtram, ubi faciliùs poſſet verſari in literarum ſtudio, ſuumq; ingenium erudire, & præcipuè in florentiſſimo Marci Pauli Tarteſii Gymna-

ſio,

ſio, in quod quidem poſt obitum Jo: Jacobi Putealis hominis eruditi, temperatiſq; moribus inſignis hypodidaſcalus, tùm ipſius Tarteſii, totiuſq; Academiæ conſenſu, ac approbatione ſuffectus eſt. Inter Cremonenſes multò vixit, donec Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ S. Laurentii Monticelli ultrà Padum, tunc Diœceſis Cremonæ, à Nicolao Sfondrato Epiſcopo conſtitutus. Civem Cremonenſem ſe vel gloriatur in Oratione iij. in controverſia Gymnaſiarchiæ, cùm eſſet *Peregrinus* à quodam æmulo appellitatus. expromit igitur. *Evolve, tu bone Vir, tabulas, in quas publica pecunia Cremonenſis refertur, reperies, qua pecunia cenſus ego ſim; nè ergò ſim peregrinus, faciunt domicilium, & cenſus. Quid ſi legibus me non peregrinum, ſed Civem Cremonenſem probem? Si in jure peritum aliquem conſulviſſes, nunquam procul dubio tàm ſtultè peregrinantem nobis obieciſſes. Leges eum volunt Civitate donatum eſſe, qui eam decennium coluerit, at qui me in hac Civitate viginti annos vixiſſe fateris &c.* leguntur orationes aliquot, quibus apertè explicatur, quantum in eo genere valuerit.

Orationes in M. Hieronymi Vidę Cremonenſis Albę Epiſcopi laudem.

In Nicolai Sfondrati Crem. Epiſcopi Cremon. in ſuam Diœceſim adventu, quam ſubnectere optimum duco, ut videat Lector Nicolaum Sfondratum, qui exindè ad Summi Pontificatus apicem evectus, Patria Cremonenſem fuiſſe.

Ad Animulam Cremon. Jambicum Carmen.

In Funere Jo: Baptiſtæ Schitii Orat.

De Gymnaſiarcho deligendo, hæc in unum excuſa fuere Cremonæ 1561. apud Vincentium Comitem. prodiere pariter iiſdem typis anno 1563.

Ad Decuriones Cremonenſes in Controverſia Gymnaſiarchię Orationes quinque. Has Auctor dicavit Veſpaſiano Gonzagæ Columnæ Principi, atque Philippi Regis Peditatus in Italia Præfecto.

Hę Orationes ſalaci acrimonia juxtà ſtylum Tullianum in Philippicis fuere conceptę contrà Franciſcum Zavam, licèt in iis eum nominare prętererit, occaſione, qua ipſe Zava intervertere vetus inſtitutum cupiebat de uno humanitatis Gymnaſio tantum Cremonę ſervando.

„ CUm multis, & magnis in rebus, Antiſtes Ampliſſime, voſque
„ cives præſtantiſſimi, quanta ſit Dei Opt. Maximi ergà
„ nos benevolentia, penitùs cognoſci, planèq; perſpici poteſt, tùm
„ in hac maximè, quod Nicolaum Sfondratum nunc nobis præfecit
„ Sacrorum Antiſtitem, beneq; vivendi Magiſtrum, quem unum
„ hæc Civitas univerſa diù ſibi optavit, à Deoque ipſo precata eſt,
„ certiſſima ſpe adducta, ejus præſidio poſſe hanc ſanctiorem Rem-
„ pub. eam, à nobis haberi, qualis eſſe deberet, qualemq; eſſe vel-
„ lemus, ſi tanti viri ſapientiæ virtuti, ſtudio, auctoritatiq; com-
„ miſſa, commendataq; fuiſſet, quàm in ſpem, & opinionem duæ

res

" res illæ potiſſimùm nos omnes jamdiù adduxerunt, quæ non
" modò in hoc homine ampliſſimo inſunt, ſed etiam quaſi in ſpe-
" cula quadam excelſa, ac illuſtri ſitæ, undè ſumma omnia oſten-
" tare omnibus bonis videntur, longè elucent doctrina, & ſancti-
" tas, ambæ illuſtres pariter, ac memorabiles. Itàq; cum mecum
" cogito, quantùm ſit hoc beneficium, quo Deus immortalis non
" hanc Civitatem univerſam cumulatè affecit, atq; cohoneſtavit,
" non poſſum, quin ſummè probem, ſummèq; laudem conſilium,
" ſapientiamq; veſtram, qui prudentèr, egregièq; providiſtis, ne
" quicquam à vobis prætermiſſum videretur, quod ad declaran-
" dum pertineret, quanti hanc divinam beneficentiam faciatis,
" quantiq; æſtimetis vobis contigiſſe in hujuſcemodi viri tutela, ac
" præſidio conquieſcere. Etenim ubi primum nuntium accepiſtis,
" Nicolaum Sfondratum Cremonæ Epiſcopum renuntiatum fuiſ-
" ſe, nihil priùs vobis faciendum putaſtis, quàm ut gratulatio ejus
" nomine ad Deorum templa religiosè fieret, gratiæq; Deo Opt.
" Max. pro hoc ſingulari, immortaliq; ergà vos Cives Cremonen-
" ſes beneficio, ſolemni Chriſtianorum ritu, ac conſuetudine age-
" rentur, publicæq; lætitiæ in tota urbe ſigna darentur. Quem
" honorem poſt hominum memoriam apud vos nondum ulli An-
" tiſtitum antè hujuſce Patrem, honorifica ſemper cum nominis
" præfatione nominandum, Franciſcum Sfondratum Cardinalem
" contigiſſe omnibus compertum eſt. Quid dicam heſternum
" diem? qui veſtra cura, ac impenſa, quaſi Deorum immortalium
" feſtus, ac ſolemnis, fuit hujus adventu celebratus. Certè hic
" unus dies Sfondrato immortalis talis inſtar videri potuit; cum
" vidit ſibi obviàm fieri tot nobilium epheborum ramos olivæ in
" manibus tenentium, ac prætendentium, cœtum omnibus civi-
" bus quidem perjucundum, exteris verò, atque advenis etiam
" viſu ſpecioſum, omnemq; Sacerdotum Ordinem, omnem nobi-
" litatem egreſſam, populumq; Cremonenſem univerſum, cum
" ſibi Cremona propè è ſolo, ſedibuſque ſuis convulſa ad comple-
" ctendum Epiſcopum, conſervatoremq; ſuum, procedere viſa eſt,
" à qua ità fuit acceptus, ut non modò omnium generum, æta-
" tum, ordinum, omnes viri, ac mulieres omnis fortunæ, ac loci,
" ſed etiam mænia ipſa, arx, tectaq; urbis, & templa lætari viſa
" fuerint. Ad hæc voluiſtis, Cives ampliſs. maximas hujuſce viri
" virtutes nobilium frequentia, aliquo orationis genere exponi,
" quo nihil honorificentiùs, nihil ſplendidiùs, nihil denique veſtra
" prudentia digniùs à vobis fieri poſſe exiſtimatis. Quod quidem
" munus obeundum ego ſuſcepi magis, ne auctoritatem veſtram,
" qui à me hoc contendiſtis, negligerem, quàm quia me huic tan-
" tæ rei evolvendæ idoneum eſſe ſentirem. Quarè vos oro, atque ob-
" ſecro Cives nobiliſs. quorum juſſu huc verba facturus acceſſi, ſi
" munus, quàm par eſſet, copioſo, & ornato dicendi genere uſus
" fuero, id totum Sfondrati virtutum magnitudini tribuendum pu-
tetis.

" tetis. Cui enim eſt tanta vis memoriæ? tantum flumen ingenii?
" tanta dicendi copia? ut de hoc Viro omnibus rebus ornatiſſimo
" ſatis cumulatè, ac pro rei dignitate, & amplitudine dicere valeat;
" ſperetq; ſe poſſe, non dicam, complecti orando, ſed percenſere
" numerando innumerabiles penè ejus virtutes, raraque quædam
" naturæ præſidia, ac ornamenta? proindè vos velim meæ medio-
" critati ſubvenire, aut potiùs in dicendo tenuitati. Sed undè
" mea oratio exordietur? certè ſi de alio quopiam, quàm de hoc
" noſtro Antiſtite hoc loco ageretur, non tantoperè mihi elaboran-
" dum ducerem. ſed cum de Nicolao Sfondrato, & Antiſtite, &
" Senatore homine non minùs ætate, quàm virtute florente, ſit ſer-
" mo inſtituendus, idque tanta hac veſtrum frequentia, tantaque
" concione, quantam hìc meminiſſe non videor, nullum ornamen-
" ti genus niſi ſingulare, ac proprium ad tot, tantaſque hujus viri le-
" ctiſſimi virtutes adhibendum exiſtimavi, propterea multa, quæ
" de toto ejus vitæ curſu, ac felicitate prædixerunt ii, qui diuturna
" cœli, ſyderumque obſervatione deſcriptiones Chaldeorum no-
" runt, omittere conſtitui, non quod iis fidem omninò derogandam
" putem, quæ ab illis dicuntur, ſed ut hoc omnibus perſuadeam,
" uſquè adeò mihi religioſum eſſe quippiam de eximiis ipſius virtu-
" tibus fingere, ut etiam, quæ vera eſſe conſtat, ex iis multa præteri-
" re malim, quæ paucis nota ſunt, nec omnibus civibus prorsùs
" aperta; de iis tantùm, quæ nemini dubia exiſtunt, atque obſcura,
" in hac gravi mihi ex hoc loco dicendi ratione dicere mihi propo-
" ſui. Ex quibus quædam etiam, tàm etſi ampla, & præclara cùm
" magna cura minimè referam, ea in primis, quæ fortunæ, & cor-
" poris bona appellantur, nè fortè aut vobis videar me voluiſſe ho-
" minis commendationem quærere ab illis, quæ videntur poſita in
" fortunæ libidine, quam Philoſophi inſanam eſſe, & cæcam, &
" brutam prædicant, aut hunc præſentem virum, meq; attentè au-
" dientem offendam, quem nobis conſtat eum haberi, & eſſe, qui
" ea tantùm animi bona, quę Stoici verè bona eſſe ſentiebant, unicè
" complexus, ſe totum optimis, & ingenuis ſtudiis ab ineunte æta-
" te addixerit. Neque enim magnifacit, quod Cremona ſit ſibi Pa-
" tria Civitas Italiæ præclariſſima, ubi omnia inſignia Reipub. Ro-
" manæ recognoſcere poſſis, cum magnis ædificiis, operibuſque,
" tùm ubertate agrorum, atq; abundantia omnium rerum, ubi ſum-
" ma ſunt omnia, ubi cuncta ſplendeſcunt regio victu, atque cultu,
" nequè quod in illa familia naſci contigerit, cujus origo eſt adeò
" vetuſta, ut planè ignoretur, quando primum cœperit, ſuperetq;
" omnem vetuſtatis memoriam, in qua plures per omnes ætates
" perpetua quadam ſerie illuſtres viri orti ſunt, quos ſi omnes hìc
" enumerare velim, tempus me potiùs, quàm oratio deficeret, ut
" nonnullos tamen, eoſq; recentiores nominem, nemo veſtrum
" non novit Franciſcum Sfondratum virum illum, qui ob cujuſdam
" raræ, ac reconditæ doctrinæ excellentiam, incredibilemque re-

rum

rum omnium uſum, divinamque quandam ſapientiam, in eorum Sacerdotum Collegium cooptatus fuit, qui Pontif. Maximo, tanquam Sacrorum Regi, aſſident conſiliarii, atque adminiſtri. qui rebus geſtis neceſſe eſt omnium ſæculorum præconio uſquequaq; clarus exiſtat, ac ſemper laudibus floreat, ex quo hic eſt vir, de quo ſermo inſtitutus fuit, & Paulus ille juvenis eximius, & ſingulari prudentia præditus, heroſque maximus, qui diverſis Italiæ Principibus, quibus illius virtus jamdudùm cognita eſt, uſuq; probitas quædam naturalis nota, & ſpectata, acceptus apud vos eſt in ſumma gratia. Omitto tot cognationes, tot affinitates, eaſque tùm ex Patria, tùm ex finitimis Civitatibus maximè inſignes, has in primis, quibus hæc Civitas floret, atque affluit. tot amicitias, tàm eas, quarum hæres à Patre relictus fuit, quàm eas, quas officio, prudentia, virtute, humanitate ſibi ipſi conflavit. prætereo conſultò, quæ de hominis per ſe ingenui facie, de vultus jucunditate, de totius denique corporis dignitate, ac elegantia jure dici poſſent, quæ omnia, & ſi in hoc ipſo homine ſumma extant, breviter tamen periſtringenda fuerunt, quia mihi non niſi egregia ſectari ſtatutum eſt, quæ Virum ipſum dignè commendabant, præiiantemq; faciunt. Hominem igitur ipſum tantùm ex virtute pendamus, ex earumque rerum bonis, quæ propria noſtra dicuntur, ex quibus vera laus proficiſcitur. Quæq; Sfondratus, ut ſe in omnia eſſe poſſent, ſummo ſtudio à pueritia elaboravit, parentis exemplo, quem unum ſibi propoſuit penicillo imitandum, atque ità exprimendum, ut ille ipſe, quem imitaretur, aliquandò efficeretur haud inſcius, quanta ſit hæc hæreditas, quæ ſibi à patre tradita fuit, gloria virtutis, factorum imitatio, morumque, conſtantiæ, pietatis, ingenii, humanitatiſque exemplum, cui quidem hæreditati, ne dedecori unquam eſſe poſſit, ſemper animo ſic excubuit, hodieq; excubat, ut nihil adhuc aut dixerit, aut fecerit, ex quo quiſquam vel diligentiſſimus ſentire potuerit, eum de Patris via deflexiſſe, in quam ità aciem intendit, ut eam ſemper videat, & quæcumque Pater cùm virtutis, tùm verò gravitatis, tùm animi, tùm conſilii impreſſa veſtigia reliquit; ea diligenter, ac ſtudiosè legat, & inſiſtat. Ad illa tandem maxima, atque ampliſſima aggrediar, & quoniam iis, ubi primùm ſapere cœpit, patriæ virtutis, ac amplitudinis amore flagrans, nullum umquam tempus vacuum à literis permiſit, quoad omni doctrina, & virtute ornatiſſimus evaſit, primùm de ipſius ſingularibus ſtudiis, deindè de honoribus, tùm de virtutibus dicam, contendamq; (ſi modò id conſequi potero) nè veſtræ expectationi, nevè hujus Antiſtitis amplitudini mea Oratio parùm reſpondiſſe videatur. Vultis ne igitur, Cives Cremon. à pueritię ſtudiis exordiamur? ſic opinor, ab humanioribus literis initium ſumamus. Nicolaus Sfondratus puer admodum à parentibus, quibus jam eximiam ſpem ſummæ Virtutis, ac probitatis attulerat,

„ lerat grammatices præceptori, & morum magiſtro traditus fuit.
„ Ut domi intrà parietes privatos primis litterarum elementis erudiretur, atque iis, quæ more majorum pueris ingeruntur tàm ad religionem, Deiq; cultum, quàm ad ſermonis latini formulas ſpectantia. Quæ quoniam majore quadam facilitate hauſit, quàm cæteris ejuſdem ætatis à natura dari ſolet, effecit, ut magiſtro in primis incertum eſſet, illud ne dici poſſet diſcere, an potiùs (ut ait Plato) reminiſci, & recordari; qua ingenii & animi celeritate factum eſt, ut ſtatim cæperit eſſe in ſumma eorum expectatione, quæ à ſumma Virtute, ſummoq; ingenio expectanda ſunt. Neque mirabile hoc ingenii ſpecimen puer tantum parentibus, familiaribuſq; ſuis Mediolani dedit, ſed etiam Cremonæ univerſo Gymnaſio veſtro, quo ſe frequentiſſimi pueri, tàm exteri ex omni vicinitate, quàm noſtrates conferunt, propter magiſtrorum excellentiam, quibus hæc Civitas ſemper floruit, floretq; etiam hodiè Dei beneficio, undè etiam ipſius Parens talis evaſit, qualis poſteà ab omnibus prædicatus eſt Cremonam enim à Parentibus tranſmiſſus vix in veſtræ Civitatis Academiam pedem intulit, cùm ſtatim quanta in ſe vis eſſet ingenii multis in rebus planum omnibus illis fecit, qui in eodem Gymnaſio verſabantur, præſertim in illa litterarum pugna, quoties inter Adoleſcentulos in pleno, refertoq; theatro Pub. Virgilius Maro poetarum omnium clariſſimum lumen area belli omni pueritiæ in primis fieret, ex Majorum inſtituto, atq; conſuetudine, ad exercendas ingenii vires, dum aſſueſcant latinè, eruditèque loqui. Teſtes ſunt, qui hunc puerum adverſarium habuerunt, atque in ſe ipſos experti fuerunt, quàm in diſſerendo, certandoq; incitatus ferretur, quàm grandis, valenſq; aſſurgeret non minùs ad ictum evitandum, quàm ad inferendum peritus. quæ fuerit ejus gravitas in obiiciendo, quæ in reſpondendo, refellendoq; celeritas, ac prudentia non tacita opinione eorum, qui audirent, ſed perſpicua admiratione declarari videbatur. Nihil profectò unquàm fuit ab eo dictum, quod ſubtiliùs de grammaticorum præſcriptis dici poſſe videretur, nihil de ſermonis latini proprietate acutiùs, nihil de Rhetorum inſtitutionibus peritius, nihil de interiore auctoris ſenſu melius. Ut non paucis verùm videretur illud eſſe, quod nonnulli litterati, ac ſtudiis, doctrinæq; dediti, quaſi quiddam incredibile dicere putabantur virtutum curſum celeriorem, quàm ætatis eſſe poſſe. quæ quoniam non modo mirabilia forent, ſed etiam quaſi prodigiis ſimilia, undè hæc eſſent nemini ſatis exploratum eſſe poterat. hujus ne pueri naturæ felicitate tantùm, an etiam induſtriæ magnitudine, præſertim cùm ipſe aſſiduus in litterarum ſtudiis eſſet. ut aut audiret tàm græcorum, quàm latinorum monumenta ludi magiſtrum diligentèr, eruditèque interpretantem, aut domi nunc meditaretur, quæ cùm verſu, tùm ſoluta oratione ſcriberet, quo ſe ad utramque

dicendi facultatem aſſuefaceret, nunc omnium bonarum artium probatiſſimos ſcriptores lectitaret. ò rem admirabilem, atque omni laude, prædicatione litteris, monimentiſq; decorandam! non loquor audita, vidi vidi ipſe his oculis, atque olim interfui, & ſæpiùs hunc Puerum acerrimum adverſus me in pugna litteraria expertus ſum. idque eo fuit admirabilius, quod in tantis ſtudiis, tantaq; litterarum occupatione muſicam etiam addidicit. quam credo non idcircò ſibi omittendam putavit, quod, ut jam id ætatis erat certi, exquiſitiq; Juditii, præſenſit, & judicavit hanc artem non ſolum ſuppeditare ſtudioſis, ubi animi ex corporis labore reficiantur, ac relaxentur, ſed etiam eſſe ad pronunciationem adjuvandam maximè opportunam. quoniam qualis, quantuſq; in his ſtudiis fuerit, quæ humaniora appellantur, dixi. Nunc de reliquis ſtudiis, ad quæ conſtantiori ætate ſe contulit, pauca dicam. Hac igitur ingenii indole cùm Grammaticorum præſcripta, excellenter, celeritèrq; arripuiſſet facultatis oratoriæ non ignarus, more patrio quo diſcipuli non à diſiunctis doctoribus, ſed ab iiſdem artis Grammaticæ, & Rhetoricæ Præceptoribus erudiuntur, è ludo pueritiæq; ſtudiis pueritiam nondùm egreſſus ad juris civilis prudentiam tranſvolavit. quàm exploratum haberet inter eas artes, quæ ſunt habitæ homine libero dignæ, principatum obtinere, eandemq; curam parenti ſuo, qui in hoc ſcientiæ genere præſtaret non modò amicitias, & rei familiaris copiam, ſed ſummam laudem, honores, gloriam, dignitatem peperiſſe; hæc igitur facultas quò gravior, utiliorq; vita fuit, eò majus ſtudium, & curam in eam contulit, neq; ulla umquàm vi cœli, ſivè æſtivis menſibus, ſivè ſumma hyeme adduci potuit, quandiù verſatus eſt, in publicis, & florentiſſimis Italicarum Urbium Academiis, quo perſpicaciſſimi Adoleſcentes è diverſis orbis partibus confluunt, ut illa ſua inexauſta cupiditate legendi, inſatiabiliq; voluptate quadam cognoſcendi juris quidquam à ſtatis horis detraheret, aut remitteret. ſed quantum alii tribuunt tempeſtivis conviviis, quantùm aleæ, quantum pilæ, quantum cæteris ad ſuas res obeundas, quantum ad feſtos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ad ipſam requiem animi, & corporis conceditur, temporis tantum ſibi met ipſe ad hæc ſtudia recolenda ſumpſit. quid? ejus labores, vigiliæ, ſtudia irrita fuerunt? qui celeriùs omnium opinione eos fecit in toto jure progreſſus, ut omnium in his celeberrimis Academiis juris peritiſſimus haberetur; deindè, quoniam ex intima philoſophia juris diſciplinam hauriendam exiſtimavit, eandemque cuivis maximo adjumento eſſe, ut honeſtè inter cives verſari poſſet, eorum auctorum volumina, qui de vita, & moribus optimè ſcripſerunt, Platonis in primis, & Ariſtotelis, ſanè quàm diligentèr, & accuratè evoluit, nullaq; virtus in tota ipſorum authorum politia eſt, quam non animo, & cogitatione compre-

hen-

henderit, illam quoq; philoſophiam, quæ de Deo eſt, cuique uni tanquàm omnium ſcientiarum Reginæ cæteræ diſciplinæ, & philoſophiæ partes omnes ancillantur adminiſtræ atque pediſſequę, à cujus divinitate gręco verbo theologia nomen invenit, ſumma cura, & ſtudio, complexus fuit. nè ullam ex optimis patris artibus, cujus in omnibus rebus ſimillimum ſe fieri ſtuderet intactam relinqueret, qua in diſciplina, ſeù diſciplinarum quodam quaſi columine, ad quam omnes aliæ referuntur, tantū profecit, ut maximas etiam, & difficilimas quæſtiones, quæ acutiſſima theologorum ingenia torquere ſolent, tanta facilitate explicare poſſit, quanta de legibus, aut de utroq; jure reſpondere cōſuevit. O ingeniū divinum, ò incredibilem naturæ vim! quis non miretur in hoc adoleſcente hoc robur animi? hanc indolem virtutis, & continentiæ? qui reſpuit omnes voluptates, qui omnem adoleſcentiæ ſuæ curſum in ſtudiis confecit, quem non requies, non remiſſio, non æqualium ſtudia, non ludi à ſtudiis cæptis abſtraxerunt, qui nihil in eo ætatis flexu expetivit, niſi quod eſſet cum virtute coniunctum. quod quidem eo majori laude dignum judico, quò majora nobis blandimenta natura genuit, quibus ſopità virtus interdum connivere ſolet, opum enim abundantia multas vias lubricas ſemper adoleſcentiæ oſtendit, quibus illa inſiſtere, aut ingredi ſine aliquo caſu, aut prolapſione vix poteſt. Satis mihi videor multa verba feciſſe de hujuſce adoleſcentiæ ſtudiis, nunc ad honores deveniam, ideſt ad tot laborum, ſtudiorumq; fructus, quos paulò poſt accepit. Poſſem, Cives ornatiſſimi, primum commemorare ſacerdotia illa, quæ huic in extrema pueritia ob eximiam indolem virtutis, & probitatis fuerunt demandata, qui quidem honos licet per ſe magnus, graviſq; ſit, tamen huic tantùm mihi perſtringendum putavi, cum extent alia majora, & ampliora, quæ poſteà conſecutus fuit. Nàm incredibili quadam celebritate famæ excellentis ingenii, & Virtutis, quæ jam in multis florentiſſimis Academiis ſpectata erat magno theatro, cùm eſſet Senatui, populoque Mediolanenſi, notus vix domum rediit, cum ſtatim ſummo totius Senatus conſenſu, Philippiq; Regis approbatione Senator declaratus fuit, quo honore Rex ipſe, ut eſt vir ſummo ingenio, divinoque conſilio parentem imitans honorifica ſemper cum præfatione nominandum Carolum Quintum Romanorum Imperatorem omnium Gentium, atque omnis memoriæ clariſſimum lumen, neminem, niſi quem frequens fama cujuſdam raræ, ac reconditæ doctrinæ, certiſſimiq; juditii commendet, florem Juriſperitorum, amplificare conſuevit, ut tàm grave, ſanctumque Collegium doctiſſimis, præſtantiſſimiſque hominibus ſemper ſit munitum, atque ornatum. Quò factum eſt, ut tàm ſacroſancti conſilii gloria ſit, uſque ad Cœlum evecta, qua dignitate quę major, quę gravior eſſe poteſt? at verò quanta laude illud Senatorium munus ſuſtinuit? qui non hac ſublimi dignitate

" elatus umquam fuit, ſed ſemper prævidit ſui memor, ut omnia
" Senatoris munia conſultò, & maturè obeundo laudem, quantum
" poſſet, maximam ſine invidia ſibi compararet. Quantam verò
" compararit, ea certiſſima conjectura eſſe potuit, quòd eò cele-
" britatis, & exiſtimationis evaſit, ut in Judiciis, & cauſis non æ-
" qualibus ſuis ſolum anteponeretur, ſed cum majoribus Natu com-
" pararetur. Quos etiam poſt ſe relicturus erat, niſi ad aliud genus
" vitæ longæ præclarius, & auguſtius, ſuæ vitæ integritate, doctri-
" næq; præſtantia, Pii IV. Pont Max. auctoritate, Cæſii Cardina-
" lis fide, Philippi Regis benefitio, translatus eſſet, ut in Patria
" Urbe celebri, & copioſa, atque eruditiſſimis hominibus, libera-
" liſſimiſq; ſtudiis affluenti eſſet Sacerdotum Princeps, cęremoniiſ-
" que, & ſanctitatibus præeſſet Antiſtes infulis, religioniſq; inſi-
" gnibus ornatiſſimus. quo quid, rogo, majus? quid optatius?
" quid ſalubrius nobis à Deo Opt. Max. dari poterat? ſi optio nobis
" detur, & à nobis, vel Deus aliquis requirat contentinè ſimus hoc
" ſummo beneficio, an poſtulemus majus aliquid, non video quid
" quæramus amplius. Etenim jam nunc mente, & cogitatio-
" ne proſpicio, quot, quantoſq; fructus hæc Civitas univerſa ſit cap-
" tura ex ipſius gubernatione, curationeq; hujus Reipublicæ ſan-
" ctioris, quæ qualis ſit futura, licet iis omnibus perſpicuum eſſe
" poſſit, qui quanta doctrina ſit præditus, quantaq; vitæ integrita-
" te præſtet, non ignorant: Non abs re tamen fore exiſtimavi, ſi
" quoniam hujus ſtudia, honoreſq; & inſignia ut breviſſimè exponi
" potuerunt, ità à me expoſita ſunt, quæpiam de ejuſdem Viri vir-
" tutibus attigero, quod fuit tertium ex illis tribus, quæ mihi pro-
" poſui dicenda; & quoniam earum numerus eſt penè infinitus, de-
" lectum habebo earum virtutum, quas in Sfondrato elucere nemo
" non videt, eaſq; primùm proſequar, quæ ſunt ei peculiares, ſa-
" pientiam, & ſanctitatem, quarum alteram Plato judicavit in eo
" eſſe oportere, qui cujuſvis Reipublicæ gubernacula graviter te-
" nere velit, alteram divinus ille Paulus Princeps ſanctioris doctri-
" næ cùm optimum animarum Epiſcopum exprimeret, ac inſtitue-
" ret, cùm doctrina ità coniunxit, ut ſine ſanctitate doctrinam, ni-
" hil, aut parùm Reipublicæ prodeſſe exiſtimarit. Quis igitur hoc
" homine Sapientior umquam fuit, aut eſſe potuit? qui à prima
" pueritia (ut ſuprà dixi) acer, & induſtrius in literis ità verſatus
" fuit ad hoc uſque vitæ curriculum, in quo nunc eſt, ut omne ſuum
" ſtudium poſuerit in illis artibus, ex quibus omnem ſapientiam
" hauriendam eſſe perſpectum ſemper habuit, in illa præſertim phi-
" loſophia, quam theologiam appellant, ex qua vera immortalis,
" divinaq; ſapientia petenda videtur. Quid? Sanctitati Sfondrati
" quæ par Oratio poteſt inveniri? quæ ſanè ea eſt, qua qui præditi
" ſunt, ii ſanctiſſimi habentur. Is cum ſemper intellexerit ſancti-
" tatem nihil aliud eſſe niſi ſcientiam Deorum colendorum, ex inti-
" ma illa philoſophia, quæ de divino cultu eſt, ea ſemper haurire
ſtuduit,

„ ſtuduit, quæ ad omnem Deorum cultũ pertinere judicavit. quaſi
„ divinaret fore, ut aliquando ad hoc ſanctitatis munus eligeretur.
„ quæ res cum ità ſe habeat, quid nobis dubitandum eſt, quin quę-
„ cunq; animo perceperit. Ad optimi Antiſtitis ſanctitatem atti-
„ nentia, ſummo ſtudio, ſummaq; cura ſit apud nos exculturus? ut
„ par, vel illis ipſis Antiſtitibus, qui quoniam ſe integros, caſtoſq;
„ ſervarunt, ſuntque in corporibus humanis vitam imitati Deorum,
„ nunc in cœlo ſempiterno ævo fruuntur, ſanctitatis pariter, & do-
„ ctrinæ exemplum omnibus perſpicuè videri poſſit. Audivi à qui-
„ buſdam Viris nobiliſſimis, & integerrimis, qui hunc hominem
„ ab ineunte ætate optimè norunt, Deum primum Optimum Ma-
„ ximum, deindè ejus minores Cælites ab ipſo ità ſanctè, & religio-
„ sè coli, ut nè maxima quidem negotia, quæ cæteros remorari ſo-
„ lent, hunc virum religioſiſſimum umquam retardarint, aut aver-
„ terint, à divinis precationibus, quas quotidiè, aut domi, aut in
„ æde ſacra, hora, qua Sacerdotes rem Divinam faciunt, celebrare
„ cenſuevit. Addunt etiam iidem illi viri egregii, ex quo rem di-
„ vinam facere cæpit, nihil eſſe quod libentius, cupidiuſq; quàm ſin-
„ gulis ferè diebus ad aras rem ſacram peragat. Q si ego equidem
„ quoſdam tumidos ſacerdotes, qui toti voluptatũ illecebris dediti
„ Deo facere non dignantur, ſacerdotiorũ amplitudine, rerumq;
„ copia, & ſaturitate contenti. Divinumq; hoc miniſterium tam-
„ quàm vile, & ſe indignum ſubterfugiunt. Arbitror, agnoſcitis
„ Cives Cremonen. qui hæc faciant; ego autem neminem nomino,
„ quarè mihi iraſci nemo poterit, niſi qui antè de ſe confiteri volue-
„ rit. Præter has virtutes, quas ei peculiares eſſe diximus, nomi-
„ nare poſſem plures alias inſignes, & illuſtres, gravitatem in pri-
„ mis, quæ quanta ſit in Sfondrato, quis non videt? hujus vultus,
„ & os illud divina quadam majeſtate decorum antè oculos nobis
„ obſervatur; is in omni genere vitæ eximius, & mirabilis cùm ſit
„ habitu naturæ excellenti, ac propè divino, aſſiduo ſapientiæ
„ ſtudio animi cultum auget, naturamq; in dies expolitiorem
„ reddit. Ut cùm ſe graviſſimam perſonam ſuſtinere videat,
„ nihil umquàm, aut dicat, aut faciat, quod ſuis virtutibus, ſuaq;
„ dignitate ſit abhorrens, & alienum. Hinc illa animi conſtantia,
„ quàm ità ſtudiosè, & ſanctè colit in omni vita, ut nihil præter
„ rectum, & honeſtum cogitet, & efficiat; Cui porrò non notum
„ eſt, qui modò hunc hominem loquentem audivit, quanta ſit ei
„ verborum gravitas? quanta in ſermone majeſtas, qua tantum
„ auctoritatis, & ornamenti ad gravitatem illam, quæ eſt in rebus
„ agendis, accedit, ut quidquid ab eo dicitur, ex oraculo aliquo dici
„ putetur. quid cæteræ virtutes rectę voluntatis conſcientia, pietas,
„ liberalitas, humanitas, modeſtia quantæ ſunt? ac primum quàm
„ rectè mentis in Sfondrato ſit conſcientia, ne multum in re tàm
„ manifeſta laboremus. Teſtis omnibus eſſe poteſt ſuperior ejus
„ ætas acta, in qua ſe ipſe ſua gravitate, & caſtimonia, & cùm

diſciplina

„ diſciplina domeſtica, tùm etiam naturali quodam bono ità de-
„ fendit, ut de ejus fama, ac pudicitia nemo niſi honeſtè, & ma-
„ gnificè loquatur. Nihil enim umquam niſi è virtute dixit, aut fe-
„ cit imbutus illis artibus, quas Priſci colebant, & commendabant.
„ Quid quanta eſt pietate? nemo Deum auguſtiùs colit, nemo Pa-
„ triam ardentiùs amat, qui eò omnem vitæ ſuæ rationem tranſmit-
„ tit, ut magnam nominis ſui famam ex maximis in patriam meri-
„ tis poſteris relinquat, non ignarus quantum quiſq; patriæ debeat
„ pro innumeris ejus in ſe beneficiis, quantaque, & quàm æterna illis
„ ſint in terris propoſita præmia, qui eam conſervarint, adiuverint,
„ auxerint, in cœloq; certum, & diffinitum locum eſſe, ubi Beati
„ agunt ævum ſempiternum. Ad liberalitatem venio, quæ in Sfon-
„ drato mirabilis ineſt, quem ratio, & doctrina ità conformavit, ut
„ de omnibus bonis benè mereri ſemper paratus inveniatur, in qua
„ ità prudens cognoſcitur, ut in benè merendo non hominum for-
„ tunam ſpectet, quod plerique faciunt, ſed diligenter tantùm vi-
„ det, ut apud dignos ſtudium, & officium ſuum ponat. Quam be-
„ neficentiam declaravit anno ſuperiore in difficultate annonæ,
„ ſummaq; inopiæ, & charitate rei frumentariæ in tenuiores veſtræ
„ Civitatis, miſeriiſque coopertos, quos cum primùm hujuſce Diœ-
„ ceſis Antiſtes factus fuit, de ſuo liberaliter ali per literas impe-
„ ravit, quod quidem niſi fatear eſſe magnũ non liberalitatis ſolùm,
„ ſed etiam pietatis argumentum, amens ſim. Sed tamen illud,
„ quod nuper hujuſce Sacerdotii collegio remiſit, & condonavit,
„ omni aſſeveratione confirmare poſſum, majori nobis eſſe argu-
„ mento, ut liquidiùs de tota ejus benignitate, & charitate judice-
„ mus. Arbitror neminem veſtrum præterit, quantam pecuniam,
„ ſi, ubi primùm iniit hujus Diœceſis Sacerdotia, & cęremonias, la-
„ tè patenti poteſtate, ac auctoritate uti voluiſſet, quãtam, inquam,
„ pecuniam Sacerdotibus, quibus præeſt, quodam ſuo jure impe-
„ rare potuiſſet Patrum inſtituta ſecutus, per quæ cuivis Antiſtiti
„ initio ſuæ pontificiæ provinciæ decumas exigere licet. Atqui
„ Antiſtitis noſtri animum, quem adverſus avaritiam gerit, nulla
„ pecuniæ cupiditas impellere potuit, ut id faceret, ut is, cui ſit om-
„ nibus divitiis chariùs declarare, & qua ſit erga Patriam ſuam vo-
„ luntate, & quantæ curæ ſibi ſit paternam liberalitatem imitari.
„ Omitto, quæ uno omnium ſermone percrebuerunt de ejuſdem li-
„ beralitate, in eos præſertim, quos induſtria videt excellere, op-
„ timis artibus favens. Undè illud iis jure lætandum eſt, in quibus
„ eſt ingenii, & virtutis indoles, benèque ſperandum ab hoc
„ liberaliſſimo Viro, cujus virtus omnibus ingenioſis, bona-
„ rumque artium ſtudio deditis, opem oſtentare videtur. Hu-
„ manitate jam tanta eſt, ut ejus manſuetudinem, ſuaviſſimoſ-
„ que mores nemo non diligat, mireturq; affabilitatem illam, qua
„ in omnes utitur, quavè quotidiè aliquos in amicitiam allicit, quos
„ conſpexerit virtutem aliquam præclaram, generiſvè nobilitatem,
ingenui-

„ ingenuitatemvè ſermone, aut ipſa oris indole præſeferentes.
„ Quid quanta eſt modeſtia? cujus omnis cogitatio eò ſpectat, ut
„ licèt ſit Patris ampliſſimi commendatione, generiſq; nobilitate
„ præclarus, honoribuſquè auctus, ſacerdotiiſq; cohoneſtatus,
„ omni deniquè virtutis genere excellens, eam tamen omnibus in
„ rebus præſeferat modeſtiam, ut ſe inſolentèr numquàm extol-
„ lat, ſed cum bonis omnibus benignè, comiterq; verſetur. Taceo,
„ quanta rerum prudentia eluceat, quam omnes, qui cuivis Rei-
„ pub. præſunt, debent habere, & ſinè qua nulla vita poteſt eſſe
„ jucunda. Nihil ità arduum, aut abditum eſt, cujus rationem
„ acutiſſimè, & celerrimè videre, & explicare non poſſit. Quanta
„ verò ſit animi temperantia, quis ignorat? quæ tanta eſt affectio-
„ num commotio in rebus expetendis, aut fugiendis, quam non
„ ea ratione reprimat, quæ animis pacem affert, & eos quaſi qua-
„ dam concordia placat, & lenit? ſemper adverſantem libidini
„ moderatam conſtantiam in omni re ſervat. Cavet in primis, ne
„ honorum, & dignitatum ornamenta fortunæ beneficio potiùs,
„ quàm Dei beneficio, ſuaq; ipſius virtute, & doctrina contigiſſe
„ videantur. Prætereo de induſtria complures alias virtutes non
„ minùs, quàm quæ ſuprà commemoratæ ſunt inſignes, & illuſtres,
„ verecundiam, continentiam, æquitatem, ſeveritatem, facilita-
„ tem, integritatem, innocentiam, fidem, aliaſque id genus, quas
„ concludunt oportere non modò ineſſe, ſed etiam ſingulis elucere,
„ in eo cùm primis, qui vult ſacrorum curationem ſuſtinere, Reli-
„ gioniq; ſummæ præeſſe, qui mortalium animas ſibi creditas opti-
„ mè cuſtodire, & tueri, ut præclarè obire poſſit, quæ ſunt ſuæ
„ partes, quæ omnes in hoc Antiſtite tàm eximiæ exiſtunt, ut cui-
„ vis faciliùs ſit hujus ingenium, & naturam admirari, quàm ulla
„ cogitatione complecti. Hæc habui, Cives præclariſſimi, ferè
„ dicere de Antiſtitis noſtri ſtudiis, de honoribus, de virtutibus,
„ quæ tota Italia affirmaret, ſi una voce loqueretur. Rem totam
„ explicui, & quibus potui, luminibus ornavi orationem; Nihil à
„ me dictum, quod non conſtans fama hùc pertulerit, ut nemo
„ ambigere poſſit, quin Cremona beata, felix, fauſtaquè dicenda
„ ſit, cui obtigit, eum Antiſtitem, paſtorem, patrem, defenſoremq;
„ habere, quem diù expetivit, quem votis multis popoſcit, cui ob
„ ſingulares, eximiaſque virtutes longè majora nemo non rectè
„ auguratur, ut ſcilicèt in auguſtiſſimum purpuratorum Sacerdo-
„ tum collegium aſcribatur; aliquandò etiam ſi longiori vita, qua
„ dignisſimus eſt, frui licuerit, ad ſupremæ dignitatis gradum, ve-
„ luti perpetuo quodam felicitatis curſu, evehatur. Quod ſi Dei
„ Opt. Max. beneficio contigerit, maxima nobis ſpes oboritur fore,
„ ut aliquando omnia, quæ ad hanc ſanctiorem Rempub. perti-
„ nent, cujus vix umbram evaneſcentem, & præclara quondàm
„ labente diſciplina, morum, & temporum vitio, ubiquè debilita-
„ tam, dilapſam, delumbatam, & fractam tenemus, remiſſa pau-

latim

„ latim Patrum ſeveritate, in meliùs referantur, & in priſtinum
„ ſplendorem, & dignitatem reſtituantur. Quo nihil magis omni-
„ bus bonis eſt expetendum, iis præſertim temporibus, quibus
„ nihil magis eſt timendum, quàm ne, quæ reliqua eſt, Chriſtiano-
„ rum temperatio omninò dilabatur, vel potiùs corruat, deleatur,
„ & intereat, proptèr novam ſectam vitæ, quam excogitavit illo-
„ rum ſcelus, qui rerum novarum cupidi, animi ambitione cor-
„ rupti, traductique ad mala conſilia nobiſcum de tota ferè religio-
„ nis ratione diſſentiunt, damnatiſq; Patrum ſententiis, jam vetu-
„ ſtate robuſtis, ac præjudicatis à nobis deſciverunt, & quidquid
„ eſt tenebrarum, quantum poſſunt, imperitæ multitudinis animis
„ offendunt, nova inducta diſciplina rerum omnium, ac officio-
„ rum perturbatrice. Ex qua quanta quotidiè ſequatur pertur-
„ batio, morumque, & totius ferè civilis vitæ everſio, res per ſe
„ ipſa patet. Proh Deum immortalem! quot bella, quot ſedi-
„ tiones in tota Germania, in Gallia, ut Britaniam omittam,
„ quotidiè cooriuntur, quot ſeductiones, cuncta Italia, vici-
„ niſque Civitatibus factæ ſunt, ob id ipſum tantum, quia mo-
„ ribus, ac inſtitutis majorum neglectis impurè, ac licentèr vivere
„ vellent. O' nos igitur ter, & quater felices, ò iterùm, atque ite-
„ rùm beata ſæcula, fortunatamq; ætatem, ſi ad hunc virum non
„ minùs doctrina, quàm ſanctitate clarum, qui ad omnia veteris
„ Religionis, & ſanctitatis ornamenta dilapſa in priſtinum ſtatum
„ vindicanda, divino quodam conſilio natus eſſe videtur, hæc
„ ſumma tam auguſti Imperii, hoc tàm ſacroſanctæ auctoritatis
„ ſummum columen Dei res humanas miſerantis beneficio, ac
„ munere perveniat. Vivat, vivat felix ipſe omnium virtutum
„ exemplum, ſummas ejus virtutes omnes gentes loquantur.
„ Nulla oblivitſcatur poſteritas, nulla obmuteſcat vetuſtas, nullus
„ locus ſit, quem non impleverit nominis ſui gloria. Eo ſuperſtite
„ ac ſoſpite, ex cujus unius vita tot mortalium ſpes, & ſalus pen-
„ dent, floreat, vigeatque hæc ſanctior Reſpub. atque hoc ſacroſan-
„ ctum Imperium iiſdem regionibus, quibus Solis curſus termi-
„ netur, omnes gentes, omnes nationes, omnes populi non ſolùm,
„ qui malorum geniorum inſtinctu, atquè afflatu de Diis immor-
„ talibus, de cæremoniis, de omni ſanctitate prava, & impia
„ loquuntur; verùm etiam qui Chriſtianorum rebus, atque huic
„ nomini ſemper fuerunt infeſtiſſimi, immaniſſimiq; hoſtes, qui
„ Regum, & Principum noſtrorum perpetuis diſcordiis, exitio-
„ ſiſque odiis, multos populos Chriſti legibus ſubjectos, publica
„ ruina jàm involuerunt, qui Religionem tàm ſanctam, tàm augu-
„ ſtam reſtinguere, qui Chriſtiani nominis gloriam labefactare,
„ ipſumque nomen tàm illuſtre, tàm honorificum, ac inclytum
„ ſempiterna oblivione, ac nocte obſcurare, penitùſq; delere con-
„ tendunt, diſcuſſis ab iſtorum animis, & mentibus tenebris Sfon-
„ drati orationis luce, ejuſdemq; vitæ integritate, ac ſanctitatis
exem-

„ exemplo Deum præpotentem trinis perſonis unum optimum, „ maximum cognoſcant, timeant, colent, adorent, ſanctorum „ Patrum inſtitutis conquieſcant, Summi Pontificis dicto audientes ſint, quò nihil ſalubriùs à Deo nobis concedi poſſet, ſed quò „ feror? quò meam orationem provexit tuæ virtutis præſtantia, „ incredibiliſq; expectatio, quam de te excitaſti, ampliſſime Antiſtes? ad tuam præſentem dignitatem redeo, quæ nobis, patriæque univerſæ, quàm grata, quàm jucunda ſit, vel ea cauſa palàm „ eſſe poteſt. Aguntur enim jam centum anni, ac iis ampliùs, ex „ quo hæc tàm amplæ, tàm copioſæ Diœceſis ditio, atquè provincia apud externos viros Antiſtites, & Cardinales ſemper fuit uſq; „ ad Parentis tuæ tempora, de cujus adminiſtratione magna ſperabamus, atque accepiſſemus, niſi immatura morte præventus, „ triſte ſui deſiderium nobis reliquiſſet. O' fallacem hominum „ ſpem, fragilemq; fortunam! quid intereà pulchri, quid decoris „ hæc noſtra Reſpub. hæc religio habuit? certè ea neque noſtra, „ neque Patrum memoria fuit, qualis eſſe debuit; quid ità? niſi „ conſpectum tuum auguſtiſſimum, Pater ampliſſime, vererer, niſi „ prætereà metuerem, nè quis veſtrùm, cives præſtantiſſimi, extrà „ criminetur, me gravium perſonarum rationem non habere, unum „ dicerem, quod fortaſsè auditu paulùm à communi hominum „ ſenſu diſiunctum videretur. Verùm inter bonos agendum ingenuè, quanquàm priùs ſubeam carnificinam, quam non, quæ ſentio, apertè, & liberè depromam. Enunciabo ſumma voce, neque „ id, quod verum eſt, in tàm optata occaſione fremant, licèt omnes, tacebo, audiant, quæ olim ſolebant in hac Civitate florere, „ religio, pietas, ſanctitas, fides, cum divino cæterarum virtutum „ comitatu. Audite, Cives præſtantiſſimi, quarè nullam ferè Rempubl. nunc habeamus, notiſſima loquor. Quis enim ignorat, indè „ hujus auguſtioris Reipub. depravationem, vel potiùs naufragium „ fuiſſe? quià jam multos annos, nè dicam multa ſæcula, ad ejus „ gubernacula ex tot Patribus, & gubernatoribus, quibus ea „ diverſis temporibus præhendenda, & tractanda obtigerunt, „ nemo ſederit. Nemo tota mente, & cogitatione in ea, quæ ad „ Dei Opt. Max. nomen, quæ ad Divorum immortalium cultum, „ quæ ad ſacrorum, animarumq; rationem, quæ ad templa, aras, „ cæremonias, ad omnem denique Religionem attinent, incubuerit. Ex quo quot, quantaque intereà omnium animis vitia „ irrepſerint, quæ damna in Religionem, quæ in animarum ſalutem pericula eruperint, clariùs eſt, quàm ut pluribus exponendum videatur. Hinc homines cæperunt benè, beatèque „ vivendi vias deſerere, illiuſque ſalutis oblivi ſci, quam Chriſtus „ Piis promittit; hinc remiſſæ ſunt omnes ferè virtutes; hinc „ mores corrupti intabuerunt; hinc inſtituta Majorum prolapſa; hinc Chriſtianorum temperatio depravata; hinc „ Divorum Immortalium ſedes, templa deformata; hinc aræ

„ multis in locis deſertæ; hinc omnis Sacerdotum ordo mul-
„ tis deſpectui; hinc omnis illa obſervantia, cultuſque, &
„ honor, quibus Priſci Deum afficere ſolebant, relanguerunt;
„ hinc tot ſeceſſiones, tot ſectæ, tot officiorum perturbationes
„ obortæ; hinc cæremoniarum, ſanctitatumq; remiſſio, & quæ
„ dam quaſi irriſio; hinc ſepulchrorum curatio, conſuetudo pa-
„ rentandi, funerum juſta plus, pluſque quotidie pro nihilo haben-
„ tur, fædoque exemplo paulatim evaneſcunt. O tempora, ò mo-
„ res, ò conſuetudo peccandi! quantam habes jucunditatem in ho-
„ minibus, cum pœna abfuit, & vivendi licentia conſecuta fuit, pro
„ quibus vitiis Deum ità mihi propitium velim, ut antequam te
„ Antiſtitem, animarumque noſtrarum præſidem, ac defenſorem
„ haberemus, nihil magis timebam, quàm ne quid divina ultione,
„ quod nollem, nobis non opinantibus eveniret; qua ſolicitudine
„ non me ſolùm, ſed etiam omnes bonos, qui idem timebant, tua
„ in hanc dignitatem ampliſſimam nobis acceptiſſima ſucceſſio ſol-
„ vit, & liberavit. Etenim hac ſanctiore Repub. ad te translata
„ lux quædam oblata eſt animis noſtris, qua quiſque noſtrùm ſibi
„ videtur res poſſe ſperare meliores; novimus tuam præteritam vi-
„ tam, ab ea nihil humile, nihil obſcurum, nihil vulgare, ampla
„ omnia, præclara, inuſitati exempli, novi generis expectantur,
„ quæ, nè à te ipſo diſſentias, in hac tua Pontificia Provincia omnia
„ exactè præſtabis. Sub te reviviſcit legum divinarum obſervantia,
„ Patrumq; inſtitutiones, ſanctitas, juſtitia, pietas, abſtinentia,
„ cohibeturq; ad Priſcorum laudem vivendi licentia. Hic opus eſt
„ nobis tua conciliatione, tua diligentia, ut redeant in gratiam cum
„ religione, qui ab antiqua Sanctorum Patrum inſtitutione fædè
„ deſciverunt, quorum inſcitia mihi miſericordiam movere ſolet.
„ ac quoniam in eum locum deducta eſt res, ut ſeveritate uti ſit ne-
„ ceſſe, cave obſecro per Deum immortalem, ne dum hujus, aut
„ illius te nimium manſuetum miſeret, ſeveritatis, atque conſtan-
„ tiæ tuæ famam imminuas. Per te, & tuam fidem, virtutem, ſapien-
„ tiamque oro, atq; obſecro, conſule Chriſti nomini, ac dignita-
„ ti Reip. Chriſtianæ; cogita in te omnium animos ferri, eorum
„ mentes non minùs, quàm oculos, verſas ea expectare à te, quæ
„ te, tuaque ſapientia digna judicentur. Omnia ſunt excitanda tibi
„ uni, quæ jacere ſentis, vitio temporum perculſa, atq; proſtrata.
„ Conſtituenda Reſpub, revocanda Fides, conprimenda licentia,
„ propaganda Religio; omnia, quæ dilapſa jam fluxerunt, ſeveris
„ legibus vincienda ſunt. Omnia lapſi temporis vulnera curanda,
„ quibus præter te nemo mederi poteſt. Te omnes optavimus Du-
„ cem, te nobis aſcivimus magiſtrum, hæc Civitas conquieſcit in
„ tua virtute, atq; conſtantia, in tua diligentia, & ſagacitate, qua-
„ rum omnium virtutem expreſſam ſpeciem, atque imaginem in
„ oculis, & in animis omnium, in hac præſertim Civitate fixiſti. In
„ te omnis ſpes noſtra poſita eſt, omnem omnium rerum, quæ in

Religione

Religione vitium aliquod fecerunt, correctionem abs te quodam jure exigimus, atq; petimus in hoc naufragio Reipub. colligendo, & reficiendo communi ſaluti, omnia reperiantur tua conſilia eſſe verſata. Scis, quid opus ſit nobis, quid obſtet mentibus, quæ Reipub. offuſæ ſint tenebræ. Tu nova tàm vitæ, quàm doctrinæ luce illuſtres omnium pectora, patefacias veritatem, ut admonitos illos, qui quodam humanæ mentis errore magis prolapſi ſunt, quàm denſa in nocte jaceant, incipiat prioris vitæ tædere, maturaque errati confeſſione ad ſanitatem redeant, longèque alio ſenſu vivere incipiant; nova rerum facies omnibus appareat, tuis frenis cedat fraudum licentia, viam illam, te duce, omnes ingrediantur, quam eſſe compendiariam ad virtutem Socrates dicere ſolebat. Nihil ſit ſimulatum, nihil fictum, nihil agatur non bona fide, abſint doli, abſint fraudes, abſint tot odia, diſcordiæ, diſſenſiones, deſpicationes. Cives tuos, quibus præſides, Antiſtes, ſiſtas in illa placata, tranquillaque, ac religioſa vita, in quam nihil poſſit hoſtis ille perpetuus, & immortalis, qui mortalium animas non apertè quidem, ſed hamiculis quibuſdam oppugnat, atq; ad ſe allectare ſemper ſtudet, blandimenta quædam ſubminiſtrans, quibus de recta ſalutis via revocet, quæ vita quondam juſtitiam cùm cæteris virtutibus de cœlo in ſui contemplationem attraxit. Regnet nunc ſimplex, nudaq; veritas, omnia ſint ſincera, luceat pietas, ſanctitas, Religio, renovetur hæc Civitas, redeat illa ætas, quam beatam meritò appellare poſſumus, cùm jus, & fas in hac Civitate præter cæteras potentiſſima eſſent, cum Cives Cremonenſes, inquam, ſua ſponte pii eſſent, & religioſi, optimam, & conſtantiſſimam legem ſecum geſtantes, quibus innatum, ac inſitum erat, ut primùm Deum, deindè ejus minores cælites colerent, templaq; aras, cæremonias, ſacra denique omnia tuerentur, augerent, omnemq; Sacerdotum ordinem omni obſervantia, honore, cultuq; dignarentur; nihilq; omitterent, quo hęc Civitas eſſet non minùs Religionis, quàm optimarum artium perpetuum quaſi domicilium, cujus rei argumento nobis eſſe poſſunt tot Patres ex hac eadem Patria progeniti, qui ob vitæ integritatem, & ſanctitatem, in Apotheoſim relati ſunt, tot templa, tot delubra ornatu magnifico adornata, auroque, argento, ebore pretioſa, plena artis, affabrèque facta, tot veſtium genera magnificis operibus interpicta, tot tabulæ, tot ſigna lautiſſimè picta. Quamobrem, Antiſtes ampliſſime, quod etiam te ſummo Pontifici Pio IV. per literas pollicitum fuiſſe audivi, conſilio, quantum potes, excuba, vigilaque pro hac Civitate, quæ tibi comiſſa fuit. quæ Sfondratorum præclariſſimæ familiæ fuit ſemper addicta; quod tu te ipſe cùm aliàs abhinc decem annos, quo tempore Pater tuus in ſupremo ferè dignitatis gradu collocatus, primò ad nos in patriam advenit, tùm in hac tui Epiſcopatus dignitate ſentire potuiſti. Etenim quis eſt Civis tàm parùm de ſe cogitans, tàm

„ ſui immemor, tàm inimicus ſalutis ſuæ, cui non ſit jucundus tuus
„ adventus? qui non ſibi immortaliter gaudeat? cui non ſpes veniſ-
„ ſe quædam, certaq; fiducia videatur? qui denique cùm te divina
„ quadam gravitate, ac dignitate præditum intueatur, non Deum
„ aliquem, aut certè ſanctiſſimum hominem ſe intueri putet? unum
„ ſentiunt omnes boni, unum optant, hic tandem templis antiquum
„ honorem redire, hic aris debitum cultum reſtitui, hic æſtimationē
„ religionis penè amiſſam conciliari, quæ omnia Pontifex maximus
„ in tua diligentia, ſapientiaq; locavit, quæ ipſa Civitas à te depo-
„ ſcit, & ſperat. Hic agitur tua, tuorumquè Civium ſalus, aræ,
„ ſepulchra majorum, templa, delubra divorum immortalium,
„ tàm tua, quàm Patriæ fama, gloria; hæc omnia à te conſervata
„ putabimus, ſi Nos, qui tibi commiſſi fuimus, Deo conciliaveris;
„ ſi quæ ad Dei cultum, quæ ad omnem Religionis, & ſanctitatis
„ rationem pertinent, in priſtinum ſtatum prò viribus tuis reſtitue-
„ ris. ſi deniq; te Duce, te auctore hoc conſecuti fuerimus, ut cùm
„ è vita ceſſerimus, nobis pateat aditus ad cœlum, ubi fælicia,
„ perpetua, ſola bona, vigent. Ubi omnes pii, omnes Beati ſempi-
„ terna pace, immortalique quiete fruuntur. Dixi.

MDLXIII.

DAniel de Tolentinis graviſſimus Theologus ex Min. Convent. S. Franciſci vir omni virtute, integritateq; præſtans, Verbi Dei Præco celeberrimus, & quod ad rem non parum pertinet, facie etiam venerandus Provinciæ Bononienſis Miniſter primarius, Reipublicæ ſuæ utilitati conſulvit. ſcripſit

Opera Theologica.

Conciones Quadrageſimales.

Breſſian. in V. R., & in Corona Vir. Illuſtr.

Zava in Orationibus, & Parentalibus Pauli Faerni ejuſdem Ord. habet.

Indè Tolentinus Daniel, qui ſcita Platonis
Norat, & edocuit quidquid Ariſtotelis &c.

Eod. Anno.

PEtrus Antonius Caneparius Medicinæ, ac Philoſophiæ doctor perquàm egregius, Venetiis majorem ætatis ſuæ partem Medicinam exercendo omnium laude, & gratia conſumpſit. Fertur edidiſſe Librum inſcriptum

De Atramentis cujuſqq; generis.

Ita *Breſſianus in V. R.*

Eod. Anno.

JO: Jacobus Gabianus in latinis literis magna diligentia inſtitutus, ſummaq; induſtria ad juvenum animos poliendos commendatiſſimus, cui quidem præcipua eruditio fuit in carminibus componendis; Modeſtia, & religione excultus Laudæ Pompejæ artem oratoriam,

oratoriam, & poeticam publicè docuit ad multos annos, adeò ut patria Laudenſem plerique eum facilè reputent. Non vulgari elegantia edidit tùm verſu cùm ſoluta oratione.

De Lachrymis B.V.M. lib. 1. ad R.P. D. Hieronymum Boyſium Cartuſiæ Pap. Prior. &c. Mediol. apud Valerium, & Fratres Metios 1563.

Salutationes duæ ad Chriſtum, totidemq; Hymni ad V.M. Ad Jo: Angelum Gabianum Flaminem Fratrem ſuum. Ibid.

Sermunculorum, Hymnorum, Odarumq; de Eucbariſtia libri tres. Ad Franciſcum Ferrandum Davalum Piſcariæ, & Ovaſtis March. Venetiis apud Nicolaum Bevilaquam. 1564.

De Eucbariſtiæ laudibus libellus.

Scholaſticorum ejuſdem liber, in quo diverſi hymni, Odæ, & Epigr. Ad S.R.E. Card. Jo: Ant. Capiſſuccum ibid.

Sermunculus pro Domini Aſcenſione. ibid.

De Lachrymis V.M. liber ſoluta oratione. Ibid.

Oratio habita in dedicatione primarii lapidis Templi Divi Jo: Baptiſtæ in Suburbanis pro RR. PP. Ord. Min. Capucinis vulgò dictis. Ad Fauſtinum Rebalium Canon. 1565. *Mediol. apud Metios.*

De Divorum invocatione circà Hæreticos. Ad Card. Capiſſuccum Apologia Papiæ apud Bartolum 1567.

Peregrinus. libellus ſic inſcriptus. *Ibid. ſinè anno.*

Meditationes Myſteriorum Paſſionis, & Sanguinis D.N.J.C., & Litaniæ ad Bartholomæum Albonenſem. Mediol. apud Michaelem Thinum. 1568.

Oratio in ſolemni Sacro Antonii Scarampi Pontificis Laudæ de die feſto omnium Sanctorum.

Eucbariſticon. Schedion. de ejuſd. Pontif. Pontificali ingreſſu. Ad Jacobum Antonium Bironum Protbonotarium Apoſt., & Arcbid. Mediol. apud Pacif. Pontium 1570.

Gallus. Ad Aloyſium Galeanum Canonic. Templi Laudæ.

Oratio in Exequiis Ill.ris Ludovici Viſtarini, quam Alemanius Finus ad Italicam verſionem reddidit, eamq; S. R. E. Card. Madruccio dicavit.

Franciſci II. Sfortiæ cùm Chriſtierna Dania Nuptiæ. Cantica tria edidiſſe ſcribit *Maraccius* in Append. Bibl.æ Marianæ ad M. V. in morem Litaniarum. Papiæ 1567.

Laudiades, ſeù de Urbe laudenſi. Carmina, ut innuit *Defendens Laudius* ſæpe ſæpiùs in ſuis diſcurſ. de Lauda.

Prælium heroico verſu exaratum inter Cremonenſes, & Incolas Oppidi Romanenghi Cremonenſis ſecutum anno 1513. de quo *idem Alemanius Finus in hiſt. Cremæ lib.* 7.

Oratio pro Laudenſibus adverſus Novocomenſes, cujus MS. archetypum, ut legerem & tranſcribi curarem mihi humaniſſimè tranſmiſit Comes Franciſcus Lemene J.C. Coll. Laudæ Poetarum rythmis hetruſcis in hoc ſæculo facilè Princeps.

Ejuſ-

Ejuſdem meminere ultrà allegatos *Franciſcus Zava in Orat. Faballus in Orat. 4. ad Decuriones Cremon.*

Alterum Jo: Jac. Gabianum noſtri coæum, licet longè diverſum, refert *Eques Proſper Mandoſius dominus meus in ſua Bibl. Romana cant. 7. num. 25.*

Eod. Anno. LXIII.

Sigiſmundus Picenardus Joannis Franciſci J. C. Viciniæ S. Mathiæ F. J. U. D. ac in omnibus ſermonibus, conſiliiſq; rerum admirabilis, inclyto Judicum Collegio additus die 23. Februarii 1551. Nobiliſſimæ Animoſorum Academiæ ex Inſtitutoribus, ut vidimus, omni virtutis gloria ſemper effloruit. Dum pro Patria Orator in Aula Philippi II. Hiſp. Regis verſaretur, ad ſupremum Senatoriæ dignitatis gradum, prædefuncto Paulo Ala Ducali in Urbe Mediolanenſi effertur anno 1663. ut ex Regio diplomate cùm aliis recenſito. Bis Ticinenſi Præturæ adfuit, verax Juſtitiæ, ac prudentiæ Oraculum. ejus opera haud ignota ſunt.

Conſiliorum Vol. 1. Venetiis 1575.

Conſilium in materia Duelli incipiens. Pro dilucidatione præſentis caſus.

In ampliſſimo cætu ſedit diem aduſq; 23. Novembris 1580. qua raptus ad Superos tot emeritarum virtutum præmium obtinuit. Ejus Mediolano ad Patriam translatum cadaver avito in Eccleſia Divi Dominici tumulo concivium ſuorum lacrymis traditur, ac ſolemnioribus ære publico exequiis ipſe parentatur in maximo Patriæ Templo, quæ ab *Antonio Campo in ſuis Annal. lib. 3. pag. LX.* deſcribuntur habita funebri Oratione à doctiſſimo J. C. Jacobo Maynoldo, cujus erit ſermo ſuo loco.

Franciſcus Zava in Epiſt. Famil. de ſuo ad Cremam diſceſſu, & alibi deflet Picenardi mortem diſertis carminibus præcipuè verùm in ſecunda ejus Oratione ſcribit.

Sigiſmundus Picenardus parvi corporis, at magni animi J. C. ſummæ probitatis, ſingularis doctrinæ, ſpectatiſſimæ prudentiæ &c.

Alexander Picenardus ejus gentilis, cum Sigiſmundus Papiæ Præturam regeret, eidem dicavit librum, cui tit. *Interpretationes in nonnullos inſtitutionum titulos &c.*

Hier. Fundulus eidem maximo Senatori ſuam Comædiam, *Lucia*, inſcriptam obtulit. hanc ego MS. quinimò ipſius prothotypum à doctiſſimo P. Sementio dono datum in meo muſeolo aſſeruo.

Hier. Faballus in orat. ad Decur. Cremon.

Vincentius Vectiolus ibidem.

Alexander Lamus in Somnio cant. 2. oct. 20. & 21. muſis deditum Sigiſmundum inſinuat. Unde habetur ſuum Epigr. in Pompis exequialibus. Gentilis Turriani Veron. pag. 106. *Veronæ apud Bart. Meolum.*

Cavitellus in Annal. ad ann. 1580.

Breſſianus in Coll. J. C.

Landus de Sen. Mediol. lib. 5.

Plotus ad Conſ. 63. Garati in fine, dum Mediolani Senatores recenſet, ſcribit. *Sigiſmundus Picenardus Crem. gloria immortalis.*

Ant. Poſſevinus in Bibl. ſelecta in Indice plurium Interpretum, qui ad utrumq; jus ſcripſerunt; at præ cęteris conſulendus eſt

Lucas Contilis in libro italicè inſcripto. Ragionamenti ſopra la proprietà delle impreſe degli Accademici Affidati, ubi plura, & pag. 114. *exponit Picenardi ſtemma Academicum.* Floruerunt poſt eum duo alteri ex eadem Nob. ſtirpe Sigiſmundi, unus ſcilicet ſtrenuus militum Dux pro Rep. Veneta, de quo *idem Campus anno* 1570, & alter ex Coll. Jureconſultorum Patriæ anno 1613. cujus nomen legitur in Inſcriptione marmorea adiecta culmini altæ molis, quam Paterno vocabulo Baptiſterium appellamus.

Laudatur inſuper unà cum hoc Senatore *ab Octaviano Picenardo in Orat. de Fam. Picenardæ laudibus, excuſa* 1614. *Cremonæ apud Barrucinium Zannium.*

Sequuntur tria Diplomata ad laudem Noſtri Ampliſſimi Senatoris ex archetypis deſumpta.

„ PHILIPPUS Dei gratia Hiſpaniarum, utriuſq; Siciliæ, Hieru-
„ ſalem &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Burgundiæ, Brabantis,
„ & Mediolani, Comes Abſpurgi, Flandriæ, & Tirolis &c. inter
„ cætera, quæ ſolicitudinem Principum requirunt, illud potiſſi-
„ mùm eorum animos diversè trahit, ut muneribus, in quibus ju-
„ ſtitiæ adminiſtratio verſatur, illos viros præficiant, qui integritate
„ prudentiæ, & literarum peritia commendentur; cùm igitur, va-
„ cante modò uno ex locis Senatoris prædicti Status noſtri Medio-
„ lani obitu Doctoris Pauli de Ala, vir idoneus per nos ſufficiendus
„ ſit, qui pro ſuo munere rebus, quæ ibidem geruntur, quæ ſanè ar-
„ duæ ſunt, ſatisfaciat, ex multis in mentem noſtram venit Fidelis
„ Dilectus Doctor Sigiſmundus Picenardus, quem ad eum locum
„ eligeremus, pro ut tenore pręſentium ex certa noſtra ſcientia, ſano
„ accedente conſilio, & de noſtræ Regiæ, & Ducalis poteſtatis ple-
„ nitudine prædictum Sigiſmundum Picenardum eligimus, eidem-
„ que, ipſumq; Senatoris munus, ut ſuprà, conceſſimus, & demanda-
„ vimus, ac concedimus, & demandamus unà cum auctoritate,
„ ſalario, honoribus, & oneribus, præeminentiis, prærogativis,
„ commodis, & emolumentis eidem muneri ſpectantibus, & perti-
„ nentibus, & per dictum Paulum de Ala, & ejus prædeceſſores
„ legitimè perceptis, & percipi ſolitis, & conſuetis; mandantes
„ Ill.ri Gubernatori noſtro præſenti, & futuris Præſidi, & Senato-
„ ribus, Præſidi, & Magiſtris Intratarum, Theſaurario Generali,
„ cæteriſq; Officialibus, & ſubditis noſtris Mediolanenſis Dominii,
„ ad quos ſpectat, & ſpectabit, ut ſuprà, dictum Sigiſmundum Pice-
„ nardum in Senatorem recipiant, eumq; loco, ut ſuprà, ponant,
„ & inducant, poſitumque, & inductum manuteneant, conſer-

vent,

vent, & defendant, deq; ſalario, prærogativis, præeminentiis, & ut ſuprà, debitis temporibus illi, ſeù ejus legitimo procuratori reſpondeant, & numerent, & per quos decet dari, reſponderi, & numerari faciant, has noſtras inviolabiliter obſervent, & exequantur, obſervariq; & exequi faciant per quoſcumq; ſic enim expreſsè mandamus harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri appenſione munitarum. Dat. in oppido noſtro Montifori die decimo quinto menſis Novembris, Anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio Regnorum noſtrorum, ſcilicet Hiſpaniarum, & ulterioris Siciliæ anno octavo, citerioris verò Siciliæ, Hieruſalem, & aliarum decimo ſubſcript.

Jo Fl REY.

In Calce, ad Mandatum Regiæ Cathol. Majeſtatis proprium Largus Secretarius.

Vidit Polo Regens. A tergo regiſtrat. in filo patentium.

DOn Gabriel à Cueva Dux Alburquerquenſium Marchio Cuellar, Comes Ledeſme, & Aculme &c. Regius in Dominio Mediolani Gubernator &c. Locumtenens, ac in Italia Generalis Capitaneus &c. Cùm Civitas Papię inter principaliores hujus Dominii Mediolani exiſtimetur, eò etiam maximè, cùm Gymnaſium Publicum in ea exerceatur, & ea de cauſa Sereniſſimus Rex Hiſpaniarũ Dominus noſter decreverit ex ordine Senatorio antehac, unum à nobis in Prætorem dictæ Civitatis eligi, & ut id commodiùs fieri poſſet Senatorem ſupranumerarium creaverit, cùmq; in multis, quæ ex uſu venerunt, præter ea, quæ à fide dignis audivimus, nos ipſi cognoverimus, quanta animi integritate, ſcientia, valore, ac in rebus gerendis dexteritate, ac facilitate polleat, quantaq; erga Regiam Majeſtatem, & nos devotione ſit præditus Magnificus Senator Dominus Sigiſmundus Picenardus, ex Civitate Cremonæ oriundus, non immeritò illi Provinciam hanc convenire, & commendare viſum eſt nobis; ſicque pręſentium ſerie Regia, Ducaliq; auctoritate, qua fungimur, predictum Sigiſmundum Picenardum à Kalendis proximè futuris Menſis Januarii, uſq; ad integrum biennium inde venturum, eligimus, creamus, & deputamus Prætorem dictæ Civitatis Papiæ cum ſalario per nos conſtituendo, atq; cum auctoritate, honoribus, prærogativis, commodis, & emolumentis eidem officio debitè ſpectari, atq; per alios Senatores quovis alio in loco Prætores deſignatos haberi ſolitis; mandantes Ill. & Mag. Dominis Præſidi, & Senatui DD Præſidibus, & Quæſtoribus Intratarum utriuſq; Cameræ, Theſaurario Generali Status Mediolani, Decurionibus, & Referendario dictæ Civitatis Papiæ, & cæteris, ad quos attinet, vel attinebit, ut ipſum Mag. Picenardum in poſſeſſionem

ſionem dictæ Præturæ admittant, ponant, & defendant, moxq; de dictis ſalario, & ut ſupra debitis, eidem temporibus congruis reſpondeant, & reſponderi faciant. In quorum fidem præſentes fieri juſſimus, ſubſcripſimuſq; propria manu, & regiſtratas ſigillo noſtro muniri mandamus. Dat. Mediolani die vigeſima Decembris MDLXIX. *Subſcript.* El Duque de Alburquerque. vidit Andreas de Leon. In calce Julianus Secretarius, & ſigillata cum ſolito ſigillo Ducali in cera rubea, à tergo, Regiſtrata in filo patentium.

DOn Antonius de Guſman Marchio Aymontis, à Conſilio Secreto Regię Majeſtatis, & pro eadem in Dominio Mediolani Gubernator, ac in Italia Generalis Capitaneus &c. cum animadverteremus Civitati Papiæ Prætorem Senatorii Ordinis proximo biennio à nobis nunc decernendum eſſe agnoſcentes legum peritiã, in rebus agendis dexteritatem ac prudentiam, quæ fulgent in Magnifico Sigiſmundo Picenardo ex eodem ordine, proculdubio nobis hæſitandum non fuit, quin in omnibus qua juris adminiſtrationem, ſubditorum illorum quietem, & beneficium, & Regiæ Majeſtatis ſervitium concernunt idem ſit optimè ſatisfacturus, per has igitur noſtras Regia, Ducali, aliaq; Auctoritate qua fungimur, eumdem Senatorem Picenardum, à Kalendis Januarii proximè futuri 1576 uſq; ad biennium inde venturum eligimus, creamus, & deputamus Prætorem dictæ Civitatis Papiæ, & ejus juriſdictionis, cum auctoritate ſalario, honoribus, oneribus, præeminentiis, prærogativis, commodis, & emolumentis, eidem officio debitè ſpectantibus, ac per alios ejuſdem ordinis illius præceſſores in dicto officio licitè percipi, & haberi conſvetis, & volumus, quod per totum dictum tempus idem Senator, & Prætor ut ſuprà deputatus ſedens pro tribunali, & ubiq; continuò propriis manibus deferre teneatur baculum, ſive virgam ligneam albam longitudinis palmorum decem, quam pro ejuſdem officii ſigno, & ornatu Præceſſores noſtri decreverunt, nec ſine eo uſquam illi eſſe liceat; mandantes Illuſt. Reg, & magnificis DD. Præſidi, & Senatui Provinciæ Mediolanen. Magnificis Dominis Pręſidibus, & Magiſtris intratarum utriuſq; Cameræ deputatis ejuſdem Civitatis Papiæ, & cæteris, quibus ſpectat. vel ſpectabit. ut dictum Senatorem Picenardum in Poſſeſſionem dictæ Præturæ admittant, & defendant, moxq; de dictis Salario, & aliis emolumentis eidem debitis temporibus reſpondeant, & reſponderi faciant. in quorum fidem pręſentes fieri, & regiſtrari juſſimus, noſtro Sigillo muniri.

Dat. Mediolani ſub noſtri fide ſigilli die 24. Decembris 1575. *Subſcript.* El Marques de Ayamonte. Vidit Montagnero &c., & ſigillata in cera rubea. In calce Julianus Secretarius, & regiſtrata in filo patentium.

Eod. Anno LXIII.

DAniel Barbovius, ſeù de Barbobus ex Inſigni Ord. Prædicatorum, humanitate, ſapientia, ac integritate præſtans. S.T. M., ac Verbi Dei Præco graviſſimus, quocumq; ampliſſimo dignitatis gradu digniſſimus, Ferdinandi Rom. Imperatoris auſpiciis, cui prędilectus ob virtutes enituit, à Pio V. Pont. Max. Petinæ Iſtriæ Urbis Epiſcopus conſecratur; ablegatus exindè ad Juſtiſſimam Venetorum Rempub. Anno verò 1567. cùm non tàm auctoritate, quàm omni virtutum genere ſummè præditus eſſet Alphonſi Caraffæ Neapolitani Archiepiſcopi vices gerens deligitur; ad majora promovendus, ſed morte correptus anno 1577. in ſua Cathedrali Eccleſia ſepultus maximum ſui deſiderium reliquit.

Sua Opera, & ſpeciatim *Conciones* admirabiles exoptantur.

PP. Seraphin. Razzius, & Michael. Plodius de Vir. Illuſtr. Ord. Dominic. p. 2. lib. 4.

Antonius Campus hiſt. lib. 3. quò lectorem remitto, ibi enim comperiet ob Danielis merita ab ipſo Ferdinando Auguſto Equeſtri titulo ejus Gentilem Joannem Baptiſtam Barbovium fuiſſe decoratum.

MDLXIV.

HIeronymus Maleſta, ſivè Maneſta ex Decurionibus Patriæ, meritò quidem jure inter meos Literatos reponendus, cum ad ſuæ ſtirpis monumentum perenne magnum lapidem diligentiſſimo, & laborioſiſſimo ſcalpro incidi curavit, ſervatum in ædibus Divo P. Franciſco ſacris in Sacello magno poſt chorum ad lævam, ubi præſefertur Imago algoſi fluminis, ſivè lacus, ex quo multi rivuli promanant, indicantes nomina, & inſignia tùm Maleſtorum, tùm aliarum propaginum huic conjunctarum. Inſcriptiones verò ſequentes, & Carmina in eodem lapide vellicatim exculpta, quorum fuit Auctor Hieronymus, denotant eum haud inelegantem Philologum, & Muſarum Alumnum.

Hieronymi effigies cuſtoditur in atrio ubi ſuas peragunt Congregationes Fabricæ Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ Præfecti, quam ex aſſe reliquit hæredem. ibi pariter memorati lapidis habetur exemplar, in tabula egregio penicillo, confectum.

Familiæ Maleſtæ Genealogia Ordinis Patritii.

HIc lacus, hæc ſeries, per quam Gens Clara Maleſta
Torpuerat longa Nobilitate Senex.
Vivet, & æternum renovato flore juventæ
Tartareas nunquam victa ſubibit aquas.
Sic jubet egregiis Hieronymus inclytus orſis,
Dum propè caſuros ſuſtinet arte lares.

Lector animum intende, ſi vacat, Nihil hic auribus datum, omnia bona fide ex publicis rerum geſtarum monumentis in unum collata.

lata. Non enim Populo, qui certiſſimus eſt Judex verba danda. Maleſtas, ſivè Maneſtas à Mneſteo Trojanorum Duce profectos non approbat, cum Mneſteus ille non Maneſtas, ſed Memmios in lucem ediderit. Mox Italus Mneſteus genus à quo nomine Memmi in quinto Æneidos, quæ familia, dilabente poſteà Imperio Romano extincta eſt. At hæc de qua agimus Maneſta eo renaſcente longo poſt tempore (ut aliæ) exorta illam denominationem ſortita eſt, qua Malateſta, Malaſpina, & reliquæ hujuſcemodi familiæ appellantur.

Arma, ſeù Inſignia Agnationis Maleſtæ Leone Croceo in campo rubro decorata ab ipſa Cremonenſi Civitate accepta ſunt, cum ea in quatuor Claſſes diviſa quaternis etiam Leonibus uteretur alternatim diſtinctis, & ſua cuique inſignia aſſignaſſet, quibus adhuc plurimæ familiæ exornantur; ſanè viventibus Alberto, & Guarnerio, ac Guidone omnibus Maleſtis, qui floruere anno circitèr octogeſimo ſuprà centeſimum, & milleſimum nondum familiarum Inſignia, quæ nunc paſſim vigent, inventa, ſeù uſu recepta fuerunt. Primi ex Maleſtis Degoldus, & reliqui ejus gentiles his Armis uti cæperunt, quorum nomina celebria habentur in libro Societatis Populi Cremonenſis ea in re confecto anno Domini 1270. Indictione 14. Hujus libri duo exemplaria habentur, quorum unum in ædibus Bernardini Crotti Judicis conſcripti, alterum Herculis Bernardi Cauſidici Cremonenſis ſervari ſolet.

Alberti Maneſtæ, qui floruit anno 1154. Guarnerii, & Guidonis item è Maneſtis, qui vixere anno Domini 1196. Manibus Sacrum quorum nomina, & præclara prò parte facinora in Superiori Civitatis Archivio Majoris Templi Cremonenſis legere eſt in Cellula l. 59. & l. 73.

Primus progeniem reſeras Alberte Maneſta,
Cui ſupereſt pulchro filia flore nitens.
Belli floris adhuc retinet Nazaria Nomen
Ora ſub ardores non fugienda Canis.
Euſebii in Vico tua rura ubi candidus ordo
Montis Oliveti nunc ea culta rigat.

Extant in membranis tabulæ teſtamenti Bellæfloris Maneſtæ Alberti filiæ Uberti ejus fratris Nepotis lege Longobardorum vivere profitentis confectæ Cremonæ die ſeptimo intrante Septembris anno Incarnationis 1259. Indictione ſecunda ſubſcriptæ per Gabrielem ab Imperatore Federico Notarium, & per Joannem Bonum ab Imperatore Federico Notarium ambos de Bontempis, & ſcriptæ à Charta Benilana per Legatum Domini Federici Imperatoris Notarium ſeptem teſtibus de more adhibitis ſine aliquo Dñi titulo, qui ſoli Imperatori ibi datus dignoſcitur.

Benvenuto Maneſtæ ejus nomine primo, & Gulielminæ della Zulla Ægidii filiæ conjugibus hujus inclytæ ſtirpis auctoribus, qui vixere anno Domini 1290.

Sobolis de la Zulla uti vocatur in libro Societatis Populi, & in publicis Tabellis nulla hìc inſignia apponuntur, quę cum ea extincta nunc ſit ejus quoque arma ignorentur, nec enim exiſtimandum domum hanc ſui temporis pręclaram vixiſſe, quod ait ille, Parma Alba in gloriam.

Quam Hieronymus Maleſta Ant. F. Lud. Nepos ſuis ſupremis tabulis Genealogiam exſcribi juſſit, eam Fabricæ Cremon. Præfecti Hęredes inſtituti perficiendam curarunt anno Sal. ęternę MDLXXXIII.

Concordes Animę jam plaudite, fœdera jungit
Hic Leo cum celſę Virginis ęde Sacra.
Reppulit hic aquilas, colubres, alioſque leones,
Maluit & veſtris ſe ſociare eboris
O' factum benè ſic foveat vos Virginis almę
Gratia, & huic Patriæ ſemper adeſſe venit.

Eod. Anno LXIV.

JOannes Baptiſta Boccolus, & domi, & foris inclytæ famæ Philoſophus, ac Medicus inter opera, quæ præſtanti ingenio compoſuit, edidit hoc anno ex typographia Vincentii de Conctis Cremonæ in 4 ejus doctrinæ monumentum ſic prænotatum

Liber, quod Moralis Philoſophia, ac Medicina unum ſunt, humanaſq; ac divinas omnes ſcientias dignitate maximè præſtans.

Eod. Anno.

DOminicus Legatus nomen ſuum poſteritati commiſit Opuſculo quodam hiſtorico, quod inſcripſit.

Sommario di tutte le coſe notabili ſeguite al Mondo dall' 1453. *ſino all'* 1590. *Venetiis eodem anno, & Florentię*

Priùs autem ediderat Florentiæ degens *Collectanea in obitu Michaelis Angeli Bonarotę. Florentię* 1564.

commemorant autem ipſum *Antonius Maſinus Bonon. Hiſt.* eum recenſens inter Scriptores, qui de B Catharina de Vigris aliquid monumentis mandarunt, nec non ejus Gentilis *Laur. Legatus in Fragmentis ſui Lycei.*

Eod. Anno.

MInerva de Anguſſolis Amilcaris Filia, non tantùm nomine, verùm virtutibus altera Minerva vocari poterat, Literis enim latinis, & Hetruſcis apprimè inſtructa, cùm multa componeret, in primo flore juventæ hinc emigravit, non ſinè noſtræ Urbis lacrymis digno cadaveri oblatis.

De eadem *Ant. Campus hiſt. lib.* 3.

Georgius Vaſarius in Vit. Pict. 3. *part.* 2. *Vol. pag. mihi* 15., eam etiam Pictricem vocat, ſed apud Noſtros de hoc conſtare non vidimus.

Franciſcus Zava in Epiſt. impreſſis anni 1568. *& in Oratione, in qua parentalia Illuſt. Vir. enumerat.*

Eod. Anno. LXIV.

CAjus Ortalus Crottus, Ælii Julii facundiſſimi Poetæ Frater, nec tàm ſanguine conjunctus, quàm indole ſimilis, optimum ſortitus ingenium, digna Muſis, & Apolline ſcripſiſſe comperitur, & ipſe

Carmina

Carmina Varia,

De eodem propterea tamquàm eleganti Poeta mentionem facit *Frater lib. 3. Stromatum eleg. 1. & lib. 2. Hermiones Elegia 8. Sirmione degentem indicans.*

Ortale Pimpleæ cuſtos certiſſime rupis
Ortale Parthenijs dedite Virginibus.
Quid dudùm ſine me communi fingis in Umbra
Ad dulces auras Collis oliviferi.
Nam merito tibi Parnaſſi favore Puellę,
Increpuitq; lyra Phębus acerſecomes.
Forſitan exeſis famam tu quęris in antris,
Longaq; deciduis ſęcla ſub arboribus.
Dùm te vernanti delectat Sirmio ripa
Benaci fluctu nobilis æquoreo. &c.

In fine verò Elegię Epicum aliquid ceciniſſe Ortalum innuit.

Ex hac præclara ſtirpe floruit anno 1494. Gratiadeus Ord. Præd. Inquiſitor Generalis Mediolani laudatus à *Fran. Ballarino in hiſt. Comenſi par. 3. cap. 3. pag.* 207. nec non à *P. Feſta de Vir. Illuſt.* & à *Breſſiano in Hiſt. Eccleſiaſtica MS.* ſub anno indicato.

Eod. Anno.

JOannes Paulus Gulferamus ad omnes optimas diſciplinas eruditus, de quo ſcribit *Franciſcus Zava in Orat. Parent. Illuſt. Vir. loquendo de Petro Antonio Tollentino*, „ Nequè hic minorem delectationem ex Barbari, & Erizzi animo concepta, & intimis tamquàm rerum ante oculos ſe ſe moventium Idea ſenſibus impreſſa, aſſidua, dulcique comentatione, & meditatione capit, quam ex Joannis Pauli Gulferami, & Ferdinandi Bonetti frequenti, docto, amæno, ſuavique colloquio, & vero germanoq; utriuſque aſpectu. Qui ut Urbis noſtræ maximum ornamentum, veteriſque probitatis ſingulare exemplum, ità hujus maximæ delitiæ, ad quemlibet animi dolorem levandum maximum ſolatium. Quorum uterque ut à Mercurio prognatus, ità Palladis lactè educatus creditur, cum quovis enim horum loqueris, cùm prudentiſſimo Neſtore te loqui exiſtimato. Horum Juvenum conſilio, & prudentia Civitas noſtra lætatur, gaudentque externi, ſummi, & excellentis Viri judicio, & ſententiis in rerum ſuarum ordine componendo utuntur. Utriuſque ſcientiarum, & doctrinarum diverſa ſunt ſtudia, eadem tamen animorum conjunctio, & ſimilitudo. Quos enim modeſtiæ terminos Gulferamus ad vitæ hujus brevis productionem ſibi conſtituit, eoſdem Bonettus non diſſimili prudentia ſibi comparavit. Quibus quoquè remediis, & rationibus unus ad Improborum technas avertendas, iiſdem alter ad cuniculos fallendos utitur. Nec alter altero fortior in iis ferendis, quæ maximi Philoſophi, & in ſcholis deriſerunt, & in hominum cætu

con-

„ contempſerunt. Horum conſuetudine Tolentinus nihil cha-
„ riùs, nihil antiquiùs, nihil, quod magis ejus moribus reſpondeat,
„ conveniat, & uſquequaque conſentiat, habet. Ii cùm una ſunt,
„ nihil gratiùs ſentiunt, quàm de virtute, ideſt, ſolo bono agere,
„ de quo aſſeveranter diſputantes, & diſputata breviſſima com-
„ plexione ſubducentes, in iis actionibus omne bonum reponunt,
„ quæ integra fide, præclariſq; vitæ officiis conſtant, in iis deni-
„ què, quæ nos Deo amabili charitate jungunt, cujus diſertiſſimæ
„ diſputationis recordatione, nunc & ipſo dicendo alor. Ii ſunt
„ Palladis, & Mercurii, non Martis, & Bellonæ duo fulmina. Ii
„ ſunt, quibus cùm Tolentinus mentem alit, ſenſus oblectatur,
„ quorum doctiſſimo ſermone ſi languores non tollit, at levat &c.

Eod. Anno.

HIeronymus Regazola Ægidii Filius, Vir in Opere meo non negligendus, ſic de eod. ſcribit *Lud. Cavitell. in Annal.* hoc anno, per hæc verba. *Hier. Regazola Cremon. ſatis edoctus literis grammaticalibus, & humanitatis, & ingenii mirabilis, & ad omnia verſatilis, comes, & Compater meus Venetiis, dùm ibi eſſet ex ſupremis Scribis Tribunorum, & Advocatorum Fiſci publici in toto dominio Venetorum, ex hoc ſæculo obiit de menſe Martii.*

Dialogum de Vera Hominis Felicitate ſcripſit.

Breſſianus in Opuſculo. Virtù Ravvivata.

Venetiis ad Divum Sebaſtianum adeſt tumulus cum Epigraphe.

Joanni Avo, Ægidio, Lauræ Parentibus Opt. Arianæ infanti Filiæ ſuaviſſimæ vita functis, Dariæ Conjugi cariſs. Ægidio, Simphoroſæ liberis Dulciſs. V. ſibi, poſteriſq; Hieronymus Regazola Cremonen. H. M. P. MDXLVIII.

Eod. Anno LXIV.

JOannes Baptiſta Tolentinus Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ Canonicus, probitatis, ac doctrinæ lumen, multa ſcripſit, & inter alia edidit.

Trattato dell' Anima innamorata di Dio.

Breſſianus in V. R., & in Corona Vir. Illuſt. p. 3. lib. 1. ubi plura, & præcipuè, quod deſierit eſſe mortalis anno 1564. die 31. Octobris.

Quomodo Tolentina familia modò extincta initium Cremonæ habuerit, audiatur *Cavitellus in Annal. ad ann.* 1451. ſincero ſuo modo

Petrus Baldinus Tolentinus ex familia illorum de Lanzonibus à Tolentino oppido Piceni, undè deſcendit unà cùm Sfortia in Inſubriam, & cùm ſubſederit, & obierit Cremonæ, ducta Uxore Heliſabeth de Pallavicinis Marchionibus Varani, ex ipſa ſuperſtite Nicolao Filio, qui duxerit Uxorem Urſulam ex Nob. familia Ponzona Tolentini, ibi degentes ab eo habuerunt originem &c.

Floruit ex hac ſtirpe Joannes de Tolentinis, qui ex literis Ducis Franc.

Franc. Sfortiæ I. Dat. Mediol. pr.° Aprilis 1452. ſignat. Cichus relatis *in Sylva Sitoniana* evocatur. Magnif. D. Jo. de Tolentino Ducalis Gener, ac Conſiliarius dilectiſſimus, armorum Ductor, & G.r Ducalis Cremonæ.

Eod. Anno.

JOannes Petrus Nazarius Vir approbè eruditus, & pædia, moralique philoſophia non parum imbutus ex principibus in erectione Nobiliſſimæ Animoſorum Academiæ anno 1560., in qua pulcherrimam habuit Orationem prò feliciſſimis ejuſdem auſpiciis, impreſſam Cremonæ per Vincentium de Conctis anno 1564., cui ineſt Inſcriptio

Oratione di Gio: Pietro Nazaro havuta nell' Accademia di Cremona.

Extat etiam eod. anno, & apud Typographum eumdem.

Diſcorſo per contemplare la Paſſione di Giesù Chriſto N. S. opera Spirituale utiliſſima ad ogni devoto Chriſtiano. Hoc opuſculum typographus dicavit Colombino Ripario Abb. Can. Lateranenſi, de quo ſuo loco.

Anno etiam 1573. alteram Academiam Animoſorum conflatam fuiſſe ex Gymnaſio Patavino legimus in *Antonio Riccobono de Gymnaſio Pat. lib.* 4. *cap.* 3., & alteram Romæ fuiſſe habemus à *Tomaſino de Illuſtr. Vir. pag.* 139.

Eod. Anno.

HOratius Trecchus Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ Archidiaconus apprimè artibus honeſtiſſimis inſtitutus, ut ex literis eidem à *Franciſco Zava* exaratis, quæ in libro ejuſdem Epiſtolarum ſexto continentur, undè totum illarum locum adſcribam, ut pleniùs Horatii Virtutes eluceſcant.

Franciſcus Zava, Horatio Trecchο Archidiacono.

S. P. D.

„ AUreum Gambarini libellum ſimul, ac domum redii, totum non
„ primoribus labris, & extremis digitis (ut in ore eſt) attigi, &
„ deguſtavi, ſed ſumma cura, magnoq; ſtudio, ter, & quater le-
„ gi, & quò illum crebriùs revolvebam, tantò magis mihi in ea co-
„ gnitione rerum tàm abditarum proficere videbar. Titulum in-
„ ſpexi, tibi dicatum vidi. Quanta Dii boni tùm affectus ſum læ-
„ titia, te huic tàm illuſtri Philoſopho, tàm charum eſſe, ob miram
„ ingenii aciem, & ſingularem morum probitatem, magnamq; de
„ te jam conceptam, cùm apud nos, tùm apud talem virum opinio-
„ nem, & Gambarinum noſtrum tantum præclarè nominis ſui te
„ Patronum elegiſſe, totamq; nobiliſſimam familiam veſtram hoc
„ ſolo beneficio ſibi devinxiſſe? Sed unum doleo librum hunc cla-

riſſima

” riſſima luce digniſſimum in tenebris tandiù reſervari. Nec credo
” te ea cauſa id facere, quod doctis invideas, qui doctorum acer-
” rimus defenſor ſemper extiteris. Quid tamen quod meæ cauſæ
” maximum tamen eſt fundamentum, immò tota familia tua, quæ
” ſemper fuit in patrocinio illorum, qui à maledictis canino morſu
” notarentur. Tibi crimini non dandum eſſe, quod tàm egregio
” labore careamus argumentatione ipſa patet. Uter igitur veſtrùm
” in cauſa eſt? Gambarinus nè? Quorſum quæſo? Nùm quià eſt
” Philoſophus? Cur igitur Plato dicendi maximus Artifex rerum
” Divinarum, & ſcriptor, & magiſter? Cur Ariſtoteles diſciplinæ
” Peripateticæ, & inventor, & maximus diſputator? Cur alii quàm
” plurimi à ſe inventa, vel aliorum adaucta ediderunt, & ad morta-
” lem uſum ſcripſerunt. Prætereà tot, tantarumq; rerum ſummo
” Gambarini ſtudio aptè compoſitarum indagatio, quibus profue-
” rit? Tibi nè tantùm? Hoc tui mores recuſant, ingenium tuum
” frugiferum non patitur, ætas quæ ſua ſpontè liberalis eſt, non ad-
” mittit. Non es, mi Horati, à Muſis tàm averſus, ut velis tantum
” theſaurum ampliùs in capſis deliteſcere. Quare Gambarinum
” tuum, quid? immò meum, ut tollatur controverſia utriuſq; no-
” ſtrùm, vel ſi mavis omnium bonorum, & ſtudioſorum Gambari-
” num inquam adhortare, urge, impelle, ut labor hic in lucem tan-
” dem prodeat. Ego te omnium literatorum nomine rogo, ut quam
” plurimum per te docti fruantur amæniſſimo labore, & doctiſſi-
” mis Gambarini vigiliis. Si te ab hoc aliquod juſiurandum hacte-
” nus deterruit, & fortaſsè per ſtipulationem obligatio, qua uterq;
” invicem ſtipulatus ſit, ut perpetuo in tenebris jaceant, non te fu-
” git, hæc inter Sanctiſſimos Viros, nec ſemper ſervata fuiſſe, cu-
” jus rei comprobandæ cauſa poſſem adducere, & philoſophorum
” ſententias, & aliorum opiniones. Videntur tibi hæc in capſis ab-
” denda, vel ex cedro, vel ex ebore, vel ex auro, breviſſimè argu-
” mentandi viam cognoſcere? Partitionem comprehendere? deffi-
” nitionem addiſcere? Voces non uno, ſed multiplici ſenſu prolatas
” internoſcere? Taceo eloquentiam, qua non minùs dialecticen
” hic nunc adornavit, quàm aliàs Marcus Tullius ſui temporis phi-
” loſophiam? Non hìc ſunt verba inculta, non barbara, non oſci-
” tantia, ſed polita, omni cultu ornata, & ſumma brevitate enun-
” ciata. Tu non fortaſsè credis mihi, qui non verſatus ſum in diale-
” cticis, id non inficior. Da igitur alicui Dialectico hæc videnda,
” & admiranda, non corrigenda. Sed cave nè ſibi tàm egregios la-
” bores vendicet, & te, alioquin acutum, Gambarinumq; ſimpli-
” cem, quod philoſophorum proprium decipiat. Quod tantæ mo-
” leſtiæ mihi eſſet, ut & tuas, & Gambarini partes in hoc genere
” arrogantiæ ulciſci cogerer, cum perpetua infamia illius, qui tales
” labores ſibi vindicaret. Quicumq; is certè eſſet ſuo periculo, quid
” ſit quietis bilim movere cognoſceret. Vale tuo, Gambariniq; no-
” mini conſule, & meis mandatis pare. Kalendis Auguſti.

Trec-

Trecchorum Nob. Cremon. familiam floruiſſe hoc tempore etiam Mediolani, patet ex ſequenti inſcriptione, quæ olim legebatur in Eccl. S. Franciſci illius Urbis, relata à *J. C. Sitono in ſylva allegata.*

Sacellum hoc, quod proſpicis, Lector, ab Egr. Facio Trecchio, ut proxima lapidis inſcriptio monet, erectum, dotatumque. Jo: Jacobus Trecchus Nepos Vicethe ſaurarius Generalis Status Med. ad ornatum, & memoriam tantæ familiæ in melius reſtauravit, ſibi ultrò dum adhuc viveret, ac poſteris ſuis P. Anno Sal. Humanæ MDLXXIV.

MDLXV.

Columbanus Ballettus Inſignis humaniorum literarum profeſſor, & idem Græcæ linguæ peritiſſimus, quum aliquamdiù publicè docuiſſet in Patria, ob eminentem doctrinam ab Ampliſs. Mediolani Senatu anno 1565. vocatus eſt Ticinum ad cathedram Artis Oratoriæ. Quo munere magna ſui cum laude per triennium functus, Cremonam rediit, Eccleſiaſticam quippè vitam ætate ſatis matura amplexus, à Nicolao Sfondrato Ep. præfectus eſt Eccleſiæ S. Mauritii in Diœceſi. Ipſe tamen ruris genio nihil ductus, Sacerdotium illud brevi renunciavit, Ticinumq; reverſus ad docendum, ibi ex peſte contabuit menſe Majo 1577. ſcripſit

Orationes varias,

quarum unam publicè habuit in Templo S. Bartholomæi Cremonæ, in funere Concivis præclariſſimi Marci Pauli Tarteſii. Typicam verò emiſit in lucem

De Vita Chriſti Carm. Heroic. ad Alexandrum Saulium Primum Aleriæ, demùm Papiæ Epiſcopum ex Cler. Regul. S. Pauli, cujus cauſa nunc Romæ impensè agitur in Sacra Rituum Congr. ut inter beatos adnumeretur.

Exhortatorium Carm. ad Sacroſanctum Card. Collegium in conclavi collectum pro electione Nov. Pontificis, Pio IV. defuncto.

Carmen. ad idem S S. Collegium poſt Creationem Pii V. S S.

De Victoria ad Echinadas carmen ad Sereniſs. Joannem Auſtriacum.

Multa ejuſdem Baletti Carmina nuperrimè ad noſtras pervenere manus ab eo compoſita, dum eſſet Ticini, in quorum calce hæc verba leguntur perbello charactere conſcripta.

Jo: Franciſcus Marianus Cremonæ ſcribebat anno MDLXVI. Menſe Julio.

Leguntur & ejus Aſclepiadæa præfixa chronico Lateranenſi Jo: Philippi Novar. cuſo Cremonę apud Cæſarem de Rinardis 1535. nec non & ejuſdem Philippi elogio ſubſcripta à *Celſo Roſino in Lyceo Lateranenſi*, ubi Ballettus Bobbienſis nuncupatur. Attamen *Campus in hiſt. lib. 3. Cavitell. in Annal. ad ann.* 1577. Cremonenſem eſſe Ballettum affirmant, quos ſequuntur *Hier. Faballus in Orat. Vectiolus in Orat.* illum diſertiſſimè laudantes, *Zava* tùm in oratione, tùm in carminibus, & *Ælius Julius Crottus*, qui eidem dicavit ſua erudítiſſima Eidylia his hendecaſyllabis.

CUi donem potiùs, libentiùſve
Hos luſus, tenueſq; ſimpliceſq;
Has & delitias inanis oti
Quàm, Ballette, tibi? Tibi hinc, & indè
Aſtat muſigetes? tibi undequaque
Rhetori optimo, & optimo Poetæ
Cœtus Aonidum puellularum
Frontem Daphnide nobili perennant.
Per te lux Patriæ meæ, tuæq;
Aureſcit, rutilat, nitet, coruſcat.
Per te Barbaries ab urbe fugit.
Per te docta Cremona ubiq; floret.
Tu ſolus Pater eruditionis;
Tu ſæcli decus hujus, & futuri
Places omnibus, omnibuſq; amaris.
Ergò cui potiùs, libentiuſve
Hos luſus, tenueſq; ſimpliceſq;
Has & delitias inanis oti.
Donem, quàm tibi, maximè omnium, uni.

Eumdem etiam laudat Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr. lib. 1. par. 3.

MDLXV.

VIncentius Locadellus, Mercadini Viri Patritii, & Catharinæ de Ariſiis ex Auctoris familia Filius, ac Franciſci inferiùs memorandi Frater in architectonicis præclariſſimus, militum Dux fortiſſimus, tùm ad ſtipendium Henrici Francorum Regis, tùm Emanuelis Philiberti Sabaudiæ. Edidit opuſculũ in fol. cui tit. *Manifeſto del Capitano Vincenzo Locadelli da Cremona, nel quale ſi contiene la giuſtificazione ſua contra le oppoſitioni falſe, e dishoneſte, che da ſuoi malevoli gli ſono ſtate fatte, le quali eſſendo riprovate da Teſtimonianze di Prencipi, di Signori, di Cavaglieri, e di altre perſone degne di fede, moſtrano nulle eſſere le ſentenze contro di lui date, non eſſendo maſſimamente ſtate udite, ne volute udire le ſue ragioni. La onde ne ſeguita, che à lui non fanno pregiudizio alcuno nell' honore, ſiccome per parere di Huomini Eccellentiſſimi ſi dimoſtra.*

In eodem continetur conſilium Tiberii Deciani J. C. celeberrimi confirmatum, & ſubſcriptum à Mantua, à Roncagallo, & à Papio paritèr Juriſconſultiſsimis, ac Profeſſoribus inter inſigniora Italiæ Gymnaſia.

Memoratur hic meus Conſanguineus à noſtro *Cavitello* ad annum 1560. hiſce verbis more ſuo.

Vincentius Locadellus Inſignis Architectus, ob ejus eximiam artem fuit in maximo pretio apud Francorum Regem, & Amandum Alvarezzum Ducem Albæ in Hiſpania, & per ibi Regem conſtitutum Rectorem, & Ducem ſupremum in Gallia Belgica, & regionibus ibi propinquis ſibi ſuppoſitis, & cujus opera Rex in regno ſuo, & Dux in eis regionibus

nibus uſi fuerunt in conſtruendis propugnaculis, muniendis, & vallandis Civitatibus, & Oppidis &c.

Item ad Annum 1567.

Ant. Campus hiſt. lib. 3. eundem laudat, ac in Siciliarum regno ſupremum à machinis bellicis Præfectum vocat.

Ex hac familia Brixiæ etiam propagata, præclarus ſanctitate floruit Antonius Locadellus ex Ord. Præd. inter beatos relatus, cujus meminit *Elias Capriolus anno* 1430. *in hiſt. Brix. lib.* 9.

MDLXVI.

HIeronymus Putheus Nicolai F. Viciniæ S. Michaelis, ut aiunt, Veteris, quarterii domorum Novarum Vir ætatis ſuæ doctiſſimus, integerrimus, & in Juriſprudentia percelebris, Collegium Judicum Patriæ nactus die Lunæ 16. Decembris 1566. equeſtri dignitate donatus à Greg. XIII. Pont. Max. eaq; confirmatus, & Comitali auctus à Petro Donato de Cæſiis, dùm is eſſet Bononiæ anno 1583. pro Sede Apoſtolica de latere Legatus. Ut erat inſignis in advocando, plures ſcripſit Juridicas

Conſultationes.

Laudatur *ab Antonio Campo lib.* 3. *hiſt. ad annum* 1583., & 84. qui memorat eodem loco Jacobum Putheum J.C. præclariſſimum.

In Regeſtis MS. Collegii.

De eodem *Sanſovinus in Hiſt.* ubi Cremonam inſinuat.

Cavitellus in Annal. ad ann. 1583.

Breſſianus in Coll.

Eod. Anno.

JOannes Bedullus Vitellianenſis ex Cremon. Diœceſi optimus J.C., ac Phœbo, & Muſis chariſſimus, de quo ſcripſit Columbanus Ballettus in ſuis Carminibus MS dum eidem verſus direxit hoc titulo

De libello Ælii Crotti Cremonenſis ad Joannem
Bedullum Vitellianenſem.

Sed ne te nugis pluribus morer meis,
Aut avocem te legum ſtudiis optimis,
In quæ indefeſſas incumbis noctu, & diu,
Veræ laudis cupidus, & veræ gloriæ &c.

Quantùm poeticis ſaperet, en Epigramma Bedulli præmiſſum libro memorati Crotti Farraginum inſcripto, Ferrariæ cuſo 1564.

Aonias habitare domos, & Palladis arces
Si cupis, Aſcræos, Mæonioſque lacus,
Si latebras Dryadum quæris, Phœbiq; receſſus
Alcæos colles, Pindaricumq; nemus;
Ælius *Aonidum decus immortale Sororum,*
Tutùm divino carmine pandit iter.

MDLXVII.

COlumbinus Raparius Can: Reg. Lateranenſis Abbas Eccleſię S. Petri de Pado CremonęTheologus,& Legum, Literarumve Hebrearum peritiſsimus. Quater ad Supremam Abb. Generalis dignitatem aſſumptus nempè annis 1549., 1557., 1561.,& 1565. accuratè evulgavit, quæ à Clariſſimis Viris conſcripta fuere opera pro ſua Religioſa Rep., & ne oblivione obſita deliteſcerent in unum collegit volumen, quibus titulum appoſuit.

Allegationes Diverſorum Doctiſſimorum J. C. in Cauſa Præcedentiæ Orta in Sacro Oecumenico Concilio Tridentino inter R. Abb., & Clericos Can. Reg. Ord. S. Auguſt. Congr. Lateran. Ac R. Abb., & Monachos Ord. S. Benedicti Congr. Caſſin. aliàs S. Juſtinæ de Padua; ac poſteà à S.mo D. N. Pio IV. Pont. Max. tribus S. R. E. Card. commiſſa. Quibus acceſſerunt jura utrinq; producta, ac ſententia lata ab eodem S. D. N. in favorem Can. Reg.—Cremonæ in fol. in Civitatis Palatio apud Vincentium Comitem 1567. *Marco Antonio Columnæ Card. Ampliſs. Ord. Can. Reg. Lat. Præſidi, ac Patrono Optimo Dic.*

S. Petri, Eccleſiam, dum eidem Abbas præſidebat, picturis egregiis, & auro affluenter exornavit, adeo ut inter inſigniora Orbis Terrarum delubra hæc poſſit adnumerari. Videtur & ejus effigies in Choro ad vivum expreſſa penicillis clariſſimi Boccacini de Boccaciis Cremonenſis. Obiit die 13. Martii 1570. ſeptuagenario major ſepultus in ſua Eccleſia.

Pennottus in Chor. Trip. lib. 3.

De eod. *Celſus Roſinus in ſuo Lyceo Later. ubi plura lib.* 3.

Comes Auguſt. Fontana in Amphit. Legali ſub lit. C. Vincentius de Conctis Cremonæ Typographus eidem dicavit opuſculum per eumdem excuſum de Paſſione Domini traductum à Jo: Petro Nazario anno 1564.

Franciſcus Zava in Epiſt. Nuncupatoria trium Epiſtolarum directa Matthæo Rapario.

Venturinus Vaſſallus Epigr. Sylva Ticini 1541. plura de Columbino.

Eod. Anno.

CAmillus Porrus Patritius Mediolanenſis Juriſperitiſſimus, Regius, & Ducalis Senator obita omnium plauſu Cremonenſi Prætura ex privilegio Civis effectus eſt. Prȩter opera legalia edidit.

Orationem in funere Iſabellę Hiſpaniarum Reginæ

Commendatur in Carminibus *Bernardini Baldini*, & in Atheneo Literatorum Mediol. *Abbatis Picenelli.*

Landus de Sen. Mediol. lib. 5. *pag. mihi* 183.

Hunc præterire non potui, cùm verè ſit noſter Civis, ut ex ſequenti diplomate.

Decuriones Civitatis Cremonæ.

ILl.^mus Dominus Camillus Porrus Mediolanenſis, qui ſuperiori biennio in hac Civitate Prætorio munere functus eſt, nos adeò ſibi devinxit, ut maximum crimen, inſignemq; labem ſubire nobis ipſis videremur, ſi eum abſq; aliquo amoris Teſt.º ob illius ergà noſtram Rempublicam merita, grataмq; animi ſignificationem, voluntatiſq; noſtræ propenſionem recedere pateremur; Nam ità caſtè, integrè, ac priſcè ſuas partes egit, Juriſdictionēq; adeò pacatam abſolvit, ut nihil ampliùs quiſquam, quod deſideret, habeat. Cùm enim ex Civili, Pontificioq; jure, cujus prudentia mirè admodùm præditus eſt recti, & æqui Judicis munia explorata optimè habuerit de controverſiis ſibi cōmiſſis; Non amore, non gratia, non cupiditate, non deniq; pretio, ſed veritate præſcripta Juris norma recta animi conſcientia judicavit, præcipuaq; illi cura fuit, ut juditiorum æquitate, ſuumquiſq; tenuerit, ut neque tenuiores expertes imbecillitate circumvenirentur, neq; locupletes ad ſua vel tuenda, vel recuperanda obeſſet invidia; tanta autem in rebus decernendis prudentia tanta in dicendis ſentētiis gravitate præſetulit, quantam Senatoria dignitas, qua inſignitus eſt, ſuo quodam jure poſtulat, tàm verò in vindicandis criminibus licet à Caſſiano Juditio non recederet, quod vel eo argumento palam eſt, quia cum plures facinoroſos Latrones, inſigneſq; Sicarios perfidia, inſidiis, proditione notatos, adeò viriliter pro ſcelerata atrocitate mulctavit, ut reliquos a malefitio abſtinuerit, Provinciamque perditiſſimis hominibus expurgavit. Tamen Juditiorum ſeveritatem ſumā lenitate quamprimis ornatus eſt temperata in animadvertendi moderatione præ oculis ſemper habuit, & quia non ignorabat Prætorem ipſum non mediocri laude dignum fore, ſi in Juriſdictione exercenda adminiſtros, qui de more aſciſcuntur, eos eligat, qui conſtanti fama ſummam doctrinæ, & integritatis laudem conſequantur. Cæſarem advocatum etiam Mediolanenſem, qui ſibi Jure dicundo adiutor eſſet (Vicarium appellant) & Camillum Caciam Novarien., qui reorum capitalium Quæſitorem ageret viros juriſprudentia, & rerum forenſium uſu præſtantiſſimos delegit, quod tàm præclarè, & exactè ſuum uterq; munus geſſerunt, ut nemini locum juſtè expoſtulandum (quod res ipſa docuit) reliquerunt, hæc nempè fuere cauſæ, quæ nos præfato Ill. Domino Camillo obſtrictos, atq; in perpetuum addictos reddideruut, quæ cum maximi faciendæ ſunt, tùm ne illa quidem poſtremo loco à nobis habenda eſt, quod is fuerit ab Illuſt. Domino Ludovico Porro progenitus, qui ex illo eodem Sacro Sancto Senatu, in quo filius ipſe cooptatus eſt huic Civitati cum poteſtate Prætoria ſuperioribus annis præfuit amabilis omnibus bonis, improbis verò, & nefariis formidoloſus, qui nobis ea virtutis exempla reliquit, quorum memoria animis noſtris impreſſa, nulla

umquam

„ unquam oblivio obſcuratura eſt. Ut igitur noſtræ erga ipſum
„ Ill.um Dominum Camillum benevolentiæ pignus aliquod, monu-
„ mentumq; appareat, quod poſſumus eum, ejuſque Filios, & de-
„ ſcendentes, & deſcendentium in infinitum, Conſilio Noſtro legi-
„ timè coacto, more majorum coràm Ill. Domino Aloyſio Pallatio
„ Senatore prudentiſſimo, & Proprætore Cremonæ meritiſſimo,
„ dum præturæ à præfato Ill. Domino Camillo geſtæ rationem ex-
„ poſcit, omnibus ad unum ſuffragiis, eò quod optimum excogitari
„ poteſt, Jure Civitatem noſtram donamus, Civemq; noſtrum ex
„ animo agnoſcimus, atque amplexamur omnibus cum honoribus,
„ commodis, prærogativis, quibus nos utimur, fruimur, vel frui
„ nobis licet, eiq; ac poſteris concedimus, aureos quinquaginta,
„ quos hac de cauſa ærario inferre, extructionemq; domus Florenis
„ aureis centum, ad quam pariter tenetur, libenter remittimus, cæ-
„ teris in hac re adhibitis, quæ in aliis hujuſcemodi ad unguem ſer-
„ vari ſolent, & dummodò & Ill.mus Princeps noſter, aut Ex.mus Sen.
„ conceſſionem hanc, quod non ambigimus, ratam habeat, & cujus
„ quidem benevolentiæ in eum noſtræ Teſtimonium inter acta
„ publica referri, atq; in hanc formam tranſcribi, ſignoq; Reipub.
„ noſtræ ſolito inſigniri juſſimus.
„ Dat. Cremonæ die Sabbati tertia decima Menſis Decembris 1567.

MDLXVIII.

FRanciſcus Zava in Vico Caſalis Morani agri Cremon. ad xiv. ab Urbe lapidem Bartholomæi, & Margaritæ de Lantiis filius, Marci Tarteſii Alumnus, doctrina præſtans, ac ſummi, & ſingularis ingenii, in ſtudiis bonarum artium maximè verſatus, ſciens munus nullum homini magis eſſe proprium, quàm ſua bona communicare cum cæteris, plurimumque utilitatis, & commodi ex ſe in alios profectum velle, Patriæ Adoleſcentibus præfuit Magiſter, degens in Vic. S. Antonini. Cremæ etiam quinquennium magnis precibus, & nobili ſtipendio ægrè victus, eruditionem publicè profeſſus eſt. Ad Cremonenſes ſuos demùm rediens, quod reliquum ſibi vitæ fuit, ære publico iterùm docuit. Permultis auxit rem literariam operibus, & ſpeciatim typis proſtant.

Oratio prò rei literariæ veteri inſtituto ſumendo, quam Julio Claro celeberrimo J. C. ex Ordine Senatorio Med. tunc Cremonæ Præturam regenti dicatam voluit. *Cremonæ excuſa apud Vinc. Comitem MDLXVIII.*

Oratio ad Decuriones Cremon. adverſus Gymnaſiarchiam. Ibidem, & primo anno 1562.

Oratio in Pub. Virgilium. Ibid.

Oratio qua liberalitatem Cremonenſium in Parentalibus multorum Illuſtrium Virorum Cremon. declarat. Ibidem.

Epiſtolarum Familiarium libri 8. Ibidem anno MDLXVIX.

Carminum libri Tres. Ibidem.

Epi-

Epiſtolarum Familiarium Tom. Secundus, libri XII.
De Diſceſſu ſuo Cremam libellus.
Carminum Variorum libri 4. *apud Chriſtophor. Draconiũ MDLXXV.*
Carmina Cremæ conſcripta. Ibidem anno 1578. *& alia* 1580.
Oratio de ejus Cremam ad literas humaniores profitendum diſceſſu, & ejuſdem in Patriam reditu.
Gratiarum actio ad Decuriones Cremonenſes pro Gymnaſiarchia.
Oratio de Amicitia in exortu Interpretationis IX. Æneid. Ibidem apud eumdem 1581.
Rerum Illuſtrium Tom. Secundus. Ibidem 1585.
Illuſtr. Civitatis Cremonę Gratulatio pro adventu Reverendiſs. & Illuſtriſs. Cæſaris Speciani Epiſc. Cremon. Ibid. apud eund. 1591.

Commentarios in Cæſaris, & rerum Gallicarum, & Civilium ſcripſerat, quos eidem furto ſubtractos innuit in Epiſt. Tito Amalthæo conſcripta lib. 8. pag. mihi 230.

Fertur etiam italicè alios conſcripſiſſe libros, quos quidem non vidimus. Tres habuit Uxores, quas ſuis carminibus comẽdat, & præcipuè Barbaram Brumanam, ex qua Baſilium exindè Cathedralis Cremonæ Canonicum, & Felicianum Filios in iiſdem carminibus laudatos ſuſcepit. Præclariſſimorum in literis hominum ſuo ævo addictiſſimè amicitiam excoluit, & præcipuè cum Carolo Sigonio, Aldo, & Paulo Manutiis, Antonio Bendinello, Rolando à Valle, Daniele Barbaro, Sebaſtiano Corrado, M. Antonio Majoragio, Mario Nizolio, & aliis, ut ex ejus epiſtolis.

Contrà ejuſdem Zavæ orationem adverſus Gymnaſiarchiam inſurrexerunt Vincentius Vectiolus, & Fabius Faballus Rethores Cremonenſes, ut ſuis locis dicemus.

Laudatur ab Alemanio Fino Cremenſi occaſione qua eidem nuncupat vigeſimam ex ſuis diſſertationibus *Seriane* inſcriptis, ubi inani verborum luxu, ait, Cremam non fuiſſe ædificatam à Cremonenſibus, quando nullus ex Cremonenſibus ſibi ſimile ſomniũ effinxit.

Eod. Anno.

JOannes Botta, Docto Patre, ſcilicèt Aſcanio J. C. natus, ſummo vir ingenio, ac incredibili doctrina, & in Patria Togatorum præſtantiſſimus erat, ac Decurio. Ticinenſis Urbis Prætor annis 1562. & 63. poſtmodùm ad Ariminenſis Civitatis gubernium Maximi Rom. Pontificis Pii IV. voto translatus, omnibus opis, atq; conſilii egentibus in ſua humanitate, & ſapientia paratum aſylum exhibuit. Ex legalibus lucubrationibus, quibus optimè enituit, ſunt edita hoc titulo in fol.

Conſilia, ſivè Reſponſa Domini Jo: Bottæ Cremonenſis J. C. Clariſſimi, ſummique Cauſarum Patroni, quibus abſtruſæ plurimæ juris materiæ, & innumera ſcitu digna notantur, opus omnibus forum agentibus utiliſſimum, nunc primùm in lucem edita, cum ſummariis, ac indice copioſiſſimo &c. Venetiis apud Franciſcum Zilettum 1584.

Auctor

Auctor ea dicavit Veſpaſiano Gonzagæ Columnæ Sablonetæ, ac Trajecti Duci &c. in Epiſtola verò nuncupatoria inter alia hæc leguntur.

PAulus Carolus, & reliqui Fratres mei chariſſimi, ſuſceptis inimicitiis cum civibus noſtris Viris fortiſſimis, exilio affecti, eo tempore in tuam fiduciam tranſierunt, cùm eos in urbem tuam Sablonetam, quaſi in portum tranquillitatis tutiſſimum ex vehementis tempeſtatis naufragio ſeſe recipientes, ultrò defendendos accepiſti, & ex patria ejectos, apud te commorantes, omni liberalitatis, & Officii genere es proſecutus. Ego etiam poſt Ticinenſem Præturam Gubernator Arimini declaratus, & tunc illic commorans, te forte iter illàc habentem, & mutatis ad celeritatem equis, Trajectum cùm Viris nobiliſſimis contendentem, Officii cauſa conveni, illo congreſſu me ità hilari vultu, ea comitate, humanitate excepiſti, ut etiam illa inuſitata, incredibiliq; ſermonis lenitate liberaliſſimè tractatus, me in fidem tuam acceptum fuiſſe poſt illud tempus mihi ſemper perſuaſerim &c.

Ejuſdem memoriam agunt *M. Georgius Draudius in Bibl. Claſſ. libr. Juridic.*

Antonius Campus hiſt. lib. 3.

Faballus in orat.

Vectiolus in orat. pro Gymnaſiarcho deligendo.

Zava in Epicedio Comitis Covi.

Lamus in Somnio Cant. 2.

Sanſovinus in Hiſt. Italiæ loqu. de Cremona, præter innumeros Legum Doctores ejuſdem Bottæ Conſilia recolentes, eaque ſemper laudantes, ut delphica Oracula.

Alter Joannes ex hac familia floruit, Ducalis Magiſter, ut ajunt, Intratarum Ordinariarum Mediolani anno circiter 1470. ut *ex Sylva MS. J. C. Sitoni*. Et ex Bernardino Corio in Hiſt. Med., qui anno 1471., & 1481. eum ſcribit fuiſſe Mediol. Annonæ Præfectū.

In literis Franciſci Francorum Regis, ac Med. Ducis, in quibus gratiam generalem concedit nonnullis Subditis partium Sfortianarum aſſeclis, ultrò in diverſas partes exulibus, ut poſſent ad proprias urbes redire, in ſpecie ex nominantur Nob. DD. Manfredus Pallavicinus, Joannes Botta, Matthæus de Buſſeto, Lud. & Fratres de Salerno. Sunt datæ Pariſiis 1517. ſignat. Detreſcilli &c. referuntur in Sylva eiuſdem J. C. Sitoni.

Eod. Anno.

ONuphrius Panvinius Nobilis Veronenſis, verùm ab Urbe noſtra Cremonenſi oriundus, Magnus ille Antiquitatis Aſſertor, & Helluo fuit, ità *B. Bruſchus* in elogio Onuphrii ejus de Ludis, & Triumphis præimpreſſo.

Is, ſcilicèt Panuinius, *generoſa perantiquæ familiæ ſtirpe oriundus, quæ annis abhinc quadringentis Cremona Veronam demigravit.*

Abbas

Abb. Hier. Ghilinus in ſuo Theatro Vir. Illuſtrium Tom. lit. O. Italico ſermone hæc habet. *Verona Città famoſa della Rep. di Venezia, nella Marca Trivigiana diede al mondo Onofrio Panvinio ſuo Gentilbuomo, il quale traeva però l'origine della ſua Nobile, & antica famiglia della Città di Cremona, ove alcuni di eſſa caſata continuano à queſti tempi con iſplendore l' habitazione &c.*

P. Philippus Elſſius in Encomiaſt. Auguſtiniano id confirmat; verùm aliquid majus addit nobis *Fhreberus Norimbergenſis in Theat. Hom. Illuſt. Tom* 4. *pag.* 1464. ſcribendo Panvinium à Cremonenſi genitore natum, cujus rei ſit fides pænès Auctorem illum, cum id nobis pro veritate non conſtet.

Eruditiſſima tanti Hominis opera typis excuſa, quamvis à memorato Ghilino recenſeantur (ut nobiliſſimæ Veronenſi Civitati morem geram, cujus etiam Cives cùm Cremonenſibus tot olim fœderibus, ac amicitiæ nexibus obſtricti fuere) hic repetere non pigeat.

De Summis Pontificibus, & S. R. E. Cardinalibus Chronicon Eccleſiaſticum à C. Julii Cæſaris Dictatoris Imperio uſq; ad Imper. Maximilianum II.

Faſtorum lib. 5. à Romulo Rege uſq; ad Imp. Cæſarem Carolum V.

In Faſtorum libros Commentarii.

In Faſtos Conſulares. Appendix. lib. 3., & ſcilicet.

De Ludis Sæcularibus. De Sybillis, & Carminibus Sybillinis, ac de Antiquis Romanorum nominibus.

Reip. Romanæ Commentarium lib. 3.

Romanorum Principum, & eorum quorum maxima in Italia Imperia fuerunt lib. 4.

De Comitiis Imperatoriis liber.

De Urbis Veronæ Viris Doctrina, & bellica Virtute illuſtribus.

De Epiſcopatibus, Titulis, & Diaconiis Cardinalium.

De Primatu Petri, & Apoſtolicæ Sedis Poteſtate.

Vitæ Patriarcharum quatuor primarum ſedium.

De præcipuis Urbis Romæ, Sanctioribuſq; Baſilicis, quas ſeptem Eccleſias vulgò vocant.

Viginti ſeptem Pontificum Romanorum Elogia, & Imagines.

De antiquo ritu baptizandi Cathecumenos.

De origine benedicendi imagines Cereas, quæ Agnus Dei vocantur.

De ritu ſepelliendi mortuos apud Veteres Chriſtianos, & cœmeteriis eorumdem.

De triumpho, & ludis Circenſibus.

Chronicon Ordinis Eremitarum à D. Auguſtini tempore uſquè ad ann. 1500.

Interpretatio multarum rerum Eccleſiaſticarum, quæ obſcuræ, vel barbaræ videntur.

Ex MS. extant.

De Eccleſia, Baptiſterio, & Patriarchio Lateranenſi.

Hiſtoria Familiæ Frangipanæ lib. 4.
Hiſtoria Familiæ Sabellæ lib. 4.
Hiſtoria Familiæ Maximorum lib. 1.
Hiſtoria Familiæ Cenciorum lib. 2.
Hiſtoria Familiæ Mathæorum.
De origine ſeptem Sacrorum Ordinum lib. 1.
Collecta è viginti libris Ritualibus, ſivè Ceremonialibus de Sacrificio Miſſæ.
De Creationibus Sum. Pontif. dequè morte ipſorum interregno, legibus ea de re ſancitis à S. Petro uſquè ad Pium IV.
De origine Cardinalatus.
De antiquis, & recenſioribus Eccleſiis, Monaſteriis, Oratoriis, Cœmeteriis, & aliis Piis Locis Urbis Romæ.
Breve Judicium de Hiſtoricis antiquis Latinis, & Græcis.
De antiquis Urbis Romę ędificiis.
De Antiquorum Superſtitione, Sacrificiis, Auguriis, Haruſpitiis, ſortibus, ſacris Epulis.
De Porticibus unà cùm tribus millibus Inſcriptionibus Romanis lib. 10.
De Antiquis Inſtitutis, Artibus, Ceremoniis, & Uſibus Eccleſię Romanæ.
De Antiquis Officiis, & Magiſtatibus Urbis Romę.
Brevis Collectio Conciliorum Generalium, & Provincialium.
Vitæ Archiepiſcoporum, & Primatuum Primariarum Eccleſiarum Occidentis, Aquilejæ, Gradus, Ravennæ, Mediolani, Maguntiæ, Treveris, Coloniæ, Toleti, Canturberii, Senonenſis, Lugduni, Carthaginis, & ejuſmodi aliarum.
Hiſtoria Ordinis Eremitarum, & de Origine aliorum Ordinum Religioſorum, qui ſunt apud Chriſtianos.
Hiſtoria Eccleſiaſtica Univerſalis.
Breviarium Imperii Romani cùm iis, quæ pace, bellove geſta ſunt Romæ, & Foris à Romulo uſquè ad Juſtinianum Imp.
Volumen, quo Univerſus Mundi ſtatus deſcribitur, tàm iis, quæ ad Religionem, quàm ad Politiam ſpectant.

Alia quidem plura ſcripſiſſe fertur, aliaque permulta ſcripſiſſet, ni ætate annorum, tantum, triginta novem in Civitate Panormitana occubuiſſet ſeptima die Aprilis anni 1568., ut dicitur, ibi apud ſuos Auguſtinianos ſepultus. Innumeri eum laudant ſcriptores.

Ex ſtirpe Panvinia Cremonenſi prę cæteris floruere anno 1000 Adalbertus ex Monacho Divi Benedicti Ep. Veronenſis, ac Homobonus J.C. Thomæ Sabaudiæ Ducis a Conſiliis 1295. ut refert *Breſſianus in Roſ. & Violis, ac in Colleg. J.C.* & à nobis memoratus in primo volumine.

❉)§(❉

Joan-

Eod. Anno LXVIII.

JOannes Crottius, ſed meliùs Crottus hiſce fermè temporibus alma in Urbe eloquentia præclarus ſcripſit (Orationem ad laudem Sanctorum Petri, & Marcellini Cremonæ ex Tutelaribus) cujus MS. extare in Bibliotheca Vallicellana Romæ innuit *Raynaldus* Continuatur ad Baronium ſub anno 1213. n. 17. & ſeq. & ab ea, quæ ſubnectuntur verbum deprompſit à me iterùm in Tanti Oratoris memoriam, & Cremonenſium inſignem Triumphum relata; verùm hic non nulla anteponere eſt pernecesſè.

„Hic verò nos de profligatis Othonis (ſcilicet Othonis de Mandello) fautoribus, iiſdemq; fidelium communione motis ſimillima annectemus. Mediolanenſes, inquit Patavinus Monachus, qui partem Othonis fovebant cum exercitu infinito ſuper diſtrictum Cremonenſium irruerunt, quibus Cremonenſes, qui exaltationem Principis Friderici ſummo deſiderio affectabant, apud Caſtrum Leonis viriliter occurrerunt, inceptoq; bello in die Pentecoſtes, Mediolanenſes terga vertentes, militum, & peditum non modicam quantitatem ſimul cum Carrotio amiſerunt. Hæc ille. Quibus conſentanea Rigordus, atq; ex eo S. Antoninus, & Bellovacenſis tradidere prælium die ipſa Pentecoſtes initum, cum tamen Cremonenſes tum ob diei Sanctitatem, tum ob Tutelarium Martyrum Marcellini, & Petri ſolemne feſtum eo die recurrens per legatos flagitaſſent, ut certamen in diem alterũ differretur; quorum religionem fucatæ Hypocriſis, ac ſocordiæ Mediolanenſes damnarunt, quæ Joannes Crottius fuſo, & eleganti ſtylo proſecutus, ubi ter fractos Cremonenſes depinxit, Ducis oratione in gradum reſtitutos, atq; ad novum redintegrandum prælium adductos, Marcellini, ac Petri Martyrum cœleſti ope pulcherrimam victoriam de potentiſſimo, jamq; toties victore hoſte, qui religionem Cremonenſium in ſanctis illis tutellaribus colendis, auxilioque ab iis flagitando, expectandoq; fiduciam irriſerat, divinitus retuliſſe deſcribit. Hæc dicentem Ducem ſcilicet Cremonenſium, confuſa militum invicem ſe ſe adhortantium, oſculantium, complectentium, frendenſque murmuratio interpellavit verbo, nutu, ſignis, brachiiſque in aera jactatis, atteſtantium ſe ſe non lætam de hoſtibus victoriam relaturos: condenſati omnes, & in cuneos conglobati reaſumptis viribus in Othonem Mandellum çontendunt, velutique bellatores integri pugnam magno ſpiritu renovare ſtudent. Utraque acies non longè diſtans ſigno in hoſtes dato ſe ſe viciſſim efferatis animis cruentare exardeſcebat, ecce viſitat Cremonam Oriens ex alto, & tamquam excitatus à ſomno Dominus, poſt multiplicem afflictionem, ſereno benignitatis ſuæ vultu, vires Cremonenſium procumbentes, collabenteſq; reſpexit: quippè gemini Adoleſcentes venuſtiſſimi, nuſquam aliàs in agmine eorum con-

„ ſpecti, forma mortali auguſtiores præſtò adſunt, qui niveis indu-
„ ti ſagulis, & candidiſſimis inſidentes equis, Aribertenſes confli-
„ cturos procedebant. Quibus viſis Abbas Ceretenſis voce into-
„ nat, Martyres Dei Sacroſanctos, Marcellinum, & Petrum, ſub
„ humana ſpecie illa diviniori, in auxilium deſuper miſſos: Popu-
„ lus Cremonenſis oratione Beltrami fiducia plenus, eos Juvenes
„ mirabili fulgore niteſcentes, tamquàm cælites ſuos flagrantiùs
„ invocavit.

„ Proſiliunt deſtinata æqualitèr mente in prælium compoſitæ utrin-
„ que catervæ, miles militi barbarica rabie manum conſerturus im-
„ miſcetur. Verùm diù hoſtis noxius præſentiam illorum adole-
„ ſcentium, ſplendore nimio exhorreſcendam ſuſtinere nequivit,
„ confeſtim palpitans, & tremiſcens ictus ſimiles conanti leviſſi-
„ mos incutit, genua labuntur, oculi obtenebrantur, crinis riget
„ totus deniquè æſtuat, alget, ſenſu caret, penitùs ira in terram
„ collabitur, ut facillimè Cremonenſis turbas Mediolanenſes, ma-
„ jori ex parte geminis impellentibus proſtratas tamquàm pænam
„ ſpreti Numinis luituras pro libito capere, & vincere poſſet. Faci-
„ mus vix apud poſteros fidem habiturum? prodigium oraculo te-
„ ſtium infinitorum vivaci corroboratum? Inſubres triplici palma
„ recentiori intumeſcentes, ac nihil mali, nervis tantarum natio-
„ num ſubnixi, extimeſcentes, tamquàm hallucinantes, ſuique
„ quodamodo obliti, primum in maximo numero, ut imbelles fæ-
„ mellæ, catervatim capiuntur, primum terga vertere compellun-
„ tur, taliſque fugientium pavor, celerque, & tumultuoſa feſtina-
„ tio, ut uno in modum denſæ caliginis alteri conſtipato ſeſe invi-
„ cem impedirent, ac ſi qui paulò expeditiores præcurrerant, om-
„ nibus certatim ad pontem Serii rivi confluentibus miſerabiliter
„ in alveum propellerentur: Equites palabundi nequaquam com-
„ modiorem amnis partem inquirentes tranare feſtinant, pedites
„ ex citeriori ripa deorſum ſeſe mittentes, ad ulteriorem fluminis
„ ſanguine ſpumeſcentis oram anhelant: Cæterùm pars eorum ſe-
„ mivivorum vix extremum ripæ marginem tangit, pars aquarum
„ vorticibus convoluta demergitur, equi dominis excuſſis, multi
„ hinnientes paſſim, hac, & illac curſitantes, detrimenta accolis va-
„ ſtatis magnificè compenſant: hic dilapſus proximis ſylvis oculta-
„ tur, ille in ſaltibus, ac paludibus deliteſcit, alius exanimis per fa-
„ cile, ab inſequentibus prehenditur: aliùs clypeos, torques, lori-
„ cas, caſſides, buccolas, enſes, brachialia ſpontè dimittit: qui-
„ dam corpora ſua, manuſq; ligandas victori ſupplices dedunt, vi-
„ tam molioribus jam verbis ſuam iniquam ſortem excuſantibus
„ exorant &c. Specioſiſſimi duo, & albicantes illi propugnatores,
„ domi, foriſque accuratius perquiſiti, minimè reperti ſunt, quos
„ Marcellinum, & Petrum invictos Dei Pugiles extitiſſe prò con-
„ ſtanti omnium juditio habitum eſt.

„ Inter cætera hujus gratiæ Cæleſtis indicia potiùs oculatiſſima, &
aper-

„ apertiſſima teſtimonia proditũ eſt memoriæ, quod ennixiùs orãte
„ imbelli multitudine in æde D. Thomæ dum prima acies Lauren-
„ tiana pugnaret, tria luminaria ex duodecim, æternam famam in
„ honorem Apoſtolorum Chriſti, & Martyrum ibi ſepultarum
„ teſtantia, nullo ſpiritu ſufflante extincta ſunt. Totidem quoq;
„ in miſeranda turmæ Natalenſis ſtrage nulla evidenti cauſa, niſi,
„ quam poſteà exitus patefecit, lucem in tenebras commutarunt,
„ etiam non diſſimilè ſpectaculum ruinam tertiæ Choortis plebi
„ urbanæ ingemiſcenti, præmonſtravit; cum autem minor Ariber-
„ tenſis regio in aciem deſcenſura foret, & tantùm, quarta portio
„ lucernarum conflagraret, quæ priùs defecerant, lampades novem
„ iterum ſuperno nutu ſubitaneo igne coruſcarunt, ſtatimq; toto
„ inſpectante populo duæ Columbæ candidiores nive arcam Divo-
„ rum Glorioſorum egrediuntur, quæ per anteriores delubri fores
„ loca verſus Caſtrorum volitantes non multò poſt ad eumdem tu-
„ mulum ſacroſanctum lacrymis Nobilium, plebiſque madefa-
„ ctum reverſæ protinus evanuere. Pop. Cremon. eo ſigno cæleſti
„ poſt horam nonam viſo omnes, Victoriam, Victoriam excla-
„ mare, gratulatio altiſſima inceſſanter fieri cæpta, clamorq; ad ſy-
„ dera exaudiri, quamvis fama certior rei feliciter geſtæ nondum
„ emanaſſet. Ità Cremonenſis tot cladibus conflictatus partim ca-
„ ptus, partim trucidatus, potentiaque mundana, quaſi efætus
„ clariſſimum triumphum interceſſione SS. Martyrum aſſecu-
„ tus eſt, &c.

Eod. Anno.

ANntonius Muſſus non tantùm militaribus, quantùm poeticis, aliiſvè ſtudiis honeſtiſſimis deditus, Patavii apud Chriſtophorum Griphium edidit italicè, quàm plura ſcripta Carmina hoc titulo.

Inſtitutione di vivere morale, e Catbolico del Capitanio Antonio Muſſio Nob. Cremoneſe con un breve diſcorſo del Capitano di Guerra, Iſcrittione delle Vanitati di tutte le coſe, che nel Mondo ſi prezzano, Trattati di Fortuna, Fato, Sorte, Caſo, & Accidente, della mortalità, e della morte, della divina providenza, del diverſo ordine della divina, & humana giuſtitia, del libero arbitrio, e della Gratia, & della Compaſſibilitate della Preſenza d' Iddio con eſſo, un' inſegnamento canonico del vero modo come ſi ſalviamo, &c.

Non eſt omitenda animadverſio, quam legentibus præmittit Aloyſius del Portello, ibidem vulgata, in qua peregregiè noſter Auctor laudatur, & approbatur ab Inſignioribus in gymnaſio Patavino, tùm Theologiæ, Philoſophiæ, Legum, ac humaniorum literarum Profeſſoribus, & ſcilicet præter alios à Mantua, à Robortello, & à Tomitano. In eadem habentur hæc verba. *Pigliarò ardire, e baldanza d' invitar tutti i miei Amici, & altri Profeſſori delle ſcienze à non ritrarſi punto d' enviarſi con me alla reviſione di tale, e tan-*

ta

ta opera da chi la legge per un nuovo Dante conoſciuta, & approvata à cui perpetua vita prometteſi &c. opus per Auctorem dicatur Alphonſo Eſtenſi II. Ferrariæ Duci, quem etiam ſuis carminibus laudat, ex quibus etiam facilè colligi poteſt diuturnè Muſſum verſatum fuiſſe Venetiis cum nonnullis Patritiis Cremonenſibus ab eo commendatis, & ſcilicet Hieronymo Picenardo, Joanne Franciſco Oſcaſali, Joanne Maria Foliato, ac Joanne Baptiſta Sfondrato. Hiſce fermè temporibus ſanctitate, ac miraculis clarus florebat Ven. Andreas Muſſus Capucinus, quem exprimit, & laudibus effert P. Carolus de Arembergh. in floribus Seraphicis p. 2. pag. 247. & 48. ubi incipit. *Frater Andreas Cremonenſis Sacerdos ex Nobili Muſſorum ſtirpe progenitus, cum ſeculo in virili ætate valedixiſſet auſteriores inter Capucinos vitæ genus exorſus abſtinentiæ, & paupertatis eximius cultor fuit &c. Spiritum Deo reddidit anno* 1594.

MDLXIX.

BArtholomæus Scalvus homo multi ſtudii, atq; in bonarum, piarumq; diſciplinarum opere frequens, fuit à ſecretis, ſeù potiùs Amicus intimus celeberrimi Pręſulis Hieronymi Vidę Albæ Epiſcopi, cui ſummè carus extitit. Mox Conſervator Ordinum Patriæ Reipublicæ, Demum Albam cum tota familia ſe conferens Albanam enim duxerat Uxorem, ibi deceſſit pridiè Kal. Octobris 1583. optimæ frugis libros edidit cùm latinè, tùm italicè.

Meditatio ſpiritualis omni Chriſti ſectatori ſaluberrima, qui ſui memor diſcuſſa conſcientia cum Deo in gratiam redire velit Cremonæ 1567. In hoc libro præcepta decaloghi, aliaq; ad orthodoxam doctrinam ſpectantia luculenter, & religiosè tractantur.

Roſariæ Preces ad glorioſam Dei Genitricem M. V. meditationibus auctæ ad vitæ Chriſti, ejuſdemq; Matris repetendam memoriam. Mediolani 1569.

Ricordi, e documenti ſpirituali di un Padre di famiglia al ſuo figliuolo, ed à ſuo eſempio ad ogni fedel ſervo, e ſerva di Chriſto N. S. per la riformatione, & inſtitutione di vita, e morte Chriſtiana &c. Cremonæ apud Chriſtoph. Draconium 1576. Nuncupatur Nicolao Sfondrato tunc Cremonæ Ep. In veſtibulo libri carmina Italica Alexandri Lami, & Romani Burgi leguntur ad laudem operis.

Meditationi devotiſſime ſopra la vera Vite Chriſto, formate nel trattato latino de Paſſione Domini del divoto S. Bernardo, con alcuni eccitamenti all'anima Chriſtiana alla cognitione, & emendatione propria all'amore di Chriſto, ed alla cognitione della dignità dello ſtato Virginale. Venetiis apud Petrum Debuchinum 1578.

Typis Veneti Dominici, & Joannis Baptiſtæ Fratrum de Guerrà anno 1583. ab eodem Auctore vulgata fuit traductio libri inſcripti Roſariæ Præces hoc titulo.

Meditationi del Roſario della glorioſa M. V. nuovamente riſtampate con figure à ciaſcuna meditatione accomodate, cui ſubnectuntur

in

in fine. *Brievi delle Indulgenze, e Gratie conceſſe da Sommi Pontef. alla Compagnia del Santiſs. Roſario.*

Omnia hæc opera penès me inter apolecta ſervantur, quorum tria poſtremò loco recenſita fuere ab Auctore Viro affatim Pio dicata S.R.E. Card. glorioſiſſimo Carolo Borromæo modò in Apotheoſim relato, cujus erat genio, & obſequiis addictus.

De eod. *Ant. Campus Hiſt. lib.* 3. ad annum 1583., qui præter opera adducta recenſet. ſcripſiſſe Scalvum

Infiammatorio dell' amor divino

Eccitamento dell'anima.

Meminerunt ejuſdem, & ſumma cum laude *Cavitellus in Annal.*

Alex. Lamus in ſomnio cant. 3.

Zava in Epicedio Comitis Octavii Covi.

Breſſianus Junior in Coll. Notar. Cremonæ in quo, ut aſſeritur, fuit Scalvus aggregatus anno 1551.

Eod. Anno.

THimoteus Cremonenſis, ſivè de Pandino Diœceſis Cremon. Auguſtiniani Ordinis aſſecla Prioratum Cænob. Cremonenſis anno 1558. adminiſtravit, definitor pluries, ac ſuæ Congregationis Inſubriæ Viſitator, prædicationis dono adeò floruit, ut celeberrimi ſua tempeſtate Concionatoris nomen ſibi in Chriſtiano Orbe comparaverit. Compoſuit Vir clariſſimus.

Concionum pro Quadrageſima volum. 4.

Videndi ſunt de eo ſcribentes *Elſſius in Encom. Auguſt.*

De Herera lit. T. de Perſ. Illuſtr.

Donatus Calvus in mem. Hiſt. ſub annis 1555. 56. 58. 59.

Torellus in ſæcul. Auguſt. Tom. 8 *ann.* 1569. *num.* 26.

Thimoteus iſte non ſine gravi lapſu confunditur à *Cavitello* noſtro in Annal. ad ann. 1569. cum Theophilo ejuſdem Ord. Auguſt. Viro eximio ſuæ Congregat. Generali Vicario, ac Evangelico excelſi Nominis Oratore, qui hoc anno 1569 cum in noſtra Cathedrali Eccleſia ſermones Quadrageſimales haberet, tantus fuit illius eloquentię ardor, ut unica tantum vice ad ſubveniendum Mendicis, ac præcipuè miſerrimis ægrotantibus, ex Auditorio ſuo ad veram pietatem cōmoto aureos bis mille receperit. Hac de cauſa cum illamet die verè albo ſignanda lapillo, alii quindecim mille Coronatorum nummi argentei, Theophilo ſuadente per Epiſcopum, ac Urbis Gubernatorem collecti Civiū eleemoſynis fuiſſent, initium habuit domus Hoſpitalis, quæ deſperato morbo laborantes, ac Mendicos ſuſcipit in Vicinia S. Appollinaris ſub titulo S. Alexii, cui additis Familiæ Dulciæ proventibus, aliiſvè reditibus, primum inter pias Ædes poſt majus Patriæ Xenodochium locum occupat, tercentum, & ultrà utriuſq; ſexus infirmis, & pauperibus quotidiè alimenta, & opes ferendo. Effigies tanti Operis Inſtitutoris iiſdem in Ædibus, Nobilium Regentium conſilio, meritò effulget.

get. Corrigendus eſt etiam *Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonæ, ubi de S. Alexio*, Theophilum perperam vocando, ex familia Trivina cum eſſet de Gallinonis ex Oppido Trivii vulgò Triviglio propè Caravagium, de quo latè allegatus *Calvus* ad an. 1569.

MDLXX.

JOſeph Oliva multiplici eruditione inſignis, ac præcipuè poeticis literis, & Oratoriis excultus, Præpoſitus Ædium S. Michaelis in Patria, cui Nicolaus Sfondratus Cremonæ Pontifex exindè Maximus in toto terrarum Orbe, Vicariam, eamq; ſummam rerum ſacrarum fidem in hiſce, quæ ad Sanctimoniales attinent multos annos habuit. Aloyſii Lippomani Veronenſis Antiſtitis doctrina, ac ſanctitate celeberrimi ſocius eligitur cum Pauli IV. Decreto Lituaniæ legationem obivit in Tridentino Concilio, non ſemel, diſputando hujus incredibilem, ac penè divinam dicendi vim ſanctiſſi ni illi PP. admirati fuere. Romam vocatus à Michaele Ghiſlerio S.R.E. Cardinali, qui in Sede Petri Pius V. ſanctiſſimæ recordat.[s] Maximus Pont. enituit, ut ei ab Epiſtolis munus demandaret, mala preſſus valetudine illud etſi invitò animo ſubire, haud potuit. vulgavit. *Epiſtolarum Libellum ad S.*[mum] *Pont. Pium V.*

Epigrammata,

Orationes,

Diſputationes in materiis Caſuum Conſcientiæ.

Lamus in ſomnio cant. 3. Laudat Joſephum Olivam ubi

Giuſeppe Uliva, la cui ſtirpe in pura
E larga vena humor Pegaſeo inonda,
Che di Minerva eſſendo alta Fattura
Gli è ogn' alma muſa ai ſuoi deſir ſeconda &c.

Breſſian. in V. R.

Zava in Carmin. lib. 2., & in Epiſt. famil.

In Veſtibulo Annalium editorum Ludovici Cavitelli unum noſtri Olivæ egregium legitur Epigramma.

Eod. Anno.

CAmillus de Bernardis perſpecta facundia carminibus rhytmo ſolutis, italicè vertit integram Chriſtiadem M. Hieronymi Vidæ fideliſſima quidem, & ſervili methodo opus hoc MS. ſervatur in Claſſenſi Bibliotheca Ravennæ ibi dono datum à Petro Canneto Abbate Camaldulenſi ſæpè laudato Amico noſtro humaniſſimo hujus titulus eſt.

Chriſtiade del Vida Cremoneſe tradotto da Camillo Bernardo ſuo Patriota.

Eod. Anno.

JO: Thomas Muſconius ex Oppido Inſigni Soncini artium, ac medicinæ Doctor, pariter, & Poeta, doctrina, gravitate, ac prudentia admirabilis ſcripſit

Hymnos

Hymnos de rebus divinis
Epigrammaton lib. 2.
Elegiarum lib. 2.
Epitaphiorum lib. 2.

Hæc prælo tradita fuere à Paulo Muſconio ejus Filio, de quo inferiori loco, anno 1583 typis Petri Mariæ Marchetti, eaque inſcripſit Maximiliano Stampæ II. Soncini Marchioni III Ripaltæ Comiti &c. inter cætera, quæ in Epiſt. nuncupatoria leguntur, exſcribere non negligam, quæ ad laudem Soncini juremeritò habentur. *Eſt quidem hoc Oppidum Soncinum in Gallia Ciſalpina longè nobiliſſimum, natura, & opere munitum, fluminum opportunitate, aeris ſalubritate, agrorum ubertate, & omnium rerum, quæ ad vitæ commoditatem pertinent, copia commendatum, rei militaris ſtudio clarum, multis Romanorum Imp. judiciis, & beneficiis, quæ perpetuis literarum monumentis conſignata ſunt ob ſingularem fidem, & operam, in omni temporum varietate egregiè navatam honeſtatum, multis quoq; pacis artibus maximè inſigne, antiquitate propè venerandum, Civium genere, & frequentia laudatum, Incolarumq; multitudine ſemper refertum, ut nunquam non ſtipatæ agminibus vi, tùm noſtrorum, tùm externorum, qui hùc negotiandi cauſa commeant, vix aditum relinquant, ut multas Urbes Italiæ honeſtas, illas quidem, & majoribus titulis decoratas, aut æquet, aut etiam anteat, &c.*

Muſconii meminerunt *Honorius Dominicus Caramella in Muſæo Illuſtr. Poetarum Venetiis* 1651.

Ranutius Gherus, ſivè Janus Grutherus in delitiis ducentum Poetarum Italorum p 2. pag. 79 exſcribit Muſconii Epigrammata ad num. 46.

Laurentius Legatus in Muſæo Coſpiano lib. 2. cap. 3.

Eod. Anno.

GAleatius Melius in carminibus exarrandis optimè excelluit, ut de eodem ſcripſerit *Franciſcus Zava in ſuis Carmin.* inter cætera

At tu, cui Muſæ aſpirant, & flavus Apollo,
Cui deſunt curæ, grata quieſq; datur.
Inter qui Dryadas lætus, Faunumque Jocoſum
Verſaris, ſcribe huc, quid tua Muſa canat &c.
Jamq; vale Phœbi, & Muſarum gloria magna &c.

Plura Galeatium ad ejus ingenii perpetuitatem emiſiſſe arguendum eſt ab his verſibus *Alex. Lami in ſomnio cant. 2. pag.* 42.

Miragli 'l Melio poi Galeazzo à canto
Dei cui ſcritti ſi fà conſerva, e hiſtoria.

Eod. Anno.

CAnonici Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ titulis, ac virtute Reverendiſſimi memorantur à *Laurentio Surio Carthuſiano in libro de probatis Sanctorum Hiſtoriis Tom.* 6. hiſce notis.

Vita S. Homoboni Civis Cremonenſis cultiori ſtylo ſcripta, à Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Cremon. Viris doctiſſimis directa Nicolao Sfondrato Epiſcopo Vigilantiſſimo Crem. vii. Idus Novembris 1570. cujus operis nuncupatoriam Epiſtolam ſubnectere nobis allubeſcit.

„ NUlla unquam fuit benè conſtituta in terris Reſpublica, digniſſi-
„ me Antiſtes, quæ inſignium Virorum memoriam, qui Eg.^iis^,
„ vel belli, vel pacis artibus partam ſibi gloriam poteſtatis, ac Pa-
„ triæ tradiderunt publico aliquo, atq; eo ampliſſimo monumento
„ conſecrandi non putarint, ut divinis illos propè honoribus pro-
„ ſequendo, & præclaram benemeritis referret gratiam, & Juve-
„ num animos ad imitandum vehementiſſimè accenderet. Qua
„ quidem in re, dum ſe invicem alius alium vincere piè, & glorioſè
„ contendit, factum eſt, utque Urbiũ faciem, Civitatumq; mores,
„ ac inſtituta excolantur, maximè ea ferè ſuũ hinc cœperint initium,
„ veluti gymnaſia, feſti dies, ludi, Theatra, Statuæ, Apotheoſes,
„ & alia innumerabilia, ſed nil tamen potuit, aut ad temporis diu-
„ turnitatem, aut ad majorem nominis claritatem, aut ad cætero-
„ rum deniq; exemplum excogitari aptiùs quicquam, illorum ip-
„ ſorum vitas accuratè, diligenterq; perſcribere, quorum memo-
„ riam velimus eſſe ſempiternam. Etenim illa omnia vis, ac tem-
„ pus labefactabit aliquandò, & evertet; hoc autem nullius un-
„ quam aut hominis, aut temporis conſumet injuria. Illa nomen,
„ aut corporis ſimulacra ignotis nota faciunt: hoc veram etiam, ex-
„ preſſamque animi Imaginem effingit, atq; ob oculos ponit. Vi-
„ vitur enim ingenio, cætera mortis erunt, unuſque Xenophontis li-
„ bellus facilè omnes Imagines hominum, Statuaſq; ſuperabit. Nos
„ igitur cùm nuper in libellos quoſdã incidiſſemus, quibus Sanctiſ-
„ ſima Homoboni Civis noſtri vita continebatur, atque animad-
„ vertiſſemus duo præcipuè eſſe in illis vitia, quod & dicendi ge-
„ nus jejunum eſſet, & incultum. Et quàm uno volumine com-
„ plecti totam Viri Hiſtoriam oportuiſſet; ea diverſis fuiſſet libel-
„ lis fædè diſſipata: non alienum duximus ab ea, qua Illuſt.^rem^ San-
„ ctitate Virum optimè aut de Patria meritum, ac merentem pro-
„ ſequi pietate debemus, ſi eundem oratione, ac ſtylo elegantiore
„ (abſit omnis verbo Invidia) & paulò ornatiore conſcribendam
„ curaremus. Neq; enim gloriæ rerum Authoris parùm ſuppeditat
„ Scriptoris ingenium: neq; noſtrùm quiſquam eſt, qui non ma-
„ lit Therſites Homeri, quam Chærilli Achilles eſſe. at verò Am-
„ plitudini tuæ potiſſimùm, Nobiliſſime Sfondrate, Sancti hujus
„ hominis hiſtoriam dicandam putavimus, ut, ſicut quidam ma-
„ gnus Vir dicere ſolebat, docti doctos ſervabunt: ſic huic lucu-
„ bratiunculæ, qua Sancti Viri vita illuſtratur, Sanctitatis etiam
„ Tuæ, ac nominis ſplendor accedat, majoremq; veritati præbeat
„ authoritatem: ſimulq; ut virtutes Tuas nos admirari, & proba-
„ tiſſimam vitæ rationem comprobare declaremus; ex quo fiat, ut
„ populus fidei Tuæ commiſſus, exemplis excitetur domeſticis,

partim

„ partim in Te, qui præclaram Majorum, ac Gentilium tuorum
„ Indolem tuis ipſius cumulas ornamentis, videndo: partim in San-
„ ctorum Vitis legendo, quæ imitari illum deceat: atq; ut pleno
„ demùm gradu vitæ, tuo ductu ad felicitatem perveniat ſempi-
„ ternam illius beneficio, cui honor, & poteſtas in ſæcula ſæculo-
„ rum: Cremonæ 7. Idus Novembris MDLXX.

Eod. Anno.

LUdovicus de Marchis commendatiſſimus Vir quocumq; literarum genere inſtructus, & præſertim ſtudiis poeticis clarus, quem mille encomiis ad ſydera extollunt in ſuis operibus
Franciſcus Zava, *&* *Alex. Lamus inſomnio cant.* 3. inter alia ſcribens.

Deh fortuna crudel, perche nel fiore
Degli anni ſuoi la ſanità gli hai tolta,
Perfida prevedevi ch' ei Signore
Eſſer' dovea della tua mente ſtolta?
E tu Febo, perche del ſuo ſplendore
La luce laſci in cotal nebbia involta?
Sai, che Queſti il tuo lume, e il caro alloro
Ti torrebbe, e del Cielo il quarto choro &c.

Eod. Anno.

PEtrus Antonius de Lanzonis nuncupatus Tolentinus Eccleſiæ Cathedralis Canonicus, non tantùm legum peritia, qua effulſit, verùm ſcientiarum omnium peritiſſimus, nulliuſq; doctrinæ expers, & præſertim poetica ſæpè ſæpiùs à *Franciſco Zava* Rhetore doctiſſimo in ſuis operibus, uti talis appellatus, & crebrò in orationibus, Epiſtolis, & Carminibus, valens quidem ingenio, pollens doctrina, excellens humanitate, præſtans eloquio (ſunt dicendi moduli, quibus ipſum commemorat) Tanti viri opera deſiderantur.

Laudatur ab eodem Auctore Nicolaus Tolentinus J. C prudentiſſimus.

Cavitellus in Annal pag. 428.

In libro nono diverſ. Auctorum, qui carmina italica ſcripſere, Cremonæ excuſa per Vincentium Comitem 1560. inter illa Joannis Auguſtini Arcelli pag. 311. noſtri Tolentini ad laudem leguntur, quorum initium.

Spirto Divin, che ſul fiorir degli anni
A pregio tal che forſe altri non ſale
Giugni innalzando il bel nome immortale
Con sì chiari honorati alteri vanni &c.

Alia etiam *Trajani Dordoni* habentur pag. 272. in quibus facultas poetica, quam Tolentinus callebat, exprimitur. Doctiſſimorum Virorùm amicitiam excoluit, inter quam mirificè effulſit illa Danielis Barbari, & Sebaſtiani Errizzi non tàm patritia Veneta nobilitate, quàm literis Illuſtrium.

Vide eundem memoratum, ubi de Benedicto Ala laudatur à doctiſſimo *Laur. Pignoria lib.* 1. *Symbolorum Epiſtolic.* 33.

Item *ab Aldrovand. lib.* 4. *Ornithology. pag.* 172.

Tolentinus iſte edi curavit Annales Cavitelli, unde Jo: Jacobus Turreſinus inquit ad eum librum.

Vade Tolentini genio ſuffultus, & aura
Docte liber tanto vindice tutus eris. &c.

Eod. Anno LXX.

Sixtus Divitiolus de Renis appellatus in primo Adoleſcentiæ flore ſuaviſſimo Jugo Domini colla ſubiecit in Ordine Can. Reg. ſumptiſq; Philoſophicis, Theologicis, ac Divinarum literarum ſtudiis, e ſuggeſtu apud Populos, e Cathedra apud Auditores exclaruit. Cum eſſet Abbas Monaſt. S. Bartholomæi Piſtorii ad Tridenti congregatum Senatum totius Ordinis nomine deſtinatus fuit, demum in ejus honoris, ac præmii teſtimonium à Pio V. Pont. Sanctiſſimo ſacra tiara in Epiſcopatu Carinulæ redimitur anno 1570. ubi vixit ad annos ſeptem, cultum Eccleſiaſticum provexit, templa & exteriora, & interiora verbo, ac exemplo reparavit, optimo odore innocentiſſimæ vitæ deceſſit non planè ſenex, & in ſua Eccleſia ſepelitur.

Ejus ſunt Opera

De Solemnitate Omnium Sanctorum Concio babita ad PP. Tridentini Concilii. Mantuæ excuſa.

De publicatione Jubilæi. Concio ad eorum PP. ibid.

In omnes Divi Pauli Epiſtolas, Quæſtiones, & Commentaria MS. ob mortem Auctoris adhùc imperfecta.

Ex monum. Patavinis Jac. Phil. Tomaſini ad Divi Joannis Precurſoris in Viridario ejuſdem mentio habetur in Epitaphio erecto ejus Fratri.

Joſepho Renę dicto Divitiolo Cremon. acutiſſimi illius Theologi, egregii divini Verbi Concionatoris Reverendiſs. Epiſc. Calinenſis Xiſti ejuſdem Later. Congr. Profeſſi, Fratri, Viro, Pietate, & Fide uſquequaque ornato. Hęredes Canonici grati animi ergò Poſ. Anno Dom. MDLXXVIII iv. Kal. Febr.

Ejuſd. meminit *Ugbellus in Ital. Sacra Tom* 3. ſed malè circà Annum, quo fuit electus Epiſcopus.

Gabr. Pennottus in Hiſt. Trip. lib. 3 *cap.* 54., ſed confundit annum ejus obitus cum electione ad Epiſcopatum.

Cavitellus in Annal. ad ann. 1577. at Caliſtum non Sixtum vocat.

Roſinus in lyceo Lateran. lib. 16. plura de eod. peregregiè.

Eod. Anno.

Bartholomeus Malumbra Succeſſor ex gente Antiqui, & doctiſſimi Juriſperiti Ricardi, Muſas egit italicè, multos annos, non invito Apolline degens Venetiis vulgavit

Le

Le lagrime di Maria Maddalena.
Le Meditazioni ſopra la Paſſione di Chr.
Per la Vittoria ottenuta de Turchi à Curzolari.
Eſortazione a' Principi Criſtiani contra gli Infedeli.
Sopra il fuoco dell' Arſenale di Venezia.
Canzone nel paſſaggio di Henrico III. Rè di Francia da Venezia, quæ incipit
Famoſo Rè de Galli
E de Poloni Bellicoſi, e Forti &c.

Martinionus in Addit. Hiſt. Venetæ Sanſovini laudat Bartholomæum inter Scriptores Venetos, cultiſſimumque Poetam appellat, & floruiſſe teſtatur anno 1570. tempore Aloyſii Mocenighi Reip. Ducis.

Joſeph Malumbra in Epiſt. directa Bartholomeo Fratri præmiſſa operi ſuo inſcripto *Prattica Univerſale per miſurare &c.* hunc Bartholomæum ſuum Avum vocat, eumq; à *Stringa* celebratum aſſerit.

Eod. Anno.

JOannes Malumbra, ut innuit idem Joſeph loco citato, ſcripſit egregie *Super Geographiam Ptolomæi.*

Malumbras Cremonenſes fuiſſe nemo ambigit, quamvis nonnulli ex eis Venetiis moram traxerint, ut inquit ipſe Joſeph.

Ex hac ſtirpe floruit anno 1470., Jacobus Malumbra J. C. Cremon. Cancellarius, deindè Secretarius Mediolani Ducum. *Ex Pucinello in Chron. Glaſſiatenſi, & in Nobilit. Notarii pag.* 114. qui obiit anno 1475. ſepultus Mediol. in Eccl. SS. Petri, & Pauli in Glaſſiate.

Eod. Anno.

JOſeph Otilino Hæbreus Rabbi Scholarcha, de quo *M. Georgius Draudius in Bibl. Claſſica*, ubi de Hebraicis Talmudicis, & Rabbinis, hæc notat. *Rabbi Joſeph Otilino Scholarcha Cremonenſis obiit Ann.* 1570. Verùm Opera ejus non recenſet. non eſt utique à me omittendus licet Hebræus, cum peritia magiſtralis linguæ Hebraicæ ſit doctrina ſummoperè conſiderabilis.

Hujus Hebræi memoria non ſinit, ut prætercam, quæ de Patria noſtra celeberrimus Hebræorum Antagoniſta *Sixtus Senenſis* in Bibliotheca Sancta lib. 4. pag. mihi 487.

Simeon filius Jochaji inter Judæos expoſitores vetuſtiſſimus ſcripſit ante Chriſtum natum volumen ingens in Pentatheucum Zoar nuncupatum, cujus duo millia Exemplaria in Officina Typographica Cremonenſi excuſa invenimus, & jam ab Hiſpanis militibus incendio deſtinata ſervavimus.

Eod. Anno.

CAmillus Bechara Presbyter ſæcularis Placentinus origine, electione quidem Cremonenſis hìc minimè prætereundus eſt, ut qui

qui Muſas apud noſtros diù coluerit, ibi Præpoſitus, & Rector Eccleſiæ S. Antonini Typicam artem illuſtravit ſcribendo

Diverſorum Poematum Volumen. Cremonæ apud Criſtoph. Draconium 1570.

Impensè eum veneratus eſt Vida, & is inter principes Amicos Jo: Muſonium habuit.

De eod. *Laur. Legatus in Lyceo Herc.*

Eccleſiæ S. Antonini commemoratio non finit, ut modò prætercam nomen Fœminæ Cremonenſis ſanctimonia perſpicuæ, quæ huic Eccleſiæ ædiculam propinquiorem longo ſuo incolatu decoravit. Fuit hæc Margarita Spineta, cujus vitam brevi methodo ſcribit *Peregrinus Merula in ſuo opuſculo, cui tit. Nobiliſſima raccolta de Cremoneſi in Santità inſigni &c.* refert & Spinetæ Epitaphium in Eccleſia S. Agathæ, relatum pariter *ab Ant. Campo hiſt. lib.* 3.

Margaritæ Spinetæ Veſtalis Carmelitanæ, quæ Chriſto Sponſo annos triginta quinque ſumma corporis, & animi integritate in æde Divi Antonini incluſa ſervivit. Ab Affinibus procuratum monumentum. Vixit Annos LXVII. Obiit die XX. Julii MDXXVIII.

Eod. Anno LXX.

GEneſius Roſanus Ordinis Carmelitici Profeſſor, Theologicis, Poeticis, ac Oratoriis ſtudiis ornatiſſimè verſatus, quibus in omnibus exclaruit. Ticini ſacræ paginæ Interpres publicus; Romæ autem in Pontificio Sacello Concionator, & qui cùm eſſet in omni genere rerum agendarum, conſiliorumq; dandorum ſumma experientia, in Inſubria ſui Ordinis Miniſtri Provincialis enituit.

Ex ejus operibus penès me proſtat libellus Ticini excuſus an. 1586. per Hieronymum Bartolum, cui tit.

Nuovo Specchio de' Ricchi, Predica ſeconda ſopra il Vangelo dell' Epulone.

Carmina italica permulta habentur in opuſculo Alexandri Lami inſcripto, *Diſcorſo intorno la ſcoltura, e Pittura &c.* in quibus Bernardinum Campum Pictorem Cremonenſem Egregium laudibus effert.

Ejuſdem meminere Breſſianus in Chron. lib. 1. part. 3.

Falconius in Chronico Carmel. qui eum perperàm Mediolanenſem vocat, ut clariùs etiam dilucet ex inferiori inſcriptione marmorea, in Clauſtro Cœnobii Carmel. S. Bartholomæi Cremonæ exſculpta.

D. O. M.

Rever. Provincialibus Lombardiæ Carmelit. obſervantiæ omnibus ob votiva ſolemnis Profeſſionis jura iſtius Almi Divi Bartholomæi Cœnobii Filiis Magiſtr. Heliodoro Oldroando, Geneſio Melono, Gaſpare Bernerio, Pontio Politio Præceptori ſuo, Jo: Stephano Facino, Viris ſumma integritate, & maximæ eruditionis inſignibus, Sextus poſt eos Provincialis non libenter poſtremus Mag. Geneſius Roſanus Pub. Ticin. ſacra-

ſacrarum Literarum Interpres, adhuc ſuperſtes in gratam Demortuorum memoriam, & ad Poſteros clariſs. tantorum Patrum exemplum in virtutis amorem inflammandum, hunc lapidem hic erexit anno MDLXXVIII. vi. Id. Martii.

Num Gens Roſana Cremonæ floruerit, videat Lector, quæ diximus in noſtro primo Volumine pag. 302.

Eod. Anno.

FRanciſcus Torreſinus Medicus, Veterum confeſſione clariſſimus, Collegium Phyſicorum Patriæ magna indeptus celebritate, Concivibus aſſidua Doctrina præfuit, pleraq; in arce eum ſcripſiſſe fatetur

Opera

Jacobus Franciſcus Torreſinus è Soc. Jesù in compendio Hiſt. ſuæ familiæ M. S.

MDLXXI.

DAntes Burgus, de quo ſcribit *Franciſcus Zava* in Epiſt. lib. 4. directa Carolo Signio Hiſtorico eruditiſſimo hoc anno, & Kal. Novembris. *Tibi Dantem Burgum ea commendatione ad te mitto, quam minimè vulgarem eſſe velim, ſi tua iſtìc opera egebit, cujus mores, ingenium, politaſq;, & eruditas literas, quando benè noveris, plenè, abſq; ullius literis tibi commendatum cognoſces &c.*

Laudatur pariter ab eodem Authore *in Epiſt. lib. 6.*

Eod. Anno.

JOannes Baptiſta Olivus, ſeù Oliva, Medicus Phyſicus, & ingenioſiſſimus Poeta, cujus Carmina Venetiis ex Typographia Guenæa ſub anno Chriſti 1572. prodiere in quodam Collectaneo Volumine Variorum ei titulus eſt. *In Fœdus, & Victoriam contrà Turcas juxtà Sinum Chorynthiacum Octobris* 1571. Poemata varia Petri Gherardi Burgenſis ſtudio, & diligentia conquiſita, ac diſpoſita. Ad Gulielmum Sirletum S. R. E. Card. Ampliſs. quæ inſcribuntur.

Panegiricus. Ad Ill.mum, & Excell.mum D. Sfortiam Pallavicinum, Sereniſſimæ Reip. Ven. Gubernatorem, & Generalem meritiſſimum ob Claſſem Chriſtianam apud Actium Victricem 400. *carmina complectitur Inferorum Concilium, aliſque deſperatus.* carm. 175. abſolvitur

Olivi Carmina præcipuam ſervant poeſeos majeſtatem, ornatamq; ſatis, & gravem, ut plurimùm dicendi facundiam, verùm proſodiacarum legum aliquali incuria convincuntur apud illos maximè, quibus ex primis obtutibus ſolemne eſt ferre cenſuram. Ex operibus medicis extant *Teſtificatio de reconditis, & præcipuis collectaneis ab honeſtiſs. & ſelectiſs. Franciſco Calceolario Veronenſi in Muſæo adſervatis. Venetiis apud Paulum Zanfretum in* 4. 1584.

Erat Oliva Amicus Aldi Manutii, ut ſcatet ex libro Epiſt. Franciſci Zavæ, & præſertim ex lib. 8.

Idem

Idem *Zava in Epiſt. famil.* de eo plura ad laudem.

Georgius Draudius in Bibl. Claſſica, ubi de libro medicis ejuſdem honorifica mentio habetur in diſcurſibus Matthioli lib. 6. Dioſcoridis, ubi loquitur de Theriaca, & ibi conſtat Medicum fuiſſe Veſpaſiani Gonzaghæ Sablonetæ Ducis.

Ità & in Apologia ſuprallegati *Calceolarii* de ſua Theriaca Cremonę excuſa 1566. apud Vinc. Comitem, ubi inter principes hujus ſæculi Medicus laudatur.

Eod. Anno.

ALexander Picenardus J. C. Annibalis F. Viciniæ SS. Nazarii, & Celſi Collegium Judicum ingreſſus die 9 Octobris 1568 magni nominis Juriſperitus, & in abditiſſimis Legum penetralibus enucleandis facillimè enituit, non tamen, ut lucro, & arcæ conſuleret, ſed ut Civibus ope deſtitutis prodeſſet. Civilis, & Criminalis Rotæ, Genuæ primùm Auditor, demum illius inclytæ Reip. Prætor, ubi nec Picenardo meliorem Virum, nec ſanctiorem hominem, nec amantiorem juſtitiæ reperiri quempiam poſſe ſtatutum fuit. Multa ſui ingenii teſtimonia publici juris fecit, & ſcilicet

Interpretationes in nonnullos Inſtitutionum titulos Primis Doctoratus ſui annis explicatæ, & ſcilicet de Teſtamentis ordinandis. de exheredatione liberorum, de obligationibus, & quibus modis re contrahitur obligatio; Cremonæ apud Chriſtophorum Draconium 1571.

Librum nuncupavit Sigiſmundo Picenardo Reg. Duc. Senatori Mediol. Papię tunc Præturam gerenti, quem dignis laudibus extollit. E' vivis exceſſit Genuæ menſe Julio 1579. ſepultus ibi ad Divi Dominici Ædes marmoreo ipſi cura Patris Superſtitis erecto monumento.

De eo *Lamus in Somnio Cant.* 2. cujus amicitia dulciſſimè gloriatur.

M. Georgius Draudius in Bibl. Claſſica.

Geſnerus in Bibl. inſtituta.

Jo: Vvolphangus Freymonius in Elencho J. U. D.

Poſſevinus in Bibl. ſelecta, ubi de J. C.

Fontana in Amphit. legali p. 2.

Eod. Anno.

GAleatius Pallavicinus Comes, & Marchio, ac Patriæ Decurio, qui quantum literis faveret, dignoſcitur ab hac Epiſtola in principio Epiſt. Famil. 2. Tom. libri V. *Franciſci Zavæ*, eidem inſcripta cum Carminibus pro Victoria Navali.

Multa præſens occaſio, ut de Atavis, Aviſque tuis largiùs efferam invitat, ſed temporis brevitas me retrahit. Tu ergò antiquo domus tuæ ſplendore, quo tota Italia, ut maximarum rerum monumento recenti reſonat Avi tui Galeatii Ornamentis, qui totius Civitatis noſtræ gubernacula tenebat, quæ nunc Emanuelis Lunæ optimis auſpiciis antiquam dignitatem, & ſplendorem referunt, ſumma cum fide in ejus Domini,

&

& Principis poteſtate retinuit, ornamentis animi tui præclaris, tua in Cremonenſes, & Cremonenſium in te benevolentia, majorumq; tuorum nomine, qui hanc Patriam ſibi præ cæteris, ut bonorum Civium fidiſſima tecta delegerunt, contentus &c. Vale, Mæcenatum maximè Princeps, & Patriæ noſtræ antiquum, perpetuumq; decus. Ex ędibus meis pridiè Idus Januarias 1571.

Ant. Campus hiſt. lib. 3. anno 1583. ſcribit ejus ab hac vita diſceſſum, ipſumq; moribus ingenuis, ac virtutibus heroicis fuiſſe comemorat.

Galeatii Pallavicini Avi refert obitum ſecutum die 30 Janu. 1520. cum Epitaphio *Dominus Bordigallus*. Hic erat Regius Patriæ ſuæ, ejuſque diſtrictus Generalis L. T., & Gubernator pro Franciſco Galliarum Rege, cui ſucceſſit Marchio Antonius Maria Pallavicinus, ut ex diplomate Regio diei 28. Decembris 1515. in Regeſtis Archivii annorum 1515. 16. 17. 18. ſignat C. C. fol. 47.

Eod. Anno.

OCtavius Affaitatus Marchio Grumelli literis politioribus, ac militaribus muniis ornatiſſimus, quamplures ejuſdem eruditæ extant

Epiſtolæ, quæ in Collectaneis Pauli Emilii Marcobruni leguntur. Venetiis apud Duſinellum.

Franciſcus Zava ad laudes tanti viri ſæpiſſimè muſas excitabat, & ſic de eo cecinit in carminibus, quæ eidem nuncupavit prò Nativitate Filii Philippo Hiſpaniarum Regi 1571.

Hactenùs Octavi, Patriæ ſpes maxima noſtrę,
Gentis Afaitatę ſplendor &c.

Ant. Campus Hiſt. lib. 3. latè de hac familia; ex qua præ cæteris floruit Hieronymus Mon. S. Hieronymi Congr. Inſubriæ moribus incorruptis, & caſtitate præclarus, ut refert *Creſcentius in Euſebio Cremon.*

Alexander Lamus in ſomnio cant. 3. ex inſignioribus Viris Gentis Affaitatæ recenſet Jo: Franciſcum, & Ludovicum.

Ad fores Atrii lautarum ædium, quas in Feudo ſuo Grumelli ampliori forma reſtituit, lapis hac inſcriptione obſignatus apparet.

Octavius, & Conſtantia
Affaitati Conjuges,
March. Grumelli, & Com.
Romanenghi &c. Avitas
Ædes ruinoſas exſtructa
Jam Turri à Com. Ludovico
Socero, & Patre reſtitui,
Hiſque aream utramque
Ædificiis ſeptam eleganti
Quę cernitur forma
Adjungi Cur. An. Sal. hum. MDXCVII.
Philippo Auſtriaco Rege Magn.

In ædibus S. Lucæ Cremonæ propè aram Divæ Magdalenæ dicatam, hæc etiam de Octavio legitur inſcriptio.

Thomæ Avo, Thomæque, & Lucretiæ Parentibus Lazarus Affaitatus 1468. Thomæ II. Avo. Jo: Petro, & Virginię de Arco Parentibus Octavius Affaitatus MDLXVIII.

MDLXXII.

HIeronymus Tarteſius Franciſci Medici clariſſimi F. egregiam Patris artem imitatus, Collegium Phyſicorum Patriæ indeptus eſt, cujus optimarum literarum cognitio exhibetur in operibus, quæ ſcripſit

De Volat., & Aquat. Animal. natura lib. 3.
De differentiis Febrium.
De Arte curandi infirmos.

Hiſtoriæ quoque gravi ſtudio deditus, fertur compoſuiſſe *De Romani Senatus Antiquitate, & Auctoritate.*

Alex. Lamus in ſomn. cant. 2.
Ant. Campus hiſt. lib. 3.
Breſſianus in V. R.

Eod. Anno.

ANtonia Maria de Sfondratis Franciſci S. R. E. Card., & Annæ de Vicecomitibus legitima filia, & Soror Gregorii XIV. Sum. Pont. ex Angelicis Monialibus S. Pauli in Urbe Mediolanenſi ſub diſciplina Ven. Angelicæ Paulæ Antoniæ de Nigris latinis literis eruditiſſima; hanc traduxiſſe ad italicum idioma elegantiſſimè opera Sancti Bernardi, digna typis donanda teſtatur Ant. Campus hiſt. Cremon. lib. 3. ſub anno 1572. De eadem vide *Paulum Morigiam in initio hiſt. Mediolan.* ubi de Sfondrata Progenie &c.

Eod. Anno.

ALexander Lamus ad Muſas natus, & in omni ſcientiarum genere educatus, à Secretis Ludovici Tabernæ Epiſcopi Laudenſis, dum apud Regem Catholicum nuncius Apoſtolicus ſederet; Anno ejus ætatis decimo ſeptimo luci mandavit, qui erat ab ortu Chriſti 1572. ex calcographia Chriſt. Draconii

Sogno non meno piacevole, che morale,

in quo plures Patriæ Viros Illuſtres commemorat. Edidit inſuper typis Cremonæ abſque anni annotatione, & inſcriptum voluit Nicolao Sfondrato Epiſcopo

Della Chriſtiade del Rev.mo Monſignore M. Girolamo Vida Veſcovo d'Alba. Traduzione

Anno 1584. iiſdem Typis cura Joannis Baptiſtæ Trotti nuncupati Maloſſi Pictoris egregii, aliud Lami opuſculum editum fuit

Diſcorſo intorno alla Scoltura, e Pittura,

in quo Bernardini Campi præclari Cremonæ Pictoris acta, & opera commendantur, ibi pariter nonnulla Carmina leguntur, & præ-

ſertim

ſertim ad laudem Sophonisbæ, & Helenæ ſororum de Anguſſolis Pictricium Cremonæ, in fine opuſculi ſubnectuntur nonnullæ paginæ inſcriptæ *Parere ſopra la Pittura di M. Bernardino Campi &c.* de eodem loquuntur *Ant. Campus hiſt. lib. 3. ſub anno* 1583 *Aproſius in Epiſtola nuncupatoria ſuæ Bibliothecæ, Laur. Legatus in Muſæo Coſpiano.*

Annibal Guaſchus Alex. in 2. libro ſuorum Carmin. Ital. Antonius Teiſſerius in Catalogo Auctorum &c.

Eod. Anno LXXII.

Bonaventura à Cremona Capuccinus Sacerdos, morum integritate, & incorrupta conſcientia Venerabilis Dei Servus, potens opere, & ſermone, Theologia morali optimè inſtructus, omnia ejus vitæ laudabilia tàm pietate, quàm literis peregit, adeò facie modeſtus, ut numquam ridere viſus fuerit, adeò mundus corde, ut pluriès eſtaticus orando B. V. M. dulciſſimis verbis ſolatricem, habere meruerit. Fertur mortalia deſeruiſſe Neapolis 1576.

P. Carolus de Arembergh in Floribus Seraphicis Capuc. latè de eodem, ubi Lector noſtri Venerabilis Viri comperies iconem.

Obiit & hoc anno in Conventu Parmæ, multa virtutis, ac ſanctimoniæ fama clarus.

Frater Felix à Caravagio Diœceſis Cremonenſis Clericus, Orationi, ac divinarum rerum contemplationi ità addictus, ut ſæpè in ea integras noctes conſumeret, ac præſertim in pervigiliis Feſtorum B. V. quam præcipua religione venerabatur, cujus etiam præſentia, ac coloquiis ſæpè potitum fuiſſe ferunt.

Idem de Arembergh cum Icone, apud quem Tomo 1. extant ex Cremonenſibus

F. Amadeus de Anteniato Agri Cremon. oppido, qui Bergomi anno 1568. ad beatas cœleſtium Regiones conſcendit, & in ſecundo Tomo.

F. Marius a Piceleone S. Ludovici Provinciæ Commiſſarius generalis, de quo agam in primo Volum. pro ut de multis aliis hujus Seraphicæ Religionis Viris.

F. Andreas à Cremona è ſtirpe Muſſorum Nobili, piè mortuus anno 1594.

F. Ambroſius ex Illuſtri Stampa Mediolani familia, e Soncino Oppido Cremon. appellatus, ob Soncinatis Marchionatus titulum, quo in ſæculo fruebatur, Algerii in carcere obiit anno 1601. poſt ſe ſanctimoniæ fama relicta &c. Quarto verò poſt ipſius obitum anno, cùm hujus ſervi Dei oſſa capſulæ incluſa, & obſignata, ſub mercis ſimulatæ titulo, Liburnum, Hetruriæ portum à nautis delata fuiſſent; aperta capſula, tàm fragrans indè odor erupit, ut adſtantes univerſos in admirationem, ac mentis voluptatem raperet. Intùs verò explorata, cum nihil præter defuncti oſſa conſpicerentur, plumbi lamina perſtabat, his verbis inſcripta.

Hæc ſunt oſſa P. F. Ambroſii Soncinatis Capuccini, olim Marchionis Soncini, quæ Mediolanum tranſmiſſa, in Fratrum ſepulchro tumulantur.

F. Ventura Laicus pariter è Soncino, qui animam Deo reddidit anno 1586.

Eod. Anno.

JUlius Cambiaghus Sacri Ordinis Prædicatorũ eloquentia incomparabilis, ac Religionis obſervantia admirabilis, Concionator eximius, nec oblivioni tradendus, quem dignis elogiis unà cum altero Julio ejus Patruo, & ex eodem Inſtituto gloriosè ab *Alex. Lamo in Somnio Cant.* 3. comemoratur, qui eum novum Vas electionis appellat.

Eod. Anno.

PEcinus Sejanus Muſarum cultor, latino calamo quamplura carmina exarravit, cujus typis extant Ode trimetris, & dimetris Jambicis emodulata. *De Claſſe Turcarum à Chriſtianis victa, & capta*: Ode Jambica 330. metris abſolvitur, non tamen ſtylo argumenti dignitatem æquante.

In Clariſſimum Auguſtinum Barbadicum, qui pro Patria, Chriſtiq; fide, cum Turca apud Echinadas ſtrenuè pugnando occubuit, Epitaphium.

Hæc includuntur in Collectaneis Petri Gherardi Burgenſis, Venetiis ex typographia Guerrea 1572. ut innui de Joanne Baptiſta Olivo.

Plura & ego vidi ejuſdem Auctoris MS. Epitaphia in funeribus nonnullorum Procerum Cremonenſium, in Inſcriptionibus Patriæ itidem MS. collectis per Joſephum Breſſianum

Summè excoluit amicitiam Franciſci Zavæ Rhetoris facundiſſimi, ut coniicitur ex carminibus ejuſdem Zavæ, in quibus plura leguntur, ad Pecinum Sejanum, & præcipuè ex hoc diſticho.

Quæris, te quanti faciam tibi vinctus amore,
Id neſcis? quanti Theſea Pirithous.

Et in Epiſt. lib. 11. directa Joanni Baptiſtæ Scalfo ſcribit. *Sejanus dimidium animæ meę, Muſarum delitiæ, Doctorum perenne ornamentum, precibus, & literis, nuntiiſq; crebrò miſſis à Regulo Mantuanorum expugnatus, dicto tandem paruit &c.*

Cozzandus in Bibl. Brixiana part. 1. lit. P. eum vocat Brixianum; ſcribendo Sejanum edidiſſe Cremonæ apud Vincentium Comitem 1556. librum inſcriptum, Pub. Pecini Sejani Brixiani Epitaphiorum liber, quem ego hucuſque non vidi.

Indicavit ſiquidem doctiſſimus Amicus noſter Hieronymus Barufaldus ſequentem, cui tit.

Pecini Sejani Brixiani, Civiſque Cremonenſis. Ad Card. Franc. Gambaram de Saturnalibus Hendecaſyllabum. Ode ad Lucretium Gambaram. Epitaphium Sebaſtiani Venerii Venetorum Ducis. Epitaphium Luſitanię Regis, qui pro Chriſti fide mortem oppetiit in Mauritania. Epitaph. Joannis Auſtrii Catholici Regis exercitus Imperatoris.

Epitaph. Fer. Auſtrii Cath. Regis Filii, Cremonæ per Chriſtoph. Draconium 1578. *in* 4.

Eod. Anno. LXXII.

LUdovicus Guarna Salernus, quem inter egregios Hetruſcos, & Latinos Poetas recenſet *Alex. Lamus in Somnio Cant.* 2. *pag.* 42. ubi famam loquentum introducit ſcribendo.

SE dal mio ſuon l'honor d'Aſcanio Botti,
Che ſegue al più lontan ſenſo è portato;
Con quel del Guarna Lodovico à i Dotti
Del celeſte ſiniſtro, e deſtro lato,
E de gli Aſſi del Mondo tanto n' pregio;
Ch' eterno quì meritamente ha 'l fregio.
Queſti al bel Cigno d'Arno, & à quel tanto
Dolce del Mincio involerà la gloria
Col ſuo canoro, alto, e ſuave canto,
Di cui l'ultimo Dì n'udrà memoria &c.

Erat è ſtirpe Jacobatii militis fortiſſimi, de quo facta fuit mentio, ubi de Andrea Guarna.

MDLXXIII.

ROlandus Cavagninus Presbyter ſæcularis, verùm à ſæculo totus diſiunctus, diſertiſſimus, & exercitatiſſimus magnæ eruditionis Vir, Latina, Græca, ac Hebraica lingua non modicè verſatus, ære communi Reipublicæ Cremon. Decurionum decreto docuit literas humaniores, & grammaticales, in quibus clariſſimus extitit. Opera tanti Viri ob ejus hæredum incuriam deperdita ſunt, dum die 27. Septembris 1590. ad meliorem vitam convolavit.

Laudatur *à Franciſco Zava in oratione* adverſus Gymnaſiarchiam.
A' Cavitello in Annal. pag. 428.
A' Breſſiano in Corona Vir. Illuſtr., &
A Vectiolo in Oration. pag. 191.

In regeſtis Archivii Civitatis Cremonæ hæc habentur.

Die 12. *Januarii* 1573. *electus fuit R. D. Rolandus Cavagninus in lectorem Grammaticæ in Conſilio Generali, in concurſu DD. Columbani Baletti, Franciſci Zavę, & Petri de Ferrariis.*

Eod. Anno.

PEtrus Barbovius Jo: Ant. F. Vic. S. Donati ex Decurionibus, & J. C. Collegiatus, die Martis 3. Novembris 1573. Pater Patriæ verè habitus fuit, legali quippè advocatione, & in rebus arduis tractandis nemini cædens, Mediolani prò ipſamet Patria Orator, in bene geſti Magiſtratus teſtimonium ibi Præturam integerrimè adminiſtravit, & niſi morte fuiſſet immatura correptus, Laticlavum, ut fertur, juremeritò reportaſſet; ejuſdem legitur nomen in lapide Columnæ appoſito ſuper Turre majori, ad Quadraturæ faſtigium exiſtenti.

Petrus

Petrus Barbovius J. C. Hieronymus Foliatus, Cæſar Treccbus Fabricæ Præfecti Columnas octo, octo bis angulis locatas, ne ob earum longiſſimam vetuſtatem ſummum opus in præceps rueret, ex integro refici curarunt Ann. D. MDLXXXI.

Ant. Campus hiſt. lib. 3. *pag.* 72.

Cavitell. in Annal. pag. 428.

Syllabus J. C. C.

Paulus Bellonus J. C. Ticin. de Poteſt. eorum, quæ incontinenti fiunt &c. cap. 170. *pag.* 246 *de formulis relinquendi ſub conditione mortis,* ſcribit inter cœtera. *Verum cum lis hæc ſit adhùc ſub Judice, immò ſub Judicibus clariſſimis nimirum luminibus Urbis Cremonæ Romanorum Coloniæ Petro Barbovio, & Franciſco Cautio Juriſconſultis ideò &c.*

Alex. Lamus in Somnio cant. 2. memorat etiam Jacobum Barbovium Medicum celeberrimum.

Eod. Anno.

VIncentius Ferrarius Muſarum non incelebris Alumnus Franciſci Zavæ amicitia conjunctus, ejuſque virtutem præclarè æmulatus compoſuit

Carmina varia,

quorum ſpecimina inter illa ejuſdem Zavæ lib. 4. reponenda meritò obtinuerunt.

Eod. Anno.

DOminicus Urgnanus Soncinas Theologus, & Orator percelebris cujus doctrinam refert *Zava in Epiſt. lib.* 8. hiſce periodis. *Ego te vix novi cum te, & diligere, & colere cœpi, oratione tua propiùs audita in dies mihi magis probatus, doctrina cognitus fuiſti, ut nihil antiquiùs habeam, quàm me unum ex illis eſſe, qui tecum verſari, & diſciplina tua erudiri, formariq; exoptant &c. Tuum ego ſtudium, ut optimæ eruditionis fundamentum, & ſcientiarum omnium baſim meo longè propono &c. Vale mi Urgnane Theologiæ, Religioniſq; Chriſtianæ maximè ſplendor &c.*

MDLXXVI.

HIeronymus de Nicolis magni nominis Medicinæ Doctor ab Oppido Caſtrileonis, cujus excellentiæ monumentum exhibet lapis ejus Buſto repoſitus in Eccleſia S. Mariæ Brixianoris ubi ejus cineres conduntur.

Hieronymo de Nicolis Caſtrileonis Philoſopho celeberrimo, Medico Excellentiſſimo, cæteris ſcientiis preclariſſimo, omnibus virtutibus præditiſſimo, Italiæ Principibus ob eximias animi dotes gratiſſimo, aliis conſilio, & auxilio acceptatiſſimo ann. 1574. *ætatis* 61. *vitæ functo. Julius Cæſar Dux Militum filius Gen. Cariſs. P.*

Eod.

Eod. Anno.

JUlius Bagarottus Jacobi F.U.J.D. ex Patriæ ampliſsimo Collegio, & Decurio, doctrinæ magnitudine, & excellentia nemini infimus, Alexandriæ Pręturam adminiſtravit, omniq; laude præſtantiſsimum eſſe conſtitit, ſuæ Civitatis Orator apud Excellentiſs. totius Mediolanenſis Ditionis Gubernatores, de Patria optimè meritus, bonarum artium, & literarum teſtimonio clarus, perennis famæ monumentum præ ſe digniſsimè tulit.

In Eccleſia Divi Victoris Cremonæ ſepelitur cum Epitaphio relato in primo noſtro Volumine, ubi de Zanardo Bagarotto Epiſcopo.

Breſſian. in Coll. Juriſperitorum.

Jacobus Julii Pater perquàm egregiè commendatur *à Vincentio Vectiolo. Orat. 1. adverſus eum, qui in Gymnaſiarchiam ſcripſit. pag. 21. & ſequ.*

Eod. Anno.

HOmobonus Offredus Jo: Baptiſtæ F. legum Doctor, Collegium Nobiliſſimum Juriſperitorum ingreſſus hoc anno die ultima Januarii, Oraculum Patriæ ab omnibus reputatus, evecto ad ſummum Vaticani faſtigium Nicolao Sfondrato Gregorii XIV. nomine, ut Cremona maximo Patritio ſuo deferret obſequia, Homobonus unà cum aliis Proceribus deligitur, & Romam mittitur, plura doctiſſimo calamo ſcripſit in Jure

Conſilia, & vulgavit

Orationem Gratulatoriam pro Aſſumptione Greg. XIV.

Laudatur peregregiè *à Peregrino Merula* in opuſculo prænotato. *Legatio Cremon. ad Greg. XIV.* at quæ de eo refert celeberrimus *Octavianus Picenardus in oratione funebri pro Præſide Maynoldo*, non ſunt omittenda. Erant tunc Cremonæ Patres inter cæteros primarios veſtri Ordinis Juriſconſultos, duo magna Juriſprudentiæ lumina, Jacobus Maynoldus, cujus nunc obitum deflemus, & Homobonus Offredus, qui non multis abhinc annis, ſummo cum omnium mœrore, è vita deceſſit. Viri ambo ſingulares, ambo pares eloquentia, ſapientia, prudentia, omniq; virtute. In primis verò æquè juſti, & vitæ, & morum integritate, & ſanctitate omnibus conſpicui, ſed etiam in Homobono Offredo quædam mira vis aurei ingenii, & judicii elucebat, & eminebat. Hos ambos uti tanto honore dignos, Ill.mus, & Ex.mus Joannes Velaſchius ſummus Caſtellæ Comeſtabilis, vir admirabilis Judicii, qui etiam tunc univerſam Mediolanenſem Ditionem moderabatur, & ampliſſimus Senatus Mediolani, cui tunc præerat, incomparabilis prudentiæ vir Jacobus Ricardus, incerti adhuc, quem præferrent, concordi voto ad Potentiſſimum Philippum II. Hiſpaniarum Regem detulerunt, ut quem ex ipſis mallet in tanti viri, ſcilicet Jacobi Menochii, qui ex Senatore Mediolani Præſes Quęſtorum Redituum extraordinariorum fuerat creatus, locum ſubrogaret; Sapientiſſimus autem ille Rex in dijudicanda hominum virtute,

„ te, & conferendis juſtè magiſtratibus propè divinus, licèt ambo-
„ rum eminentem virtutem noſceret, & optimè intelligeret, Ho-
„ mobonum Offredum propria virtute, & ſplendore Senatoriam
„ Majeſtatem ornaturum, cùm tamen cogeretur unum tantùm ex
„ his deligere, memor etiam illius aurei libri, quem Jacobus May-
„ noldus de illius titulis conſcripſerat, illum Offredo prætulit, &
„ illius virtute Senatoriam auxit dignitatem &c.

Cùm eſſet Fabricę Eccleſiæ majoris Præfectus, conſtrui curavit aram Divo Firmo dicatam, ubi in marmore

Homobonus Offredus J. U. D. Com. & Eques, Jo: Baptiſta Stanga, Comes Sigiſmundus Ponzonus, Comes Jo: Petrus Ala, Petrus Bonomius, Jo: Baptiſta Lauda Fabr. Præfect. ad perpetuum Templi hujus ornamentum extruxerunt. Anno MDLXXXXII.

MDLXXV.

Hieronymus Policius ex Ordine Prædicatorum Theologus, & Concionator eximius, Epiſcopus Trivici in Hirpinis anno 1564 die 2. Octobr. declaratus. De Policio Ill.mus, & Erud.mus Carolus Cartarius in ejus Athenæo Rom. MS. ut mihi ſuis literis humaniſſimis innuit, hæc ſcribit. *Hier. Policius Cremonenſis Præd. ſpectatæ Religioni addictus; Theologus eximius evaſit, quam facultatem in Romana Sapientia anno 1561. ac duobus ſequentibus publicè docuit. Cęnobia ſui Ordinis plurima moderatus fuit. Cremonenſis Inquiſitor delectus, Romam indè vocatus à Michaele Ghislerio tunc S.R.E. Card. ſupremoque Inquiſitore; ſummo deindè, optimoq; Pontifice Pii V. nomine, ipſi à Confeſſionibus fuit, & in Inquiſitoris munere adiutor. A' Pio deindè IV. ad Epiſcopatum Trivicanenſem in Apulia evectus, prudentiam, integritatem, dexteritatem, literaturam patefecit ubique. Ex Arch. Studii Romani.*

Pauca de ipſo *Ughell. in Ital. Sac. Tom. VIII.*, ubi de Epiſcopis Trivicanis. *F. Hieronymus Policius Ord. Pręd. electus die* 24. *Octobris* 1564. *fato obiit* 1575. Ludo. Cavitellus noſter duplici errore arguitur, ſcribens, Policium fuiſſe Epiſcopum Trebularum, ſeù Tribii in Umbria Ducatus Spoleti, eumq; deceſſiſſe anno 1577. Joſeph Breſſianus in ſua Corona &c. illum appellat *Veſcovo di Vico*, corrigendus eſt *di Trevico* diſtant. à Benevento M. 24.

Videatur *P. Seraphinus Razzius de Viris Illuſt. Domin.*

Vincentius Mar. Fontana in Sacro Theatro Dominic. part. 1. *pag.* 312. ſcribit fuiſſe Theologum S. Caroli Borromæi, tunc S. R. E. Cardinalis, & alia de eo plura.

Plodius in Vit. Hom. Illuſt. part. 2. *lib.* 4.

Franciſcus Zava in libro 2. *Epiſt.* laudat Laurentium Policium ex hac familia fertiliſſimi ſtudii, ejuſq; Amiciſſimum

Vinc. Villa, ſive Villaraghatus Ord. Pręd. Placentinus in Var. Orat. Bononię 1553. *lib.* 3. *orat.* 4. unam in laudibus Hier. Policii habuit orationem in Conventu, & Congregatione Cremonæ ante diſputationem &c. ſcripſiſſe Policium ſubtiliter apparet.

De

De Divina Voluntate.
De Libero Arbitrio.
De Generali omnium reſurrectione.
De Beatorum omnimoda impaſſibilitate.
De Dote Agilitatis, & Corporibus glorificatis.
De Cœlo, & Mundo.
De Superlunaribus Specularibus &c.

Eod. Anno LXXV.

CLemens Porrus optimis ſtudiis imbutus, amicitiam eruditiſſimi Zavæ inter alios juremeritò reportavit. Plures enim Epiſtolæ ad eum directæ id teſtantur, & præcipuè *in lib.* 12. ſcribit. *Otium, ſi ad te ſcribendi, quoties vellem, mihi eſſet, nullus meas, quàm tu, frequentiùs legeret, te enim vehementer (ut debeo) amo &c. Gratæ igitur mihi tuæ proximæ fuere, quæ, & politæ, & benevolæ doctrinæ, ſtudiiq; tui, & humanitatis pleniſſimum argumentum exhibent &c.* talia ego, & plura repetere poſſem cum Julio Cæſare Porro J.C. Muſarum Alumno, & Philologo, mihi maxima conteſſeratione conjuncto, ad quem nuperrimè ſcripta fuere ſequentia carmina ab Eruditiſs. *P. Carolo Federico Ravizza Soc. Jeſu* in Cremon. Collegio Rethorices Profeſſore, cui ob immeritas laudes mihi collatas, tùm diſertiſſima oratione, quam publicè habuit pro inſtauratione ſtudiorum, tùm hiſce carminibus reddo, & reddam grates in ævum.

Nobil.mo Vati Julio Cæſari Porro.

ITalicis diſueta diù mea Muſa Camænis
Viſa eſt in Latios hæc dare verba ſonos.
Porre, quid arguto me tentas pectine? Plectro
Mutua debueras prælia ferre pari.
Eſt tanti, mihi crede, idem certaminis ardor,
Sed mihi ſint eadem, quæ precor, arma tibi.
Italiæ nuper ſancitæ fœdera Pacis
Inſubricis cecini bella fugata plagis.
At nihil ex Italo cępi; nihil axe ſub iſto
Italico audiri carmine muſa dedit.
Omnia ſunt Latiis peragrata hæc littora muſis,
Nec niſi cum Latio res mihi, Vate fuit.
Non hic, Porre, tuum, nec Gatte Vaferrime plectrum,
Non hic, quem rabidè tuſſis anhela premit.
Remoſcum loquor. At veſtrum, cui Muſa Sodalem
Non meminit? quò non charior alter erit.
Scilicet Eridani nitidas, qui nuper ad oras
Inter Apollineos viſus adeſſe choros.
Plaudebant circum Nymphę, Driadeſque canenti
Feſtivæ ſaltu proſiluere novo.

Hęc Pindi admirans ſpectacula Phœbus ab Arce
Riſit, & Ariſius nomine, dixit, erit.
Arriſere omnes; Parnaſſi, & Vertice ſculpi
Æternum Vatis nomen Apollo jubet.
Quid moror? Auguſtæ intexens diademata fronti
Viſa triplex circum gemma nitere fuit.
Inſpexi; non, Porre, mihi prior ipſe micabas,
Gattus & huic propior fortè Remoſcus erat.
Quatuor Italici vos ergo Lumina Pindi
Hęc Latia ęternum muſa valere jubet.
Hoc dudùm repetat vicinis Alpibus Echo
Cum Porro, Ariſi, Gatte, Remoſche vale.

Eod. Anno.

JUlius Ferrarius Ord. S. Dominici Alumnus S.T. M. in quo excellens virtus, & auctoritas ſemper effulſit, ex ſummo Provinciæ Bononienſis Miniſtro Placentiæ primùm, ac Patriæ, demùm Mediolani contrà Hæreticam pravitatem Inquiſitor. Ad mentem Angelici Divi Thomæ Aquinatis multa ſcripſit

Opera, quæ in Bibliotheca ſui Cœnobii Cremonenſis aſſervantur, cujus fuit ſanè maximus Reparator, & Auctor.

Laudatur *à Breſſiano in Coron. Vir. Illuſtr. lib.* 1. *p.* 3. &

Ejus meminit *P. Vincentius Fontana in Theatro Dominicano*, qui etiam præter alios Generales Inquiſitores Cremonenſes à nobis recenſitos, & recenſendos laudat.

P. Antonium de Grumellis de Soncino Inqu. Generalem Brixiæ ann. 1470.

P. Joannem Baptiſtam Chiarinum 1549. Cremonæ.

De eodem P. Ferrario ſic loquitur *Zava in Carminibus lib.* 2. ubi de Gaudentio Hæretico.

Quæſitor ſcelerum Ferrarius adſtitit unus
Julius antiquæ Religionis honos &c.

Eod. Anno.

JOannes Baptiſta Caſalis J.C. Placentinus, ſed Cremonenſi Civitate donatus, dum eſſet Cæſarei Fiſci Advocatus in noſtra Urbe, Caroli V. Imperatoris Eques, & Comes Palatinus, vulgatum habet librum hoc tit.

Annotationes in univerſum Jus, tùm Canonicum, tùm Civile, attingentes etiam Extravagantes, & Feuda Jo: Baptiſtę Caſalis Civis Plac., & Cremon. Bononię ex typis Benatii 1590.

De eod. *Creſcentius in Corona Nobilitatis Italię Tom.* 2. *narrat.* 15. *c.* 2. *pag* 537.

Meminit ipſius *Federicus Scotus Epiſt. lib* 2. *pag.* 439. per hæc verba.

Jo: Baptiſta Caſalis accepit Juris ſcientię inſignia ab eloquentiſſimo J.C. Franciſco Baraterio, & ingens epulum dedit luxu penè regifico.

Me-

Memoratur *à Franciſco Zava in Epiſt. lib.* 12.

Filium habuit Franciſcum, ad quem extat *Epiſt. ejuſdem Zavę in Epiſt. lib.* I. *anno* 1575. 4. Kal. Aprilis Cremonæ, ubi ejus Patrem ſic affatur. *Patrem tuum Virum doctum, & omni laude accumulatum, mihi in primis probatum, non minori obſervatione abſentem, quàm ſi adeſſet, à me coli ſcias, & credas velim.*

In Bibliotheca S. Vincentii PP. Cler. Reg. Theat. Placentiæ Pluteo 32. lit. FF. ut vidi menſe Junio 1701. noſtri Auctoris liber MS. proſtat ſic inſcriptus.

Tercentum Statuta in diverſis Italię locis vigentia, in unum collecta per Magnif. J. U. D. D. Jo: Baptiſtam Caſalem Minimum inter Doctores, & Judices Ven. Coll. Civitatis Placentię, Com. Palatinum ex privilegio Caroli V. Imperatoris Auguſti, ac Civem Cremonenſem, qui maximo cum labore dicta Statuta declaravit, ampliavit, & limitavit, ac demonſtravit deciſiones diverſorum Doctorum, qui varios caſus ad Tribunalia Civilia, Criminalia, & Eccleſiaſtica quotidiè occurrentes enodarunt, ex quibus facilior in futurum patebit via pro eorum intelligentia.

Floruit alter Jo: Baptiſta Caſalius Rom. Scriptor celeberrimus, mortuus anno 1648. de quo laudatus Eques Mandoſius in Bibliotheca Romana Centur. 5. num. 83., & Labbe in Mantiſſa Antiquariæ Supellectilis.

Laudatur Caſalis, dum adhuc eſſet juvenis à Conſtantio Lando in ſuis Carminibus Ferrariæ cuſis 1546.

Eod. Anno.

BAſilius Zava Franciſci Viri Clariſſimi Filius, Adoleſcens ingenio feraci, & Patri non diſſimilis ſcripſit, & edidit *Epiſtolas Trajano Tincto directas*, quæ in Volumine Epiſtolarum ejuſdem Franciſci Zavæ leguntur, & in prima, laudando Trajani Virtutem, ſcribit præ cæteris. Hæc ex quo fonte exhauſeris, non me latet, ideſt à Majorum, parentumque tuorum fertiliſſimo Ingenio, quorum, ut ego accepi, quamplurimi Juriſconſ. ideſt Sapientiæ Magiſtri fuere &c.

Fuit exindè Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Cremonæ, & jacula mortis expertus fuit anno. 1623.

Eod. Anno.

MAtthæus Raparius, legali laurea ſuſcepta Peruſiæ, Clericus Romam adivit, ubi morum caſtitate, & ingenii claritate ab omnibus probatus, Sanctiſſimi, & Summi Pont. Pii V. amorem præ cæteris promervit, ut ipſum honorifica ſui Pincernæ dignitate decoraverit, cujus liberalitatem longè majorem ſenſiſſet, niſi ſola tàm Sancti Viri in eum propenſa benevolentia contentus eſſet; ſatis enim divitiarum ſibi comparaſſe videbatur illius Vitam ſibi curæ

eſſe, in cujus ſalute, & tutela omnium mortalium Vita, & tranquillitas nitebatur.

Lud. Cavitellus in Annal. narrat, Raparium electum fuiſſe Nob. & Senatorem Romanum, quod confirmat *Breſſianus in Corona &c. & in Roſis, & Violis;* verùm apud doctiſſimum Virum Carolum Cartharium, qui Syllabum Senatorum Romæ conſcripſit, id invenire nequivimus.

Franciſcus Zava ejus Præceptor, qui anno 1575. eidem dicavit ſuum Epiſtolarum Volumen ſecundum, Raparium fuiſſe Senatorem non ſcribit; memorat ſiquidem Hieronymum ejus Fratrem legum Doctorem politiſſimum

Alex. Lamus in Somnio cant. 3. pag. 67. de eo plura.

Eod. Anno.

PAulus Faernus Ordinis Divi Franciſci Theologus, ſapientia incomparabilis, Maphini Cellæ ejuſdem Ord Alumnus, excellentiſſimi, & magni ingenii vocatus à *Franciſco Zava in Epiſt. lib.* 11. & 12. publicus in Patria humaniorum literarum Magiſter, doctrina, & pietate claruit. Diſcipulum inter cæteros doctiſſimum habuit Aurelium Novarinum Archiepiſcopum, de quo facienda erit mentio.

Obiit die undecima Julii 1584. & in ejus parentalibus longa, & erudita exarravit carmina idem *Zava*, quorum eſt initium

Fortunate Senex, Patrum lux ampla Minorum,
Et Franciſcani gloria rara gregis.
Paule, decus Patriæ, gentis nova Palma Faernæ,
Tertius in tanto nomine digne coli &c.

Memorantur in ipſis Carminibus ex eodem Inſtituto celebres

Cornelius Mora Philoſophus,
Marcus Antonius Sfondratus,
Zacharias Albrigonus,
Archangelus Bondiolus,
Lucas Bonſerius omnes Cremonenſes.

Laudatur & Alexander Malagninus Ordinis Divi Dominici ſummus Theologus, cujus amicitiam noſter Faernus apprimè fuit proſecutus.

Vide *Ant. Campum in hiſt. lib.* 3. *ad annum* 1391. ubi de Gulielmo Centuaria

Memoratur apud *Vvadingum*, de eodem Gulielmo Centuaria loquentem.

Octavianus Pauli Patruus, literis, & ingenio ab eodem *Zava* pariter laudatus

†*†

Joan-

MDLXXVI.

JOannes Baptiſta Macagnus, ſive Machaneus Hieronymi F. medicinæ Doctor, & Aſtronomus doctiſſimus ſuæ mentis non mediocria reliquit veſtigia

Conſilia in Galeni, & Hippocratis opera lib. 6.
De corporis ægritudine lib. 4.
Commentaria in libros de anima.
De Propoſitionibus opportunis ad curandos infirmos.

In Templo magnifico Divi Petri Cremonæ ad ejus tumulum legitur.

Sepulchrum Joannis Baptiſtæ Med. Phyſ. Antonii, Horatii Fratrum Cæſaris ex Pompeo Fratre eorum Nepotum de Macagnis, & Hæredum ſuorum, in quo etiam Antonii Proavi Simpliciani Avi, Hieronymi Patris omnium Med. Phyſ. & Pompei fratris oſſa tranſlata ſunt MDLXXVI.

Ant. Campus de eodem plura. Hiſt. lib. 3.
Alex. Lamus in Somnio cant. 2.

Eod. Anno.

THomas Somentius Archiater in Patria, celebris Orator, & in pangendis latinè carminibus ſingularis, plura ſcripſit egregiè, ſed tantùm typographis conceſſit.

De morbis, qui per finitimos Populos adhuc graſſantur; & num illi ad peſtilentes referendi ſint, poſt prima reſponſa Mantua allata, brevis diſputatio Cremonæ apud Chriſt. Draconium 1576. *Typographo opuſculum dirigitur Nicolao Sfondrato tunc Patriꝫ Epiſcopo.*

Fuit hæc diſputatio occaſione, qua ex præſcripto Exc.^{mi} Moderatoris totius Status Mediol. cum Auguſtino Terzago Medico Mediol. adivit ea loca, in quibus vagari nova morborum clades ferebatur, ut nùm quid piam in illis peſtilens, contagiumve appareret, inquireret, ſicuti præcisè ex ingreſſu ad diſput. primam.

Oratio pro Phyſicis Cremonenſibus in Controverſia cum Protophyſico Mediolanenſi ad Sen. Ex.^{mum} *Cremonæ ap. Baptiſtam Peligarium* 1590.

Oratio pro prꝫſtantiſs. Viro Petro Foliata Med. Phyſ. Cive Cremon. ad revocandum eum in Patriam ſuam. Cremonꝫ apud Dracon. 1597.

De eodem *Draudius in Bibl. Claſſica.*
Zava in Carmin. ubi de Horat. Paterno.
Cavitell. in Annal.
Lamus in Somnio cant. 2.
Antonida in Bibl. Med. pag. 600.

Vinc. Vectiolus in orat. 1. *adverſus eum, qui in Gymnaſiarchiam ſcripſit fol.* 14. *curavit me Thomas Somentius in longa quadam, & gravi Valetudine homo non minùs fide, authoritate, religione, quam medicinꝫ ſcientia ornatus &c.*

Eod.

Eod. Anno.

CÆſar Brumanus Raphaelis doctiſſimi Viri F. ex Vicinia S. Salvatoris Patrio Collegio adſcriptus die 27. Septembris 1563. Græcè,& Hebraicè non minùs, quàm latinè doctus Eruditiorũ ſui temporis non poſtremus incenſu fuit. Publicus proindè Ticinenſis Academiæ Profeſſor electus, & multijugam in Auditores literaturam, & ſui nominis celebritatem latè diffudit. Principibus hinc Viris plurimi factus Michaeli Ghislerio Card. Alexandrino in primis acceptus extitit. Quin & inter ejus familiares inſignem habuit locum, vel cum ipſe ad ſupremam aſſumptus Hierarchiam Pius V. adoratus eſt. Sub hoc enim Apoſtolicæ Cameræ Clericus (ut ajunt) Abbreviator de Parco majori, & Conſiliarius Belli fuit quod in Turcas paratum celeberrimam Orbi Chriſtiano Victoriam peperit ad Naupactum. Nec minorem iniit gratiam apud Pii ſucceſſorem Gregorium XIII. ſub quo Præfecturam Annonæ geſſit anno Jubilei 1575. Honorario quoque Pontificii Cubicularii munere functus, ferebatur ad majores conſcenſurus dignitates, niſi ad eas importuno quæſito aditum ſibi præcluſiſſet. Sequenti ſiquidem anno cum Summum Pontificem profundè cogitantem, & impensè mærentem aliquando conſpiciens, arcanam ejus mentem, ut ſolameu aliquod afferre niteretur, familiaritate confiſus, ſcrutari tentaſſet; acriter obiurgatus, & abſcedere juſſus omni ſpe dejectus, Neapolim receſſit: ubi ex animi ægritudine non multo poſt contabuit, virentis ætatis fines haud quaquam egreſſus Reliquit autem penitioris monumentum eruditionis

Epiſtolarum lib. I.

& alia longè plura fortè lucubraturus, ſi cum ſtabiliori fortuna diutiùs inter vivos degiſſet.

Cæſar in Operibus *Franciſci Zavæ* paſſim recenſetur, & ſpeciatim in Epiſtola, lib. 10. Epiſt. Joanni Baptiſtæ Scalfo directa ubi. *Quod Bononienſes tuos, ſcribis, de Cæſare Brumano ſentire, nos hic quoque hoc ſentimus, & una omnium voce in dies magis confirmatur. Eum ſcilicet in Cardinalium numerum, & ordinem proximis calatis comitis aſcitum iri, quam dignitatem illi feliciter evenire cupio. Spero enim ex hac omnibus propinquis, & hujus proximis, cognatis, & amicis conſultum iri, & R. S. Q. E. maximum ornamentum non parva cum hujus Patriæ dignitate accepturam &c.*

Matrem Cæſar habuit Camillam de qua ſic loquitur idem *Zava in Epiſt. lib* 8. *vol.* 1. Cæſari ſcripta. *Matrem tuam taceo Camillam, & morum ſanctitate, & nominis integritate, & mentis acumine rectè appellatam, rerumq; eventu comprobatam, quæ cum qualibet antiquarum, vel græca, vel latina optima matrona prudentiſſima matre familias, modeſtia, temperantia, prudentia, contendere poteſt &c.*

Ejuſdem meminerunt *Cavitellus in Annal. ad annum* 1576.

Lamus in Somnio cant. 2.

Ant. Campus hiſt. lib. 3.

Breſ-

Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr., & in Roſis, & Violis.
Syllabus J.C.Coll.
Joannes Ciampinus Præſul Romanus eruditiſſimus, cujus humanitati plurimum debeo, in ſua diſertatione Hiſt. de Abbreviatoribus de Parco majori mihi dono cum aliis ſuis doctiſſimis operibus tranſmiſſa noſtrum Cæſarem anno 1566. inter Abbreviatores adnumerat.

Eod. Anno LXXVI.

GRegorius Oſcaſalius Monachus Ciſtertienſis Virtute, & Abbatiali dignitate præclarus, cujus hæc mentio eſt apud *Bartholomeum de Areſio in Chronologia Abbatum S. Ambroſii Mediol. R.mus D. Gregorius Oſcaſalius Cremonenſis doctrina, & pietate inſignis Abbas ſupraſcripti Cœnobii Ambroſiani anno* 1576. *rexit hanc Provinciam per quinquennium duabus in vicibus*. Ibi pariter ex mea familia, quam Mediolani inter Nobiliores vigere vidimus, recenſetur per hæc verba *Rev.mus P. D. Martialis Abbas, & Comes Imperialis Cœnobii Divi Ambroſii Mediol. cæpit regere Abbatiam illam inſignem, duravitque per decennium quatuor in vicibus ſumma cum laude.*
P. Abbas Martialis erat frater Joannis Petri Fideicomittentis, de quo facta fuit mentio ubi de Joanne Paulo Ariſio, ut eruitur ex ejuſdem poſtremis tabulis, in quibus favore ipſius P. Martialis pingue legatum legitur.

MDLXXVII.

ANgelus Maria à Vitelliana Cremonenſis Dœceſis Sacri Ord. Præd. Alumnus S. T. Lector per plures annos in Mantuano Cœnobio. ſcripſit

Vitam B. Catharinæ de Raconiſio.

Ex Plodio de Vir. Illuſtr. Ord. Præd p. 2. lib 4. Altamura in Bibliotheca Ord. Centur. 4. ad annum 1570. *Rovetta in Bibl. Prov. Lombardiæ Sacr. Ord. Præd. Centur.* 4. *anno prænotato* 1577.

Eod. Anno.

JUlius Faroldus Præsbyter Secularis modeſtia, & ſinceritate ſingularis, in literis Poeticis, & Hiſtoricis valdè verſatus, dum Venetiis degebat vulgari idiomate compoſuit librum inſcriptum

Annali Veneti

illumque edidit anno 1577. apud Joannem Variſcum Typographum, cui etiam volumen dicavit, arrepta occaſione, qua in Caleographia ejuſdem Variſci Correctoris munus exercebat. In hoc libro à pag. 389. refert omnia bella, quæ geſſit Veneta Reſp. uſquè ad annum 1485. à pag. 398. habetur Regum Cipri Cathalogus, & à pag. 408. Narratio quędam de Rebus Cremonenſibus.
In præfatione operis innuit, Annales Venetos conſcribere uſque ad annum 1487. quo incipit Hiſtoria Cardinalis Bembi, & in fine gloriatur ſe fuiſſe, Joannis Muſonii laudati, Auditorem in Patria.

Ut

Ut publicè teſtarentur quantum magni facerent hoc opus Nobiliſſimi illius Invictæ Reipub. Senatores Faroldum præmiis, & laudibus honeſtarunt.

Scripſit etiam Julius, ſeù potiùs auxit Hiſtoriam rerum geſtarum à Veſpaſiano Gonzaga Sablonetæ Duce, quam eruditè deſcripſerat Alexander Liſca J. C. Eques, & Patritius Veronenſis, addiditq; quidquid ad rem ſcripſerat Cæſar Campora in arbore Sereniſſimæ Fam. Gonzaghæ, aliique Hiſtoriographi ſcriptum reliquerunt. Prodiit Veronæ anno 1592. anno primo poſt Veſpaſiani mortem.

In Elogiis Virorum Illuſtrium Pauli Jovii leguntur nonnulla carmina noſtri Faroldi.

De eo ſcripſerunt *Cavitellus in Annal. erga finem.*

Ant. Poſſevinus in Apparatu ad omnium gentium Hiſt. ubi de Appendice Hiſtoricorum ſcribit anno 1577. editos fuiſſe Mediolani Annales Venetos Faroldi.

Lil. Greg. Gyraldus in Dialog. de Poetis ſuorum temp. dialogo 2.

Authores Bibl. exoticæ pag. 251.

Zacc barias Barberius Bonon. Capuc. in Hiſt. Sablonetæ MS. ut refert *Laur. Legatus in Lyceo Herculis.*

P. Ireneus à Cruce in ſua hiſt. Tergeſtina lib. 8. cap. 4.

MDLXXVIII.

VIncentius Oſcaſalius V.æ S. Leonardi, Petri Georgii filius inter primarios ſui Ævi Juriſprudentes admirandus hoc anno Coll. in Patria ſuſcepit. Reip. Lucenſis primum, demum Januenſis Auditor, cujus extat monumentum penès *M. Ant. Amatum deciſ. 16. num 26. Rota Genuenſis ann. 1587. 18. Novembris referente Excellentiſſimo D. Vincentio Oſcaſalio Cremonenſi J. C. peritiſſimo tunc temporis in ead. Rota Collega meo.*

Eumdem commendant *Franciſcus Zava in Epiced. Octaviani ex Comit. de Covo.*

Cavitellus in Ann. in fine.

Campus lib. 3. Breſſianus in Coll. J. C., & Syllabus J. C.

Eod. Anno.

JO: Baptiſta Sfondratus vir doctiſſimus, & integerrimus à Secretis Franciſci de Sfondratis ejus Gentilis S. R. E. Card. edidit plura Volumina

Epiſtolarum.

In Eccl. S. Andreę Cremonę, ubi ſepultus eſt, hac decoratur Epigraphe

D. O. M.

Jo: Baptiſtæ Sfondrato Franciſci Equ. F. Protb. Apoſt. virtute, & ſumma erga Pauperes beneficentia clariſſimo, quem Franciſcus Sfondratus S. R. E. Card. ob fidem ſingularem, atque prudentiam quoad vixit habere voluit. Hæred. maſ. M. P. Anno à partu Virginis MDLXXXIII. iij. Kal. Julii.

Al-

MDLXXIX.

ALphonſus Hojeda, de Mendoza dictus, licèt cognomento, & natione Hiſpanus, Cremonenſis aſſeritur ab *Joanne Cleſſio Vvineccenſi Hannonio in Elencho Virorum literatorum ab anno MD. ad MDCII.* quo titulo Cremonenſes inter Scriptores locum obtinere poſſet, niſi Carmonenſem, ab Oppido præclaro in Hiſpania Bætica apud Bætim fluvium non longè à Corduba, potiùs legendum eſſet apud Cleſſium, ut patet ex frontiſpicio Tractatus ipſius

De Beneficiorum incompatibilitate, atque compatibilitate, editi Venetiis apud Jo: B. Zilettum MDLXXIX. in fol. cum aliorum J.C.C. opuſculis, ubi propriè Carmonenſis appellatur.

Id, quod, & præſeferunt ejuſdem

Controverſiæ Theologicæ de Regno, ac Dominio Chriſti, Coloniæ apud Mælium 1603.

Eod. Anno.

FRanciſcus Tintus Anſelmi V. C. jam laudati F. ingenio, & doctrina Genitori non diſſimilis, legum Doctor die Lunæ 26. Novembris 1571. in Collegium Juriſperitorum aſcitus omnium Civium de eo concepta vota explevit, & eò maximè, quando ex Juſtitię, ut ajunt Mediolani, Vicario Oratoris munus pro Patria apud totius Ditionis Gubernatores diligentiſſimè obivit, à quibus cùm Vir ſummæ experientiæ cognitus eſſet, ad Principes exteros in magis arduis rerum anfractibus crebrò ablegatus eſt. Accedente etiam ad Urbem noſtram, anno 1598. menſe Novembris, Margharita Auſtriaca Philippi III. Hiſpaniarum Regis ſelectiſſima Conjuge, ut ipſi, Regio pede, inter Cremonenſis Provinciæ confines ingredienti, Civium noſtrorum lætiſſima obſequia exponeret, unà cum Marchione Camillo Barbovio, Veſpaſiano de Summis, ac Evangeliſta Julio Canobio Tintus delectus fuit. Ex ſuis ſcriptis extant

Conſilia legalia, quorum multa vidimus in Patriæ Bibliothecis, nec non ipſe ſeveriores occupationes amæniorum literarum negotioſo mulcens otio, non injucunda panxit.

Carmina,

Franciſci nomen cum laude referunt *Ant. Campus hiſt. lib.* 3. *ad Ann.* 1579.

Cavitell. in Annal. pag. mihi 428.

Pompeus Ferrotius Launius Bitaricenſis in Annagr. Illuſtr. Virorum pag. 31. qui ob elegantiam, & ſuavitatem carminum, ipſum vel Amphioni conferre non dubitavit.

Breſſianus in Coll. J. C.

Syllabus J. C. Coll.

Ab eodem *Ferrotio* laudatur etiam Jo: Baptiſta Tintus, cujus extant carmina in Opuſculo *Cæſaris Berinzaghi* inſcripto *Auree Spighe*.

MDLXXX.

LUdovicus Cavitellus Ægidioli laudati Trinepos, quem non mediocriter inter cauſarum dicendarum, otia Hiſtoriæ delectaverunt, præcipuè verò, quæ ad Patriæ negotium opportunè faceſſebant, latinè enim, ac ſimplici ſtylo conſcripſit librum, cui tit. dedit

Ludovici Cavitelli Patritii Cremonenſis
Annales, quibus res ubique geſtas memorabiles, à Patriæ ſuæ origine, uſque ad annum ſalutis 1583. *breviter ille complexus eſt.*

Studio exindè Cæſaris ejus Nepotis fuit editus Cremonæ 1588. apud Chriſtophorum Draconium, ac dicatus Petro Martyri Ponzono Mediol. tunc Senatori, & apud Catholicum Regem in ſupremo Italiæ Conſilio Regenti, poſtmodum Novariæ Epiſcopo Cremon. Patritio.

In operis veſtibulo multa in ejus laudem latina carmina Poetarum Cremonenſium leguntur, & præcipuè Joſephi Olivi, Jo: Jacobi Turreſini, J.C. Claudii Burgii J.C. Hectoris Alegri, Alphonſi Marnii, Jo: Baptiſtæ Turreſini, Dionei Muſonii, Franciſci Zavæ, Matthæi Catanei, Angeli Baronii, Fabricii Burgi, italicè verò in eum ſcripſerunt Truſus de Truſis J. C. Cæſar à Porta, Octavianus Cantullus

Senex obiit, dum eſſet Abbas Collegii Tabellionum Cremonenſium, memoratur *ab Alex. Lamo in Somnio cant.* 3. *Ant. Maria Spelta Papienſis in ſua Hiſt.* contrà Cavitellum pluriès. Laudant ſanè, & allegant Cavitellum *Georgius Draudius in Bibl. Claſſica, ubi de Annalibus, & de Hiſt. Cremonenſi.*

Fabian. Juſtinianus in Indice Univerſali, Appendic. in Verbo. Cremona, ſed Antonium, non Ludovicum eum perperàm appellat.

Odoricus Rinaldus in Continv. Annal. Eccleſ. Baronii, Ughellus in Italia Sacra tùm approbat, tùm confutat Ludovici dicta

Petrus Maria Campus in hiſt. Eccleſiaſt. Placentina, & alii plures.

Eod. Anno.

HEnricus à Cremona appellatus ex minor. Convent. S.P. Franciſci, incredibili vir ingenii magnitudine, Theologus, ac Sacrarum literarum eruditiſſimus, redegit in Epithome *Quatuor Libros Sententiarum; & Libros naturales Ariſtotelis juxtà principia Scoti;* ſervantur MS. in nonnullis Bibliothecis ejus Ordinis.

Petrus Rodulphus Toſſignanus in hiſt. Seraph. Relig. Sac. Tom. 1. *lib.* 3.
Lucas Vvadingus de ſcript. Ord. Min.
Antonius Poſſevinus App. Sac. Tom. 1.
Joſeph Breſſianus in V. R. hunc vocat cognomine de Bonſeriis.

Eod. Anno.

FAbricius Burgus elegans, & non infimi cenſus Poeta, literarium in Orbem quædam contulit cum plauſu ſuſcepta, & præcipuè

Epigram-

Epigrammata in laudem tùm Patriæ, tùm Ludovici Cavitelli, quę præfixa leguntur ejuſdem Cavitelli Annalibus. Reliquit inſuper

Opuſcula Varia ad Hiſtoriam Cremonenſem ſpectantia,

quæ MS. citat *Joſeph Breſſianus* italico libro de geſtis Joannis Baldeſii Cremon., & alio libro inſcripto, *Il Collegio de Dottori &c.*

Eod. Anno.

CÆſar Dulcius, Severi Cauſidici Coll. & Patriæ Decurionis F. facili, atq; alacri facundia fuit, floruit è Secretis Alphonſi II. poſtremi Ferrariæ Ducis, cui approbè dilectus, Muſarum quoq; blanditiis irretitus pandidit non coaſpernanda

Carmina.

Habetur & ejuſdem Auctoris in laudem Proſperi Paſethi Ferrarienſis *Elegia* præmiſſa ejus libro inſcripto, Reſponſa, ſeù Conſilia primùm edita Venetiis 1580.

Eod. Anno.

CHriſtophorus Fondulus Philoſophus, & Medicus Colleg. maxima inter alios præſtitit doctrina, & humanitate levandis ægrorum languoribus, interdùm pro Roſtris dixit, & aliorum orationibus Cenſor adhibitus, elegantiam addidit. Modicus tamen ſui æſtimator, vix quicquam de ſuo edi paſſus eſt. Alienæ ſtudioſus, è contrà gloriæ nobis communem fecit.

Thomę Somentii Collegę pro Phyſicis Cremonenſibus in Controverſia cum Protophyſico Mediolanenſe Orationem ad Sen. Excellentiſſimum.

cui & propriæ ſpecimen facundiæ diſertam præfixit Epiſtolam ad Authorem. *Cremonę apud Baptiſtam Pellizarium* 1580.

Ad Templum Divi Vincentii Cremonæ in marmore literis aureis nitet hæc Inſcriptio.

D. O. M.

Chriſtophorus Fondulus Julii Filius, Medicinæ arte, familiæque, atque animi nobilitate Illuſtris, præcipuus Collegii Societatis Jesù Erector, cum vivens, morienſq; nulla in re Patriæ defuiſſet, vitamq; totam celebrem duxiſſet Charitatis, Societatem hæredem fecit, quæ grata hoc illi Monumentum poſuit anno ſalutis MDXCVIII.

Ant. Campus hiſt. lib. 3. ubi de Medicis Colleg. Cremon.

MDLXXX.

JOannes Auguſtinus Pellicius Medicus, & Philoſophus, ipſum plura doctiſſimè ſcripſiſſe in arte, fertur per *Joſephum Breſſianum in ſuo Opuſculo V. R.* at opera, quæ ipſe compoſuit, ibi non exprimuntur. Verùm *de Philoſophia Morali* tractaſſe naviter prædicatur. In Periſtylio Cœnobii S. Franciſci Cremonæ hæc leguntur.

Jo: Auguſtino Pellicio Phyſico Medico de Collegio Medicorum Cremonę, in quod generis antiquitate, & ſcientię pręſtantia fuerat adſcitum, Univerſę Civitati, & Pop. finitimis probato, & grato.

Jo: Franciſcus Frater M. Fr. B. M. P. MDLXXXIV.

De eod. *Alex. Lamus in Somnio Cant.* 2.

Cavitell. in Annal. pag. 428. *t.º*

Eod. Anno.

HIlarion Tadinus natus in Oppido prẹclariſſimo Caravagii Cremonenſis Diœceſis (cui laudis plurimum acceſſit ex celeberrima Templi ſtructura Beatiſſimę Virgini ſacra, ubi à perenni fonte uberiores in dies cœleſtis Beneficentię, atq; miraculorum rivulos longè, latèque univerſi Terrarum Orbis admiratione diffundit) Congregationis Ciſtercienſis Alumnus literis, & pietate clariſſimus fuit. deceſſit anno 1585. cùm eſſet Abbas Clarævallis propè Mediolanum. ſcripſit

Orationes,

Epigrammata, aliaq; opera, ut innuit *Abbas Picenellus in Athenęo Lit. Mediol.* allegando *Robertum Ruſcam in Compendio Vir. Illuſtr. Ciſtercien.* Non eſt hìc ommittendum de alio inſigni Caravagienſi monumentum nuperrimè repertum, quod è regione organi erat Mediolani in Eccleſ. Divi Franciſci, antequam reædificaretur.

Georgio Cropello Caravagienſi artium, & Medicinæ Doctori clariſſimo, & poſteritati anno à natali Chriſtiano 1475.

Eod. Anno LXXX.

PEtrus Ferrarius humanarum literarum publicus, & inſignis in noſtra Civitate Gymnaſiarcha, ſolidiſſima ſemper in ejus diſcipulis doctrinæ jecit fundamenta, Vir gravis, cordatus, & in omnibus eruditus, *Orationes*, & *Verſus* vulgavit quamplures. Memoratur *à Franciſco Zava in Carmin.*

A' Joanne Baptiſta Goldono in Oratione funebri pro Petro Paulo Flameno, cujus fuit Alumnus.

Ab Angelo Baronio cum laudibus in Epiſt. præmiſſa Paneg. pro Præſ. Maynoldo.

A' Peregr. Merula in Sanctuar. p. p. pag. 311.

Eod. Anno.

JOannes de Zanebello J. C. Soncinas curioſo hiſtoriarum calamo latinè conſcripſit

Chronicon Univerſale,

Ex quo fragmentum inſigne de maximæ Cremonenſium Turris erectione, citat *Peregrinus Merula in Sanctuario noſtrę Urbis part.* 1. *pag.* 19. Verùm non plenę fidei textus ille nobis videtur, quo etiam morbo laborant, quæ in hanc cauſam digeſſit *Jacobus Bergomas in*

Supplem.

Supplem. cum ante annum 1284., & unà cum eo noſter *Cavitell. in Annal.* ut in primo Volum. diximus, Turris noſtra jam inter Orbis miracula enitebat; quippè quod *Jacobus Gadius* diligens ex Cremonenſibus antiquitatum Collectoribus, in ſuis *hiſt. MS.* verborum ſinceritate potiùs, quàm fuco reliquit. *Ann. 1167 ſuprascriptus Imperator*, ſcilicet Federicus Ænobarbus, *Mediolanum vi cœpit, & vaſtavit penitùs, deindè Cremonam venit in Kalendis Menſis Maii, & eam deſtruxit; ejus Turres penitùs evertit, dempta Turri magna, Torratium, appellata, quam etiam proſtrare voluit, & incœpit, prò ut de præſenti extant in eo veſtigia in fundo, foris, & intùs ipſam Turrim, ſed precibus mulierum, ſivè Virginum Cremonenſium ab opere deſtitit.*

Nuperrimè laudatur Turris Major Cremonæ ab eruditiſs. Amico meo, Lazaro Auguſtino Cotta, in ſuis Heroicis Carminibus, nobis humaniſſimè directis, cui tit. *Herculis Arii iter per Inſubriam*, typis Ghiſulphium Mediolani, ubi. *Intereà contermina cœlo*
Machina dat ſonitum, Civeſque ciendo perurget &c.

MDLXXXI.

JO: Franciſcus ex Bonhomiorum familia, quæ antiquitate, fortuna, inſigniq; nobilitate, ęxiſtimatione inter primas hujus Civitatis familias habetur. Patrem habuit Nicolaum Jo: Franciſci Decurionis Filium, virũ magnæ apud ſuos cives dignitatis, & auctoritatis, Matrem nomine Claram, patria Brixianam, ortam ex Illuſtri Calinorum familia. Puer Cremonæ iis artibus, quibus ætas illa ad humanitatem informatur, eruditus eſt: Adoleſcens juri civili, & Pontificio, non mediocri cum fructu, operam dedit, primùm Bononiæ, deindè Papiæ, ubi Juriſconſulti nomen aſſecutus eſt eorum ſuffragiis, & judicio publicis tabulis, ut mos eſt, conſignato, qui tunc erant in Gymnaſio illius Civitatis publici Legum Doctores, & interpretes. Juriſconſultorum igitur inſignibus decoratus, & in eorum numerum ſumma omnium claritate, & gratiſſima animi ſignificatione cooptatus, ſtatim à Carolo Borromæo Mediolanenſi Cardinali, cui à Pio Quarto Pontifice Maximo, ipſius Avunculo, magnæ Reip. Chriſtianæ partes ob ſingularem prudentiam, & probitatem creditæ erant, & commiſſę, Romam evocatus eſt, & in publicis magnarum rerum procurationibus aliquot annos conſiliorum, & laborum omnium ejus ſocius fuit, & adiutor. Ejus opera fideli, & egregia uſus Carolus in iis rebus gerendis, quæ ad univerſam Remp. Chriſtianam pertinerent; Sacerdotium ſanè amplum (Abbatiam Nonantularum appellant) quod ipſe poſſidebat, ei tradidit. Jo: Franciſcus igitur pro officii ſui ratione ſtatim Roma profectus, ad Eccleſiam ſuam conceſſit, ubi quod ſacrorum Canonum jure cavetur, quam ex domeſticis ſumptibus ſibi eccleſiaſticorum redituum partem, quæ pro ėjus frugalitate ſatis ampla erat, ſibi ſupereſſe cernebat, eam tùm in ædibus ſacris, aut reficiendis,

aut

aut exornandis, tùm in iis, qui aliena vivunt miſericordia, ſuſtentandis piè erogabat. Hoc deindè Sacerdotium Guidoni Ferrerio Cardinali Vercellenſi tradidit, ab eoq; Verçellenſem Epiſcopatum accepit, qui Mediolanenſi Metropolitano ſubjectus eſt; idq; de Borromęi conſilio, atque ſententia, & Pont. Gregorii XIII. gratiſſima voluntate; Borromæus enim, qui erat Mediolani Archiepiſcopus, quemadmodum anteà in ſummi Pontificatus adminiſtratione ejus opera uſus fuerat, non mediocri cum fructu, & pietatis, & dignitatis, ità ad Metropolitanæ Mediolanenſis Eccleſiæ gubernacula ſedens, ipſius fidem, probitatem, ſapientiam maximè requirebat: Pontifex autem ſperabat, eum honeſtę vitæ exemplo, & doctrina, quæ ſibi cognita jam, ac perſpecta omninò erant, ſacram Diæceſim Vercellenſem ſanctè adminiſtraturum. Quare cum Mediolani Vercellarum Epiſcopus ex ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ritu conſecratus eſſet, quo tempore Vercellis ei eſſe licuit, per Summi Pont. voluntatem, qui ad multò majora illum munera jam deſtinaverat, quinquennio, ità ſe in ea Eccleſia geſſit, ut & Diæceſim illam totam diligenter perluſtraverit, & Concilia Sacerdotum, cætuſq; complures habuerit, cæteraq; omnia ſumma cum vigilantia, & paſtorali ſollicitudine providerit, quæ ad religionem, & miniſtrorum Dei ſanctimoniam, & ad reliqui totius populi ſibi concrediti, rectam vivendi rationem pertinerent, controverſias nonnullorum civium inveteratas, ac propè capitales ſuſtulerit: Ædes ſacras inſtaurandas curaverit, in primis verò templum Divi Euſebii, quod in ea Urbe maximum eſt: in quo præter cætera Capellam majorem, Canonicorum uſui ad Dei laudes concinendas addictam, magnificis ſumptibus exædificavit, mirificèq; exornavit. Ædes etiam extruxit non contemnendas in quibus ex Tridentini Concilii decreto certus adoleſcentum numerus ad pietatem, & eruditionem, Eccleſiæ ſumptibus informatur, quod Seminarii nomine valdè accomodato appellandum eſſe cenſuerunt ſanctiſſimi illi Patres; propterea quod ibi tanquam teneræ arbores alantur, & inſtitutorum cura non mediocri educentur, quæ, per univerſam deinde illius Civitatis Eccleſiam fructum ferant, tantæ inſtitutioni conſentaneum. Veſtes, & vaſa pretioſa ad uſum, & ornamentum templi, conficienda curavit: Corpora multorum Divorum, quæ in ea Urbe plurimos annos propè incognita jacuerant, in locum auguſtiorem, à ſe ipſo, ea de cauſa, non exiguis ſumptibus paratum, tranſtulit, ad quam rem piè gerendam Cardinales quatuor, Epiſcopos xxiiij. à ſe convocatos, & invitatos liberali hoſpitio ſuſcepit. Crebris concionibus, & ſacerdotes, & reliquos in officio, & fide continuit. Eos autem, quos inopia rerum neceſſariarum præmi cognoſceret, ſuſtentare nunquam intermiſit: Idq; non ſolum præſens, ſed etiam abſens ſemper præſtitit cum propè omnes illius Epiſcopatus reditus in ejuſmodi uſus erogaverit. Nam ex tabulis accepti, & expenſi, ab ejus oeco-

cono-

conomo confectis cognitum eſt, ſpatio quatuordecim annorum, quibus aut præſens, aut abſens Vercellenſi Epiſcopatui præfuit, octo, & viginti aureorum coronatorum millia in eas res, quas commemoravimus, ab eo fuiſſe diſtributa, cùm primis annis annuus illius proventus eſſet tantummodo aureorum mille, & ſexcentorum, poſtremis autem annis, ipſius, & domeſticorũ diligentia, ad tria millia auctus eſt. Cùm autem, ut diximus, quatuordecim annos Epiſcopatui Vercellenſi præfuerit, quinque annos præſens illam Eccleſiam, ut etiam dictum eſt, rexit, reliquos novem in variis legationibus, à Pontificibus Greg. XIII. & Xiſto. V. Reip. Chriſtianæ cauſa demandatis, conſumpſit. Ac primùm viſitationis gratia ab Apoſt. ſede ad Novocomenſem Diœceſim deſtinatus eſt cum ampliſſima cognoſcendi, judicandi, & ſtatuendi poteſtate, cujus etiam muneris ratione adiit incolas Vallis Vulturenæ, quæ cum Rhætorum poteſtati, & imperio ſubiaceat, Epiſcopum tamen Novocomenſem Sacrorum Antiſtitem, & proprium paſtorem agnoſcit, ſed cùm Rhęti hæreticorum impietatem ſequentes, ab Eccleſia Romana defecerint, ac propterea, neglecta Rom. Pontificis auctoritate, nihil ejus nomine in ſua ditione agi permittant; Epiſcopus pro ſua in Deum pietate ſingulari, & animarum Chriſti ſanguine coemptarum, ſalutis cupiditate incredibili, qua potuit, meliori ratione, quæ ſumma ejus prudentia erat, in eam ſe regionem inſinuavit, ubi pro temporis, & loci ratione ea aggreſſus eſt, quorum cauſa venerat: præſertim cum illius Vallis populi, veram pietatem retinentes, R. Pontificis auctoritatem & agnoſcant, & venerentur. Finxit igitur, ſe valetudinis cauſa ad Balneas, quæ Bormii in ea Regione ſunt, accedere, qua fama facilem aditum nactus, quæ erant ſui muneris, cœpit adminiſtrare. Hac re ad Rhætos delata, Joanni Traverſio illius Vallis Præfecto, per literas mandarunt, ut ſi Epiſcopus Vercellenſis Balneorum beneficio uti vellet, quemadmodum jam præſetulerat, cùm eas regiones peteret, id ei permitteret, & omnibus humanitatis, & liberalitatis officiis amplecteretur, ſin occultè aliquid tentaret, quod ad Religionem, & ſacra pertineret, omni eum ratione prohiberet: quod niſi feciſſet, ipſummet Majeſtatis crimine obſtrictum iri: juſſerunt etiam, ut Epiſcopo denuntiaret, niſi ab incœpto deſtitiſſet, Rhætos illum in vincula conjecturos, & in eum pari jure acturos, quo Romanus Pontifex cum eorum Concionatoribus, intrà eorum fines captis, & Romam adductis, agere conſueviſſet. Traverſius igitur, & cæteri ejus Regionis magiſtratus Epiſcopo Sacerdotum vitam, & mores exploranti, & ſacra adminiſtranti, aſſiduis concionibus populos ad retinendam pietatem cohortanti, cæteraq; quæ erant ſui muneris agenti, ſe ſe opponere, & ubique vi, & armis intentatis reſiſtere cœperunt, in primis autem, quod ſilentio non videtur prætereundum, cum Morbegni, quod eſt ejus Vallis oppidum, in templo veſtibus ſacris, ac Pontificiis indutus, ſacro chriſmate oppidanos

danos illius cupidos, ex ritu Romanæ Eccleſiæ inungeret, Prætor illius loci juſſit, ut id facere omninò deſiſteret: qua tamen denunciatione Epiſcopus nihil deterritus, rem incœptam non intermittebat; ſed oppidani, qui eò confluxerant, ut Chryſmatis ſacramentum perciperent; veriti, ne quid graviùs Prætor in eum moliretur, paulatim dilapſi diſceſſerunt. His tamen tot, ac tantis difficultatibus nihil perterritus Præſul piiſſimus, eum ſe in illa adminiſtratione perpetuò præſtitit, ut neque periculorum magnitudine, neque Magiſtratuum minis fieri potuerit, quin unius menſis ſpatio, quo illìc commoratus eſt, ea omnia cumulatè & præſtiterit, & præclaris ſanctionibus præſcripſerit, quæ ad illius Regionis ſalutem, & Chriſtianæ Religionis inſtaurationem pertinere viderentur. Diœceſi Novocomenſi diligenter perluſtrata, ſtatim à Gregorio XIII. Pontifice Maximo Nuncius miſſus eſt ad eos Helvetios, qui in retinenda ſanctiſſimorum Patrum doctrina, & tuendis Eccleſiæ Romanæ inſtitutis, conſtantes perſtiterunt; in qua legatione biennio commoratus, in cognoſcenda, ſanctioribusq; inſtitutis conformanda Sacerdotum vita, in controverſiis dirimendis, in comprimenda multorum licentia, & audacia, nullum laborem, nullumque periculum ſubterfugit. Maximam in primis in eo diligentiam adhibuit, ne quis à vera pietate, falſis opinionibus, averteretur, cùm præſertim hi Helvetii, apud quos erat, quique, ut dictum eſt, de Religione, & Eccleſia Romana bene ſentiunt, habeant eos populos finitimos, & vicinos, qui impia hæreticorum dogmata ſequuti, omni conatu in illud incumbunt, ut cæteros à veteri, & germana fide ad commentitias ſuas, inaneſq; fabulas traducant, qua etiam diabolica inſania acti, Bonhomio ipſi inſidias ſtruere, mortem machinari, numquam deſtiterunt; quòd is eorum conatibus valdè occurreret, eorumq; conſilia ſua incredibili ſapientia infringeret. Dum hoc munere legationis apud Helvetios fungeretur, ſæpe juſſu Pontificis contulit ſe Coriam, quod eſt Oppidum Rhetorum longè maximum, ut controverſiam, quæ inter ipſos, & Civitatis illius Epiſcopum erat, cognoſceret, & aliqua ratione tolleret, quod erat ſanè difficillimum apud homines à vera religione averſos. Ibi igitur cùm aliquot dies, ejus rei cauſa, commoraretur, ſaxa noctu fuerunt conjecta in feneſtras ejus domus, in qua diverſabatur: exiſtimatum eſt id factum eſſe ab iis, qui & Chriſtianæ religionis hoſtes, & R. Eccleſiæ infenſi, tùm ipſum Epiſcopum, tùm Pontificis Nuncium graviſſimo odio proſequebantur: in quem cum luce, & palam impetum facere non auderent, aut metu Magiſtratuum, aut ne internuncium lædentes, gentium jus violare viderentur, clam, & noctu hoc injuriæ genere, ſuæ in eum malevolentiæ virus evomebant. Poſtridiè ejus rei fama ad Magiſtratus, & Gubernatores Civitatis perlata, ut oſtenderent id publico conſilio factum non fuiſſe, in illius nocturnæ inſolentiæ auctores inquirendum, & ſi qui comperti

perti fuiſſent, ſeveriſſimè animadvertendum eſſe cenſuerunt: Quę deliberatio cum primùm ad aures Bonhomii pervenit, egit cum iis per Legatum Regis Galliæ, qui tùm erat apud eos magnæ auctoritatis, & dignitatis, ut ab hac inquiſitione, & inveſtigatione omninò deſiſterent: ſe enim non mediocris lucri loco ponere dicebat, & inter ſumma Dei beneficia collocare, quòd homo Chriſtianus, & Sacerdos, & veræ pietatis cultor, à Chriſtianæ fidei hoſtibus lapidibus appeteretur, ob eam tantùm cauſam, quòd veram religionem, & Eccleſiæ R. dignitatem ſtudioſiſſimè tueretur. Huic illi poſtulationi ità reſponderunt, ut dicerent, Nuncium Pontificium, ut hominem Chriſtianum, & Sacerdotem decet injuriæ ſibi illatæ vindictam non cupere, eamque libentiſſimè condonare: Sibi tamen quod muneris ſui ratio poſtularet, omninò curandum, ut & audacia comprimeretur, & tantum facinus juſto ſupplicio vindicaretur, propterea ſe inquiſitionem non intermiſſuros, donec inventi fuiſſent ſceleris auctores, & graviſſimis pænis affecti. Tunc Bonhomius in eorum frequentiſſimum conventum, hujus unius rei cauſa, ſe contulit, & præſens coram ab eis ſummis precibus contendit, ne quid omninò aut ſtatuerent, aut agerent graviùs in eos, qui ſibi injuriam facere voluiſſent, nec priùs orandi finem fecit, quàm illi fidem præſtiterint, ſe facinoris ultionem, ipſo volente, & rogante, omiſſuros. Hæc eo agente, nonnulli eorum, qui extrà curiam moras trahebant, multa in Epiſcopum dixerunt, ejus domeſticis audientibus, illudq; in primis, eum cum ex oppido egrederetur, caput in ipſa porta relictu-rum, quod nefarias videlicet manus in Domini Sacerdotem inferre, incredibili cupiditate flagrarent. Verùm Epiſcopus tùm multis aliis humanitatis officiis, tùm maximè pietate illa, & charitate non vulgari, qua illatam ſibi injuriam condonavit, ità ſibi illius Regionis Principum à Catholica etiam fide diſſentientium, animos conciliavit, ut poſteà faciliùs rem, cujus cauſa tùm Coriam venerat, ex ſententia confecerit, & ejus judicium in controverſia dirimenda Rhęti facilè approbarint. Inde ad Helvetios revertens, ut munus Legationis expleret, Bernam divertit, unam ex iis Helvetiorum Civitatibus, quæ falſis de Religione opinionibus, ab Eccleſia Romana deſciverunt. Hic dici vix poteſt, quot, quantaſve injurias fuerit ab omnibus perpeſſus: unam, aut alteram recenſebo, ex quibus reliquas omnes conjectura aſſequi quiſque facilè poterit. Nam Oppidum ingreſſus, cùm incidiſſet in multitudinem, unum in locum coactam, ad audienda hominis, capitali judicio damnati, maleficia, quæ, ut mos eſt illarum gentium, publicè populo legebantur, reo ipſo præſente, & annuente; nonnulli cæteris iniquiores, illum ex veſtitu Sacerdotem, & Epiſcopum cognoſcentes, & torvis oculis intuentes, dicere cœperunt, furem, qui ad ſupplicium duceretur, poſſe dimitti, & ejus loco furem hunc alterum, qui nuper adveniſſet, patibulo ſuſpendi; Cùm au-

tem ea multitudine via ità eſſet obſepta, ut progrediendi facultas non daretur, in proximam meritoriam tabernam, ad reficiendas vires, divertit, ubi continuò publici apparitores pręſtò fuerunt, qui Magiſtratuum, & Senatorum Bernenſium nomine, ei, pœna mortis propoſita, imperarunt, ne inde diſcederet, priuſquam ipſi facultatem abeundi permiſiſſent: Ille cùm eo die Friburgum pervenire conſtituiſſet, & propterea Bernæ non diù conſiſtere vellet, per homines Helvetios, quos itineris duces ſecum habebat, à Lucernenſibus datos, & nonnullos viros nobiles, Dei, & veræ, catholicæque Religionis cultores, qui tùm fortè ibidem hoſpitabantur, Magiſtratus Bernenſes rogavit, ne ſibi, quin cæptum iter perficeret, prohiberent. Intereà multitudo, vulguſq; hominum promiſcuum eò confluere, in ædes certatim irrumpere, multa verba jactare, multis conviciis, & Nuncium ipſum, & ejus domeſticos compellare, omnes ſuſpendendos conclamare. Paulò poſt eò Prætor acceſſit, & cum eo ſex Senatores, & magnus apparitorum, & famulorum numerus: ad hos in Triclinium, quod erat in poſteriori domus parte, ingreſſos, deſcendit Bonhomius, & omnibus, quàm fieri poterat, humaniſſimè ſalutatis, cauſam quæſivit, cur ſe illìc conſiſtere juſſiſſent: Reſpondit Prætor, homo inter eos nobilitate, & opibus maximè clarus, longa oratione, cujus, ut ex interprete cognitum eſt, hæc erant capita: Bernenſes de Nuncio Pontificio conqueri, quod eos contumelioſo nomine germanico Kethzer appellaret, hoc eſt Hæreticos; tùm quòd commercia, quæ cæteri Helvetii ſecum haberent, tollere tentaret; præterea quòd homines ſuæ ipſorum Religionis ſectatores, hoc uno nomine Religionis, undique expellendos curaret; idque recenti duorum exemplo poſſe confirmari, qui ejus opera ex oppido, in quo habitarent, ejecti nuper fuiſſent. His de cauſis ſe nomine totius Civitatis ei denunciare, ne poſthac aut Urbem ingrederetur, aut per eorum fines iter faceret, etiam ſi comites cujuſvis generis, & à quovis adjunctos haberet, qui ei itineris tutò, & liberè faciendi poteſtatem pollicerentur: hoc quidem tempore ei impunè abire licere; in poſterum non licere: Quod ſi Civitate invita, id tentaſſet, eam ſuo in illum jure uſuram, & captum in vinculis cauſam dicere coacturam. Reſpondit ad hæc Antiſtes per eumdem interpretem, ſe nunquam eo nomine, de quo quererentur, illos appellaſſe, cùm eſſet penitùs ignarus linguæ Germanicæ: Quin etiam anno ſuperiore, cum id verbum à ſuo ipſius Concionatore publicè uſurpari, & ab Eccleſia Romana diſiunctos; eo nomine appellari audiſſet, ſe illi, ut omninò abſtineret, iniunxiſſe, quod ea appellatione graviter illos commoveri intellexiſſet; neque unquam tentaſſe, aliorum cum ipſis commercia tollere, in eoque ſe exiſtimare, ſibi injuriam fieri, quod aut id in ſe confingerent, aut malevolis, falſa deferentibus, crederent; nec demùm illos, qui eorum Religionem ſequerentur,

tur, ex locis, in quibus habitarent, expellendos curaſſe; fateri quidem ſe mandaſſe, ut duo Porentrucenſes, niſi ad certam diem ad ſanitatem, & veram pietatem revertiſſent, ex Civitate ejicerentur, ſed ſe nunquam credidiſſe, Bernenſes id ægrè laturos, cùm illi, nec eorum cives eſſent, nec clientes, nec omninò Helvetii, aut cum Helvetiis fœdere, & Societate conjuncti; Hæc autem omnia multi, ac inter cæteros, Bernenſes Concionatores, ad oſtiū Triclinii obſervantes, audiebant, quæ ultrò, citròq; dicebantur: Porrò iis omnibus, quæ fuerant obiecta, refutatis, cùm nihil amplius, quod obiicerent, haberent, ac probatis reſponſionibus, diſceſſuri viderentur, rogavit eos Nuncius, quoniam falſa eſſe cognoviſſent, quæ de eo, vel delata, propter improborum nequitiam, vel ſuſpicione inani concepta fuiſſent; decretum, quo vetuerant, ne in poſterum per ipſorum urbem, & fines, iter faceret, tollerent; ſe quidem de eo non magnoperè laborare, ſed illis etiam, atque etiam eſſe videndum, ne ea re jus legationis, & gentium violarent; ad quod illi reſponderunt, ſe de eo in publico conſilio acturos, & quod ſtatutum fuiſſet, illum per literas certiorem facturos: Hoc ipſi reſponſum cùm reddidiſſent, ab Antiſtite perbenignè valere juſſi, rogatiq; ne tàm faciles iniquorum delationibus aures præberent; indè receſſerunt: Interim autem contigit, ut dum Antiſtitis famulus quidam præiret, quod pedibus iter haberet, nihilq; mali ſuſpicans, ad portam Civitatis perveniſſet, à duobus lictoribus caperetur, & pecunia omni, nonnulliſque aliis rebus ſpoliatus, in carcerem conjiceretur; undè priùs dimiſſus non fuit, quàm Prætor, cæterique ad prætorium redierint, poſt congreſſum illum, quem cum Pontificio Nuncio habuerant: Tunc autem dimiſſum, extrà Oppidum omni convitiorum genere onuſtum, egerunt. Porrò cùm Nuncius ipſe diſceſſurus mulam conſcendiſſet, ingens Bernenſium turba eò confluxit. Horum alii rudentes, & aſinorum vocem effingentes, contumeliæ cauſa in eum cōclamabant; alii manibus ad capulos gladiorum appoſitis, vim minabantur; alii nebulonem, & furem appellabant, & proximum ei patibulum imprecabantur; alii rapas, & globos ex nive manibus compreſſa, cujus magna erat, brumalibus diebus, in illis locis copia, in illum, & Comites conjiciebant, & quod intolerabiliùs fortaſsè fuiſſet, ſi verba illo idiomate prolata percæpiſſent, ut poſteà ab interprete ſignificatum fuit, nonnulli Arianos, & Anabaptiſtas illos nominabant, quam contumeliam affirmavit poſteà Epiſcopus, ſe æquo animo laturum non fuiſſe, omninòq; refutaturum, ſi intellexiſſet, hujuſmodi enim iniurias non eſſe ſilentio diſſimulandas, cùm Dei honorem, Eccleſiæq; Catholicæ dignitatem, labefactarent, cujus ſe acerrimum defenſorem profitebatur. Illud demùm apud Helvetios non mediocri laude dignum geſſit, quod Capuccinorum Religionem ſanctitatis, & ſacrarum literarum ſcientiæ nomine florentem, in eorum Regionem induxit, & Uranniæ primum eis lo-

cum conſtituit, ut præclarum quoddam aliud facinus ſilentio involvamus, quod periculum, ac exitium maximum toti Italiæ imminens, avertit conſilio ſuo, animique magnitudine, qua apud ipſos Helvetios, quorumdam conatus compreſſit, & fregit, quos non patitur res ac temporum conditio, latiùs explicari. Hinc igigitur ad aliam legationem tranſeamus, quam à Pont. Max. Gregorio XIII. iniunctam apud Rodulphum Imperatorem, ſapientiſſimè, ſummaque cum dignitate adminiſtravit, nec non incredibili fructu, ac jucunditate tùm Pontificis, tùm Imperatoris amborum nimirum totius Chriſtiani Orbis Principum: Accidit ergò, dum apud Rodulphum, Internuncius Apoſtolicus Vercellarum Epiſcopus ageret; ut ipſius Imperatoris juſsu, totius ferè Germaniæ Principum conventus cogeretur, quem communi nomine Dietam appellant, in Urbe Auguſta Vvindelicorum: Inter hos non pauci aderant novarum hæreſum ſectatores: Adeſſe voluit & Epiſcopus Bonhomius, illudque authoritate ſua, prudentia, doctrina, eloquentia, facilè aſſecutus eſt, ut & eorum ſententias irritas, inaneſque reddiderit, qui Romano Pontifici infenſi videbantur, & nihil ſtatutum in eo conventu decretumvè fuerit, niſi ex Romanæ, Catholicæq; Eccleſiæ dignitate; omninò autem in illud ſummo ſtudio, ſummaq; contentione incumbebat, ut Chriſtianæ, Eccleſiaſticæq; diſciplinæ, quæ in dies magis collabebatur, formam reſtitueret, reſtitutamq; prò viribus tueretur. Hinc multos regni Pannonici, & Bohemici Principes, qui falſas impiorum opiniones ſequebantur, vitæ ſuæ exemplo, & dicendi gravitate, ad ſanitatem, & veram pietatem colendam revocavit, quorum deindè exemplo multa hominum millia commota, ab impuris ſuperſtitionibus, ad veram religionem, à tenebris errorum ad veræ ſapientiæ lumen, à Cathedra peſtilenti ad ſalutarem diſciplinam converſa, Romanam Eccleſiam ſuam, omniumq; Chriſti fidelium Matrem agnoverunt, Romanoq; Pontifici obedientiam ſpoponderunt. In eo numero fuerunt duo hæreticorum dogmatum publici Doctores, & Concionatores, qui tantæ impietatis facinus deteſtati, in Epiſcopi ipſius manibus publico, ſolemniq; juramento præſtito, univerſam Hęreſum colluvionem abiecerunt, pollicitis ſe in poſterum piè victuros, & vivendi præcepta ab Eccleſia Romana tradita, & probata, ſecuturos, & ſervaturos. Erat in illis locis eo tempore Palæologus Hæreſiarcha, qui doctrinæ, & auctoritatis opinione, quam ſibi apud eas gentes malis artibus comparaverat, plurimos ſecum in exitium trahebat. Eum, ut hominem Reip. Chriſtianæ pernitioſiſſimum, Pius Quintus P.M. in poteſtate habere ſæpè tentarat, ſed fruſtrà, cùm is hominum potentum, & multorum Germaniæ Principum opibus fretus, omnes Pontificis conatus eluderet, & evitaret: eum Bonhomius cùm ad hanc rem animum adieciſſet, captum, & vinctum Romam mittendum curavit, ubi ille poſtea debitas, & juſtas impietatis ſuæ pęnas perſolvit.

ſolvit. Eodem tempore in Germania perpetrata eſt res plena audaciæ, ſceleris, & impietatis. Nàm Gelardus Truchſeſius Coloniæ Archiepiſc. homo nobilitate, opibus, clientelis potentiſſimus, & unus ex iis, qui nunc apud Germanos habent legitimam poteſtatem, Imperatoris ſuis ſuffragiis, eligendi, & creandi, neglecta penitùs R. Pontificis auctoritate, & effractis omnium legum repagulis, ac pudore abiecto, impias Hæreticorum opiniones ſecutus, uxorem duxit, & fœminam illius gentis nobiliſſimam, cujus imitatione, & exemplo, nonnulli Sacerdotes illarum nationũ improbi, & impii, eodem ſe inexpiabili ſcelere polluiſſent, niſi tanto malo impendenti Pontifex occurrendum eſſe, maturè ſtatuiſſet, & hujuſmodi impietatis auctorem ſeveriſſime puniendo, illius pœna cæteros à tanto ſcelere perpetrando, deterruiſſet. Re igitur explorata, ſtatim illum ex fidelium communione, & ſocietate ejectum, de ampliſſimi Archiepiſcopatus poſſeſſione deiicere ſtatuit, & in ejus locum alium ſufficere, qui veram pietatem, catholicamq; fidem coleret. Sed id propter hominis potentiam admodùm difficile, & periculoſum videbatur; præſertim cum opibus, & armis nonnullorum Germaniæ Principum niteretur, qui erant cum eo variis neceſſitudinibus coniuncti, & jampridem à catholica fide averſi, dignitatem, & auctoritatem Eccleſiæ R. labefactare, perdere, funditùſq; delere contenderent. Rem tamen tentandam R. Pontifex ratus; cùm ſperaret divinam opem ad eam conficiendam adfuturam; Andream Auſtrium Cardinalem, tanquam Sedis Apoſtolicæ Legatum, ac prætereà Bonhomium, Malaſpinam, & Oranum Epiſcopos, cum ſumma rei gerendæ poteſtate Coloniam deſtinavit, qui cum Spiram paucorum Equitum præſidio ſuffulti perveniſſent, cognoverunt Caſimirum, Comitis Palatini fratrem, audito ipſorum conſilio, & itinere, quatuor peditum millibus; & Equitibus quingentis, adiunctis etiam bellicis tormentis, quas Bombardas vocant, omnes vias, quæ Coloniam ferrent, obſediſſe, ut eorum iter impediret, & Cardinalem, ipſoſq; Epiſcopos interciperet: Cardinalem quidem, ut dum eum apud ſe in cuſtodia retineret, Pontificem, & Imperatorem ad eam deliberationem compelleret, ut Trucheſium de Colonienſi Archiepiſcopatu ſe non deturbaturos, & in ea Religione, quam profiteri cœperat, liberè permanendi poteſtatem facturos pollicerentur. Malaſpinam verò, quòd eum diceret fuiſſe Stiriæ, & Charinthiæ perturbatorem, quòd nimirùm is Epiſcopus eas Provincias, nomine Pontificis perluſtraſſet: Oranum, quod officium inquirendi in Colonienſem Archiepiſcopum ſuſcepiſſet: Bonhomium demùm, quod Palæologum vinctum Romam miſiſſet, contrà Germaniæ libertatem; Quapropter Bonhomium ipſum tandiù carceri mancipatum, apud ſe detinete ſtatuerat, quandiù Romæ de Palæologo decerneretur, pariq; jure, & conditione in Epiſcopum uti, qua cum Palæologo actum eſſe, intellexiſſet. Cardinali igitur ab ipſo Caſimi-

ro

ro itineris per ipſius fines, tutò faciendi facultatem petenti, reſpondit Caſimirus, ſe quidem illi, ut Auſtrio Principi omnia libentiſſime conceſſurum, ſed ut Pontificis Legato, nec debere, nec poſſe id concedere ſine gravi ſuæ conſcientiæ offenſione; præſertim cùm eum armatorum hominum copiam Coloniam ſecum duceret, nec non homines illos pacis, & otii Germaniæ perturbatores, cognoviſſet. Itaque cùm Spiræ inter ſe Antiſtites iſti de itineris ratione conſultarent, ac biduo poſt Rheno tranſmiſſo, per Comitis Palatini fines, à quo jam impetrarant liberam tranſeundi poteſtatem, Maguntiam ſe conferre ſtatuerent, illùc Caſimirus cum omnibus copiis ſe contulit, propèque Spiram caſtra poſuit, & Spirenſibus prætereà minitatus eſt, niſi Cardinalem, & omnes ejus comites quamprimùm ex oppido ejeciſſent, ſe illos loco hoſtium habiturum; quod cum Senatus Spirenſis Cardinali ſignificaſſet, dixiſſetque periculum ei impendere, non ſolùm à Caſimiro, ſed etiam à Spirenſibus ipſis, qui animum Caſimiri offendere, & res ſuas in diſcrimen ea de re adducere nollent; nec Senatum poſſe impetum multitudinis concitatæ comprimere, & coercere; omnes noctu ex Oppido profugerunt, & præeunte fido itineris duce, eorum locorum peritiſſimo, & in bellis exercitato, Rheno trajecto, viis occultis, non intermiſso totius diei itinere (erat autem tùm æquinoctium vernum) contento curſu, Ratiſtadium Marchionis Badenſis oppidum, ſub noctem pervenerunt; indèq; evitatis Caſimiri inſidiis, in Alſatiam ſe contulerunt. In eo itinere facilè conjicere potuerunt, Comitem etiam Palatinum Truchſeſio occultè ſtudere, & Caſimiri fratris approbare, & ſequi conſilia; delatum enim ad illos fuit, in via, quæ Bruſellam ducit, trecentos Equites fuiſse collocatos, & Bretennæ item quingentos, quod illàc opinio erat, Legatum, & Comites tranſituros; quemadmodum verè iter illud feciſsent, ſi rectà in Alſatiam venire voluiſsent. Hùc acceſſit, quòd cùm Cardinalis ab eo rurſus opem, & milites præſidii cauſa, ut per ejus fines tutò iter habere poſset, per literas, & nuncios peteret, & de Caſimiri conſilio, & facto conqueſtus fuiſset; reſpondit ille, ſe facultatem tranſeundi jam conceſsam nolle adimere, ſed ſi eam non dediſset, non ampliùs conceſsurum fuiſse: poſteàquam cognoviſset, ab eo milites Coloniam adduci, ad Germaniæ pacem, ac quietem publicam perturbandam, atq; etiam hac de cauſa Hiſpanorum copias ex Belgis advocatas: quapropter nullum à ſe præſidium, nullos milites expectaret: quod attinet ad fratrem Caſimirum, eum à ſe non poſse prohiberi, quò minus id, quod vellet, in ſuis finibus ageret, nec etiam fidem ſe præſtare, quod nihil periculi à fratris militibus, etiam in ſuis finibus eis immineret. Itaque his tot, ac tantis difficultatibus objectis, cùm aliquot dies in Alſatia eſsent commorati, Cardinaliſq; & Oranus, ac Malaſpina, ſibi à cœpto itinere deſiſtendum eſse omninò viderent; unus Bonho-

mius

mius totum onus ſuſcepit, & depoſito Epiſcopi, & Sacerdotis veſtitu, ne ab hoſtibus cognoſceretur, cum paucis comitibus per hoſtium fines Coloniam venit, illorum conatus eludens, & inſidias contemnens: Quo loco animadvertere licet ſummam D.O.M. ergà cultores ſuos liberalitatem, & gratiam, qua optimis conſiliis favere, eaq; quæ divini honoris tuendi, & amplificandi cauſa cœpta ſunt, ad optatum exitum proſequi, & ad optimum finem perducere ſolet. Nam huic viro fortiſſimo, cùm in viam ſe dedit, ità adfuit, ut ex apertiſſimis eum inſidiis eripuerit; hoſtes enim, qui diligentiſſimè quærendo, & explorando, aliquid de illius conſilio audierant, in quadam ſylva, per quam eum noctu tranſiturum intellexerant, inſidias collocarunt; ubi inſidiatores totam noctem fruſtrà commorati, cùm luce illum tranſire non auſurum arbitrarentur, die illuceſcente, diſceſſerunt; ille autem ipſa die ſylvam pertranſiit, & hoſtium inſidiis divinitùs evitatis, incolumis evaſit. Cùm autem Coloniam perveniſſet, cognovit Truchſeſium cognitis Pontificis conſiliis, & nunciato eorum, qui contrà ſe mitterentur, apparatu, ſimul etiã permotum conſcientia, & magnitudine ſceleris, à ſe perpetrati, & Civium odio in ſe ipſum per tantum facinus concitato, ex Urbe profugiſſe. Itaque a Civibus Colonienſibus, & in primis à metropolitanæ Eccleſiæ Canonicis humaniſſimè receptus, ſtatim pro poteſtate à Pontifice ſibi tradita, in Truchſeſium, tantæ impietatis reum, excommunicationis ſententiam tulit, eumdemq; Archiepiſcopatu Colonienſi ampliſſimo, & opulentiſſimo privavit; Indè convocato, & coacto Sacerdotum Canonicorum Collegio, quorum intereſt Archiepiſcopum ſuis ſuffragiis eligere, Summi Pontificis nomine illis imperavit, ut Truchſeſio ſucceſſorem in Archiepiſcopatu nominarent, vitæ integerrimæ, Eccleſiæque, ac Chriſtianæ diſciplinæ cultorem egregium, quem ipſe pro auctoritate Pontificia probaret, ac eligeret. Cùm autem in illis Comitiis duos Canonicos, Truchſeſio neceſſitudine coniunctos, ei favere; & ne alius in ejus damnati, & ejecti locum ſufficeretur, contendere comperiſſet, quamvis illos in ea Civitate, opibus propinquorum, & amicorum copia florentes, animadverteret, ex Collegio tamen ejecit, & Sacerdotii fructibus, atque omni dignitate privavit: poſteà Erneſtum Bavariæ Ducem Leodienſem Epiſcopum, virum copiis, amicitiis, & clientelis potentiſſimum, & Truchſeſio omnibus rebus longè ſuperiorem, & quod caput eſt, catholicæ religionis cultorem, & acerrimum defenſorem à ſe propoſitum, conſentientibuſque reliquorum Canonicorum ſuffragiis, electum approbavit, & poteſtate à Pontifice conceſſa, Archiepiſcopum Colonienſem declaravit, & conſtituit. Indè Eccleſia Colonienſi ad Chriſtianorum morum diſciplinam, & divinum cultum, qui ſuperioris Archiepiſcopi impietate erat magna ex parte extinctus, conſiliis, auctoritate, ſanctæ vitæ exemplo, cohortando, & præcipien-

cipiendo revocata, veraque religione, quæ labefactata fuerat, penitùs confirmata, toto denique illo negotio, cujus cauſa Coloniam venerat, ex ſententia confecto, ad Imperatorem rediit, apud quem Sedis Apoſtolicæ Nuncium agebat, cum magnam, apud omnes prudentiæ, fortitudinis, ſummæque celeritatis laudem eſſet conſecutus. Poſtremam apud Belgas Legationem, à Romano Pontifice iniunctam obiit: Illuc enim à Gregorio XIII. reformatoris titulo miſſus eſt: verum cum ſumma, quæ in Legatum de latere conferri ſolet, poteſtate: ut nimirum univerſam Chriſtianam, Eccleſiaſticamq; diſciplinam jam propè collapſam, impiorum hominum perverſitate, & diuturna Bellorum clade renovaret, in antiquumq; nitorem reſtitueret. Hæc enim Belgarum provincia celeberrima, quæ Flandria ſolet appellari, ut hauſtas impiorum hominum hæreſes, conſectari poſset, ac pecudum rationis expertium vitam omnium voluptatum cœno commaculatam, degere: A Philippo Hiſpaniarum Rege Catholico, Chriſtianæque fidei defenſore, ac proprio comite, & domino defecerat: ſublata propè erat vera Religio, ſacri ritus neglecti, divinus cultus extinctus, ſacerdotes expulſi, bona ſacra in uſus prophanos converſa, templa everſa, jura humana, & divina violata: regnabat autem apud eos libido, & impietas, omnes vivendi rationes ad ſuum arbitrium ſibi confingebant. Quamobrem in eam maximè curam incumbebat Chriſti Domini Vicarius in terris, ut neglecta Religio, apud eas gentes denuò reciperetur, leges veteres renovarentur, novæ ſancirentur, Sacerdotes in bonorum ſacrorum poſſeſſione, de qua fuerant vi, & armis deturbati, rursùs collocarentur, ad templorum everſorum inſtaurationem impii adigerentur, multorum ſcelera punirentur, multorum innocentia defenderetur, omnia denique in eum ſtatum, in quo ante defectionem, & bellum fuerant, reſtituerentur. Res erat multis, ac magnis difficultatibus implicita, laborum, & periculorum pleniſſima; ſed Pontifex jam tantum ſibi pollicebatur de virtute Bonhomii, cognita jam, ac planè perſpecta, atque probata, ut ab eo hæc omnia facilè confici poſſe confideret. Eum itaque Legatione apud Imperatorem perfunctum, in Belgas, ut dictum eſt, miſit cum ſumma poteſtate decernendi, & ſtatuendi, quicquid ex uſu Reipublicæ Chriſtianæ viſum fuiſſet. Bonhomius igitur eò profectus, conciliis Sacerdotum ejus Provinciæ indictis, & convocatis, optimis inſtitutis populos illos ad diſciplinam à Sanctiſſimis Patribus traditam, rurſus amplectendam, in primiſq; ad ea, quæ eſſent in Tridentino Concilio conſtituta ſervanda recuſantes primum, deindè aſſentientes, admirabili prudentia, orationis gravitate, & vitæ ſuæ integritate perduxit. Ità vera Religione paulatim introducta, & inſtituta, Sacerdotum, & reliquorum licentia compreſſa, eas gentes feras, & barbaras Eccleſiæ Romanæ magna ex parte ſubegit, & rursùs parere docuit: Controverſias publicas,

&

& privatas innumerabiles, quæ & belli diuturnitate, & rerum mutatione erant exortæ, totq; difficultatibus complicatæ, ut nunquam viderentur poſſe explicari, diligenter cognovit, & diremit; Ex multis autem rebus, quas ibi geſſit, quibus ſuum in Eccleſiam Romanam ſtudium, & pietatis in illis locis reſtituendæ, & confirmandæ cupiditatem declaravit: ea non videtur eſſe ſilentio prætereunda, quæ prudentiæ illius, & vigilantiæ opinionem auxit, & confirmavit. Eſt in illis locis oppidum Nuſſium natura, & arte valde munitum, Coloniæ propinquum, hoc Hæretici tamquam tutiſſimum propugnaculum ſibi delegerant, ac ob eam cauſam, novus Colonienſis Archiepiſcopus in aſſiduo metu, & periculo verſabatur, nec res ab ipſo Bonhomio Coloniæ geſtæ, ſatis firmæ eſſe poterant, donec id Oppidum ab hoſtibus poſsideretur, qui verò belli negotia in illis Regionibus adminiſtrabant, ſivè diffiſi ſe poſſe illud expugnare, ſivè aliis rebus impediti, nunquam illam expeditionem ſuſceperant. Bonhomius igitur perſpiciens quantum momenti eſſet in illius oppidi expugnatione, ad veram Religionem confirmandam, & ſtabiliendam, Alexandrum Farneſium tunc Parmæ, & Placentiæ Principem, apud quem totius belli ſumma erat, aſſiduis precibus, & efflagitationibus impulit ad eam rem, ab aliis intentatam, aggrediendam, cùm ei probaſſet, illius oppidi expugnationem noſtris plurimum utilitatis, hoſtibus plurimum damni allaturam: Copiæ igitur eò ſunt adductæ, Nuſsium captum, impii, qui ſe illùc receperant, cæſi, Colonienſis Diœceſis propinquo periculo liberata. Hæc omnia copiis quidem Regiis, & Alexandri virtute, ſed Bonhomio ſuaſore, & impulſore geſta, & confecta fuere. His, atq; aliis hujuſmodi præclariſſimis, hæroiciſque actionibus, toto pectore tenuiſsimo licet, ac jamdiù confecto, incumbens integerrimus Epiſcopus, divinique honoris percupidus, cùm nec difficultatibus, nec laboribus, nec corpuſculi imbecillitate à cæptis inſtitutis poſſet revocari, aut retardari, tùm horum omnium diuturna perpeſsione, tùm cœli frigidiſsima inſolentia, in morbum incidit graviſsimum, quo clariſsimum hoc Chriſtianæ Fdei, & Religionis lumen extinctum eſt. Morbo ingraveſcente, teſtamentum fecit, & omnia ſua bona, quæ apud ſe habebat, & quæ Vercellis erant, ei Vercellenſis Civitatis loco legavit, ubi pecunia publicè aſservatur, quam tenues, & inopia rerum neceſſariarum oppreſſi, in ſummis difficultatibus, ſine ullo fœnore, depoſitis tantùm pignoribus, mutuò accipere ſolent: qui locus ex eo Mons pietatis vulgò appellatur; corpus verò ſuum Vercellas item comportandum, ibiq; ſepeliendum mandavit: Porrò in ipſo morbo dicitur de nulla alia re, quàm de patria cœleſti, cum iis, qui illum inviſerent, loqui voluiſse, eoſq; rogaſse, ne ullum alium ſermonem inferrent; ſæpeq; viſus eſt illacrymare, cùm à Deo ſuorum delictorum veniam precaretur. Inciderat ejus morbus in id tempus, quo ex more, & ritu Chriſtia-

no, quadraginta dierum ſervatur jejunium, iſq; ciborum delectus habetur, ut carnem, caſeũ, ova, & alia omnia, quæ à carne originem trahunt, guſtare nefas ſit per noſtræ Religionis inſtituta; Chriſtum enim veræ diſciplinæ auctorem imitamur, qui quadraginta diebus in ſolitudine ultrò jejunavit, & indomitas turpiſſimarũ voluptatum cupiditates comprimere, hoc jejunio contendimus. Sed cùm multa hominum genera hac lege ſine impietate ſolvantur, tùm maximè graviter ægrotantibus, ut ſe quovis cibi genere ex Medicorum ſententia reficiant, ſacris legibus permiſſum eſt. Medici igitur, cognita morbi gravitate, eum hortabantur, eique ſuadebant, ut quod per Eccleſiam liceret, cibos ſalubriores deguſtaret, quàm quibus in quadr ageſima veſci conſvetum ſit: ſed hanc ipſe licentiã qua erat pietate, nunquam non recuſavit; quòd diceret nihil tunc ſibi cibos illos profuturos, ſi vis eum morbi deſperati eſſet conſumptura; non obtinuit tamen, quin clàm familiares Medicorum conſilio præſcriptos ei cibos obtulerint, ſancta quadam fraude contectos, ne eos pietatis cauſa renueret. Sed morbi tandem gravitate ad extremum vitæ terminum perductus, laborum, ærumnarum, periculorum, quæ divinæ gloriæ amplificandæ ſtudio ſubiit, mercedem magnam nimis accepit; in cælumque evocatus, ævo perfruitur ſempiterno, ut ex vitæ ipſius integritate, & morum ſanctimonia, quam præ ſe perpetuò tulit, coniicere licet. Obiit autem Leodii in Eburonibus, quæ eſt Belgarum Civitas, incredibile ſui ipſius deſiderium, præclarumq; doctrinæ, & pietatis exemplum tùm probis viris omnibus relinquens, tùm maximè Chriſtianorum populorum præſulibus, ad quos tanti viri fama longè, latèq; diffuſa pervenit. Ejus cadaver Vercellas aduectum, ut teſtamento mandaverat, ibi præclaro, & perluctuoſo funere elatum eſt. Laudationem ejus habuit egregiam eloquentiſſimus vir: ſed præclarorum ejus facinorum memoriam præſtantiſſima ipſius monimenta, quæ vel modò in lucem mea opera prodierunt, vel in poſterum edentur, ab interitu vindicabunt; immortalitatique commendabunt. Hactenùs Lucas Burgius

Addenda ſunt Burgio, ut meum proſequar inſtitutum, quæ ab eo de Joanne Franciſco omittuntur, ſcitu tamen digna, meoque operi opportuna; nàm ignorandum planè non eſt, tantum Virum ortum habuiſſe Cremonæ in Vicinia S.S. Ægidii, & Homoboni, die 6. Octobris 1536. obitum verò die 26. Februarii 1587.

Eruditorum etiam gratia Epitaphium ejus tumulo inſcriptum hìc ſubnectam.

Sepulchrum Epiſcoporum Vercellen.

Quo Joannes Franciſcus Epiſcopus pietatis, & religionis ergò Leodii in inferiori Germania, ubi Nuncius Apoſt. agens, animam Deo reddidit, ex Teſtamento primus delatus eſt anno Domini MDLXXXVII. Ætatis ſuæ LI. Epiſcopat. XV.

Cum

Cùm viveret modeſtiſſimus, & doctiſſimus Præſul, ſua ingenii monumenta ſolummodò typis mandari permiſit, quæ ſui Gregis utilitati magis, quàm ſui nominis celebritati conſcripſerat. ut

Decreta generalia in Viſitatione Comenſi edita, adiunctis item Sum. Pont. Sanctionibus ex Tridentini Concilii decretis, quæ certis anni diebus enunciari, vulgarique debent. Vercellis apud Gulielmum Molinum 1579. *& Novicomi* 1618. *recuſa.*

Antiquorum Patrum Sermones, & Epiſtolæ de S. Euſebio Epiſ. Vercellenſi, & Martyre, ex Codice MS. veteri Tabulari Eccleſiæ Vercellenſis. Priſcorum item P. P. & aliorum Auctorum Teſtimonia de eodem. Vita præterea ejuſdē *ex antiquiſſimis, rectèque exarratis Eccleſiæ Vercellenſis Tabulis (& præcipuè Maximi Taurinenſis Ep. qui floruit anno* 440.*)* omnique monumentorum *genere luculenter contexta. Quæ omnia ob ſolemnem illius Martyris translationem accuratè conquiſita: Jo: Franciſci Bonbomii Epiſcopi juſſu edita ſunt, Greg. XIII. P. M. An. Chr. Nat.* 1581. *Mediolani apud Paulum Gotardum Pontium* 1581.

Ejuſdem *Literæ Paſtorales ad Clerum, Populumque Vercellenſem ſcriptæ, de S. Euſebii Ep. & M. Translatione, ibi habentur pag.* 34.

Divæ Catharinæ Senenſis Dialogi. Ingolſtadii apud Davidem Sartorium 1583. *in* 8. Bonhomio curante, locis corruptis reſtituti, & orationibus 22. aucti prodierunt. Latinę quippè lectionis facti à Raymundo Vinea Capuano Theologo (illo, ni fallor, qui Sanctæ Virginis à Confeſſionibus extitit) non ſine mendis editi fuerant Brixiæ anno circiter 1483.

Sic & ferventi ejuſdem zelo juvandi animas referendus eſt.

Dioniſii Carthuſiani Tractatus de Quatuor Noviſſimis à Franciſco Plantedio italicæ lectionis, factus eam namque Provinciam Amico Plantedio Bonhomius mandaverat. Prodiit opus ab Interprete nuncupatum Bonhomio cum diſerta ad ipſum præfatione. *Venetiis apud Franc. Zilettum* 1583. Cæſare Paveſio curante reculum ibidem 1616. ex Jo: Suertii cenſura.

Decreta reformationis Eccleſiaſticæ omnium Eccleſiarum uſibus accommodata Coloniæ 1585.

Synodi Vercellenſes Tres, nona, decima, undecima Mediolani apud Pacificum Pontium 1585.

Vita, & obitus Caroli Borromei, nec non Concionatorum, & Paſtorum Inſtructiones Coloniæ 1587. *in* 8. *ut per Alexandrum Teiſſerium in Catalogo Auctorum.*

Deſiderantur ejuſdem Epiſcopi

Epiſtolæ,
Conciones,
Orationes,

& alia hujuſmodi, quæ quod ab Auctore inſignis humilitatis Viro negligerentur, periiſse dicuntur; eorum porrò, quæ vivens ſuppreſserat, poſtquam melioribus conceſſit fatis memorati Burgii, &

& aliorum diligentia à certo interitu vindicata, reperiuntur ſubnotata Poemata

Borromęidos lib. IV.

quibus Divi Caroli Borromæi geſta felici carmine proſecutus eſt.

Eucbariſtirion ob Victoriam ad Ecbinadas partam. excuſa ſimul fuere *Mediolani apud Jacobum Picaleam* 1589. *in* 4. addito ad finem præcitati Burgii commentario. Omnia dicata Guilelmo Comiti Palatino Rheni, & utriuſque Bavariæ Duci; cui Bonhomius ipſe, dum erat in vivis, Borromęida inſcripſerat, ut ex his Poematii illius Carminibus.

Tu verò decus o priſcæ pietatis, & ingens
Gloria Germanæ Gentis, cui læta profundum
Danubium ſupràque, infràque Bavaria paret,
Accipe, quicumque eſt, noſtrum, Guilelme, laborem &c.

Carmen Elegiacum de Morte Chriſti, quod legitur inter delitias C. C. Poetarum *Ranutii Gherii.*

Carmina ejuſdem Elegiaca refert Joannes Matthæus Toſcanus in ſuo libro, inſcrip. *Carmina Illuſt. Poetarum Italorum Tom.* 1. *Lutetiæ apud Ægidium Corbinum* 1576. *à pag.* 8. *uſquè ad* 11.

Extat & hoc Bonhomii *Tetraſtichon* de Xiſti V. P. M. creatione 24. Aprilis 1585. præfixo Tractatui Reſervationum, Beneficiorum Jacobi Simonettæ J. C., & Patritii Mediol. S. Palatii Apoſtolici Cauſarum Auditoris Bonhomio pernecesſarii, edito *Romæ apud M. Ant. Muretum* 1587.

Xiſtus ubi V. deſcribitur, indè ſeorſum
Literulas numeri ſubtrbae quaſque notas;
Unum biſque decem poteris diſtinguere, Præſul,
Nempè tot ille annos Urbis, & Orbis erit.

Perhonorifica ipſius mentio vel occurrit nobis in Epiſt. Nicolai Sfondrati Card. Cremonenſis, & ſubinde Summi Pont. Gregorii XIV. ad Comitem Octavium Affaitatum, Romæ data 5. Januar. 1589. pag. 256.

Item in Epiſt. Caroli à Baſilica Petri Præp. S. Barnabæ Mediol. mox Novariæ Ep. ad ipſum Affaitatum, de obitu S. Caroli Borromęi Card. in qua præ cæteris hæc verba leguntur. *Laſciò le ſcritture ſue appartenenti al predicare à Monſignor di Vercelli, del quale non sò ſe haveſſe Prelato più caro, e più ſecondo al cor ſuo.*

Confirmat & *Laur. Legatus in Fragm. Lycæi Herculis* ſcripſiſſe hæc Carmina de Bonhomio in ſuo Poetarum Athenæo, in quibus alludit Poemati præcitato Borromęidos inſcripto, & Divo Homobono Civi Cremonenſi,

Moribus aſſimilis, metro, pie Bonome, Divi
Præſulis æquaſti, quæ benè geſta canis.
Par opus, & nomen. quid, ni ſolet inclyta Vates,
Non minùs, ac Homines ferre Cremona Bonos.

Ejuſ-

Ejuſdem Epiſcopi cum laude meminerunt & *Honorius Dominicus Caramella* in ſuo Poetarum Muſæo, ac

Ant. Poſſevinus in App. Sacro.

M. Georgius Draudius Bibil. Claſs.

Catena in Carmin. pag. 83.

Gluſſianus in Vita S. Caroli Borromæi lib. 7. *cap.* 13. *& lib.* 5. *cap.* 12.

Aurelius Corbellinus in Vit. Ep. Vercellen. pag. 110.

Galeatius Crottus Eques eidem Bonhomio inſcripſit Orationem Balthaſſaris Salmatiæ Fraxſinetenſis de laudibus Chriſtianæ Vitæ, Vercellis impreſſam 1577. ac in Epiſtola nuncupatoria eum dignis laudibus effert.

Lud. Scalea in Epiſt. 8. *Aprilis* 1575. *de carceratione. Joannis Fliſci Vercell. Ep.*

M. Aurelius Cuſanus Diſcurſ. Hiſt. 85. *Ep. Vercell. pag.* 240. *& diſc.* 103. *pag.* 299.

Joannes Botterus in Relat. Univerſal. part. 3. *lib.* 1.

Alidoſius de Canonicis Bonon.

Ughellus in Italia Sacra tom. 4.

Defendens Laudius in diſc. de Civit. Laudæ diſc. 6.

Petrus Irenæus à Cruce nudipes Carmelita in ſua Hiſt. Civit. Tergeſtinæ, memorat Bonhomium noſtrum *lib.* 4. *cap.* 7. & ibi plura de hac nobili familia. Apud hunc diligentiſſimum Auctorem in Catalogo Epiſcoporum illius Urbis, legi Rodulphum Pedrezzanum Cremonenſem ad annum 1303. cujus nomen noſtris Chronographis penitùs ignotum fuit

Famianus Strada S. I. de Bello Belgico Decade 3. *lib.* 5. *& lib.* 8.

Petrus Opmeerus in Chronologia ad ann. 1584.

Bejerlich in Theatro Vitæ Hum.

Jo: Franciſcus Bonhomius Bonon. Eruditiſs. (cujus amicitiam, licèt impar ætate, & ingenio, cùm eſſem Bononiæ, legibus operam præſtando ſummè excolui) *in Chirone Achillis, & in Siſtro Poetico.*

Jo: Cinellus laudatus Amicus in Bibl. Volant. plut. 12. Borromæidem recenſendo.

Ex Concivibus *Laur. Legatus in Muſæo Coſpiano lib.* 2. *cap.* 13.

Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonæ pag. 269. Bonhomium commendans, cum Colonia tranſmiſſum dono dederit Cremonenſibus Caput S. Venturatæ ex undecim mille Virginibus Sodalitii Urſulani, nunc aſſervatum in ædibus Divi Geroldi Martyris.

Franciſcus Zava in Epiſtolis. in illa *Cremonæ data pridiè Kal. Novembris* 1575.

Cavitellus in Annal. ad ann. 1582. perperàm eum Jo: Ant. appellando.

Campus in Hiſt. lib. 3. *in fine.*

Joſeph Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr., & Roſis, & Violis.

Hinc penitùs decipitur *Roſſottus in Syllabo Scriptorum Pedemontii*, qui inter Pedemontanos noſtrum Bonhomium reponit, nil de Cremona ejus Patria mentionem habens, & cùm de tanto Viro

vix

vix ſcribat fuiſſe Epiſcopum Vercellenſem, poterat, & meliùs omninò abſcondere furtum nobis adeò pernicioſum.

Hiſce omnibus prò coronide piaculum eſset omittere, quæ nuperrimè nobis literis ſuis ſignificavit doctiſſimus *P. Athanaſius à S. Carolo* ex Priore Cœnobii ſui Cremonenſis totius Mediol. Provinciæ Moderator. En earum Exemplum non indignum eruditorum oculis.

Juriſconſulto Franciſco Ariſio Patritio Cremonenſi, ac Viro ornatiſſimo, & integerrimo, plurimam dicit ſalutem Fr. Athanaſius à Sancto Carolo Eremita Excalceatus ex Divi Auguſtini Familia.

Compertum ſatis, ſuperque habeo, quando mihi eruditioni tuæ aliquid ſuppeditare contingit, ferrè me noctuas Athenas. Nihilominùs hæc cum vera ſint, nolo ſcriptorum meorum ineptiis tuam humanitatem deſinere fatigare. Accidit nuper in tumultuaria Authorum lectione, quà æſtivi fallendi temporis gratiâ aliquando detineor, ut rem offenderim, quæ fortaſsè tuis Commentariis, quibus Patriam illuſtras, deſervire queat. Eam porrò ſubiicere lubet. Chriſtophorus Hartmannus Monachus S. Benedicti in ſuis Annalibus eremi Deiparæ Matris, Monaſterii in Helvetia, ubi agit de Adamo Primo, Abbate Heremitarum trigeſimo ſeptimo, & celebre miraculum deſcribit, Virginis interceſſione ejus Abbatis tempore patratum, & ab Uldarico Monacho Decano, ac Adminiſtratore, deindè Abbate ſucceſſore, in Epiſtola diffuſa ſuper ejus prodigii ſucceſſu, enarratum, pag. 471. ſcribit Joannem Franciſcum Bonhomium, tunc in Helvetia, & conterminis Diœceſibus, Nuncium Apoſtolicum, rei novitate, & miraculi magnitudine attonitum, cum eam Epiſtolam recepiſſet, mox ergà Deiparæ cultum, & gloriam, magis, magiſque incenſum, ſubitò ſtylum, & ipſum arripuiſſe, & inſigni latino Poemate, quà erat vena, & facundia, totam hanc hiſtoriam commendaſſe, & ad Carolum Cardinalem Borromæum Archiepiſcopum Mediolanenſem tranſmiſiſſe. Hæc referre viſum fuit, cum clariſſimi Scriptoris Bonhomii elogium, quod adornas, quoquo modo augere poſſint, ac juvare, quæ politiſſimo calamo meditaris. Quæ obtuli precor, æqui, boniquе conſulas, & me non deſinas diligere tui amantiſſimum. Vale

Mediolani Nonis Auguſti 1697.

Alterum Jo: Franciſcum ex hac Familia floruiſse patet ex hoc Epitaphio in Eccleſia SS. Ægidii, & Homoboni.

Sep. Nob. DD. Petri, & Jo: Franciſci de Boniſhominibus, & Hæredum ſuorum MCCCCLXXXXIV.

Anto-

MDLXXXI.

ANtonius Trecchus, alter à ſupramemorato J. U. D. Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ ab intimis Cubiculariis Pii IV. Sum. Pontificis, demùm Eccleſiæ Collegiatæ Divæ Agathæ in Patria Antiſtes, prudentia, doctrina, & magnanimitate incomparabilis, Romę deceſſit in aula Joannis Franciſci S. R. E. Card. de Gambara affinis ſui, die 9. Aprilis 1581.

Tantum Virum commendant *Ant. Campus hiſt. lib.* 3.

Lud. Cavitellus, & Franciſcus Zava in oratione 3. quam habet in Publ. Virgilium, præcipuè ſcribendo. *Sed quid hac de re diutiùs vobiſcum ago, & pluribus diſſero, apud te præſertim, Antoni Trecche, qui hæc omnium maximè, & optimè noviſti? Recordor enim, te aliàs de Poetarum, & antiquitate, & nobilitate diſſertiſſimè mecum diù egiſſe, cum in hunc ſermonem fortè incidiſſemus. Ex qua doctiſſima tua Oratione, & elegantiſſimo, teque, & majoribus tuis digniſſimo ſermone hæc omnia ferè, quæ de Poetarum antiquitate, dignitate, miſteriis occultis diſputo, excepi &c.*

Breſſian. in Corona Vir. Illuſtr. p. 3., *& in Roſis, & Violis* Horatii Trecchi Archidiaconi paritèr Cathedralis Eccleſiæ, Viri integerrimi, qui floruit 1583. mentionem habet idem *Zava in Epiſt. lib.*6. *& Cavitellus* in Annalium fine. *Alex. Lamus in Somnio cant.* 3.

Eod. Anno.

SEbaſtianus Berſanus Medicus Phyſicus Philoſophus, & Aſtronomus præter Invidiam admirabilis, nec non Muſarum, & hiſtoriarum cultor amantiſſimus, anno 1576. Princeps Animoſorum Academiæ ſcripſit

De Podagra lib. 1.
De Nutritivo cibo lib. 1.
De Lue Venerea lib. 2.
De Morbo oculorum lib. 2.
De Dolore ſtomachi lib. 1.
De Hidropiſia lib. 1.

Compoſuit inſuper ad graves animi curas tollendas Comædiam, quam inſcripſit vulgari idiomate, *La Coſtanza di Amore*.

Pluraque in unum congeſſit Privilegia, ad Collegium Phyſicorum Patriæ ſpectantia, quæ penès Nob. Virum Joannem Baptiſtam Archidiaconum fuiſſe teſtatur

Joſeph Breſſianus in ſuo opuſculo V. R.

In anteriori periſtylio Cœnobii S. Dominici Cremonæ parieti infixa, legitur hæc marmorea Inſcriptio.

V. D. V.

Ne Gentilitium Berſanæ familiæ monumentum, in D. Leonardi Cremon. ſepulcbreto jàm olim ad ſemicirculi figuram extructũ, mox abhinc Ann. iv. longa vetuſtate collapſum, cujus veſtigia adhuc extant, memoria elaberetur.

retur. Sebaſtianus Berſanus Medicus Phyſicus ad veterem majorũ ſuorum, ejuſq; familiæ claritatem faciliùs retinendum poſteroſque ad illuſtrem, & ſempiternam nominis eorum famam propagandam excitandos, ſuperiorem lapidem ibidem ſitum, in hunc locum, ubi Jo: Baptiſta Pater & Nicolaus II. Patruus in Proavito Sepulchro cum Joanne majore Patruo ſunt conſtituti, transferendum curavit anno Dom. MDLXXXI.

Eumdem memorat *Ant. Campus hiſt. lib. 3. & Cavitell. in Annal.*

Abbas Garuffius in Ital. Acad. ubi de Cremona.

Zava in Epiced. de Octaviano Comite Covo

Nec te tranſierim Berſana prole creatum
Sebaſti, decus, anne tui per ſæcula cœtus &c.

Eod. Anno.

JOannes Antonius de Honoratis Philoſophus, & Theologus clariſſimus, primùm ædis Sancti Michaelis in Patria Præpoſitus, & ex Canonicatu Cathedralis ad alium S. Petri almæ Urbis translatus, deindè Infulæ Interamnenſi in Umbria à Summo Pontifice Gregorio XIV. conceſſus anno 1591. cui anteà Theologi munus Jo: Ant. præſtabat, dum Cremonenſi Eccleſiæ præſidebat: virtute, & memoria admirabili ſingularis, ut Conciones Quadrageſimales ab ipſo auditas ferè ex integro repeteret. Anno 1606. æternitati vivere cœpit, ejuſq; Cadaver conditur in ſua Eccleſia. Inter cætera, quæ nitidiſſimam ejus mentis lucem oſtendunt, mendis omnibus expurgavit, ac egregiis ſcholiis marginalibus illuſtravit. *Apollinaris Ofredi Cremonen. abſolutiſſima Commentaria una cum Quæſtionibus in primum Ariſtotelis Poſteriorum Analyticorum librum. Cremonæ 1581. apud Chriſtophorum Draconium.*

De eodem *Breſſianus in Roſis, & Violis anno* 1591.

Abbas Ughellus in Italia Sacra tom. 1.

Cavitellus in Annal. ubi de Canonicis Cathedralis Cremonæ.

Peregr. Merula in Sanctuario Cremonę, ubi de S. Greg.

Memoratur & ab Amico meo eruditiſs. Lazaro Auguſtino Cotta in Muſęo Novarienſi pag. 37. tanquam oriundus è loco Prerii in Riparia S. Julii Novarienſis.

Eod. Anno.

HOratius Paternus Medicus, Phyſicus, & Philoſophus antequam cooptaretur in Collegiũ Medicorum, quantum in ſcientiis profeſſus eſſet, demonſtravit, edendo opus, cujus legitur in fronte.

Aſſertiones Philoſophiæ, & medicæ Artis DCCC. Auctore Horatio Paterno. Proponuntur diſputandæ in Templo Summo Cremonæ anno 1581. *eodem Horatio Propugnatore. Cremonæ apud Chriſtophorum Draconium.*

Cavitell. in Annal. ubi de medicis.

Franciſcus Zava Orator, & Poeta inſignis eumdem in Epiſt. & carminibus celebravit, ut legitur in ſuis libris, quorum in fine hac Inſcriptione Horatium commendavit.

Hora-

Horatio Paterno Med. Phyſ. Cremon. publicè à tota Civitate acclamato, & poſt feliciter diſputatas Concluſiones, uno omnium voto applauſo Menſe Julio, die Divo Jacobo Apoſtolo dicata MDLXXXI.

Eiſdem fermè temporibus floruit ex hac familia Bartholomæus Vicarius Generalis Epiſcop. Caſalenſis, virtutibus clarus; de quo idē *Zava in Carmin.*

MDLXXXII.

JUlianus de Marianis excellens Aſtronomus, mathematicus, ac medicinæ Doctor, publicè in Ticinenſi Gymnaſio Dialecticam docuit, hujus Viri libri deſiderantur. Deceſſit die 24. Februarii 1583. in cujus funere maximam dignitatis ſuæ jacturam habuit Literatorum Reſp.

Cavitell. in Annal. ad ann. 1583.

Ant. Campus hiſt. lib. 3. qui narrat ejuſdem obitum anno 1582.

Eod. Anno LXXXII.

JOſeph de Nigris II. Antonii Filius ex Patritia Januenſi familia, quę adhuc floridiſſimè viget, ad noſtram Urbem jamdiù translata, Puer adhuc ab ejus Genitrice lectiſſima Fœmina, ſumma cura educatus, ut ſcripſit in Epicædio, quod ei defunctæ obtulit.

Nàm modò ne repetam, qua nos puerilibus annis
Eduxit cura, quo ſtudioſa modo,
Vel quibus erudiit præclaris moribus omnes,
Vel quibus inſtituit ritibus illa piis.

Adoleſcens exindè in doctiſſima Joannis Muſonii Principis in patria Gymnaſiarchæ paleſtra aſſiduè, ac felici ingenio verſatus eſt, ut hæc ipſiuſmet Præceptoris teſtimonio (cujus amor in hunc diſcipulum mirificè elucebat) parvos dederit Nigro candidiſſimo fortaſſè pares, præcipuè verò in carminibus latinè conſcribendis, omnium judicio admirandus emerſit, ut ætate annorum undeviginti Elegias quamplures disertè, & eruditiſſimè elaboratas edidiſſet, ex ipſo nempè habemus *Eleg.* 1. *lib.* 2.

Nam mihi vix nonus decimo ſuperadditur annus

Et in *Eleg* 4. *lib.* 1.

Et nondùm noſtras ſignat lanugine malas
Mollis adhuc ætas &c.

Anno 1548. die 25. Januarii in utroque jure laurea decoratum, in Bononienſi antiquiſſimo Gymnaſio ipſum habemus, ubi jam legibus florente ætate operam dederat, poſthabito, ut Patri annueret, Muſarum ſtudio. Scribit nempe M. Antonio Paganutio *Epiſt.* 9.

Ecce meis cœptis ſeſe obiecere Parentis
Juſſa, quibus dirum me renuiſſe nefas.
Nàm Legum ſtudiis operam navare, neceſſe
Poſthabito ſtudio candidiore, fuit

Archetypus Doctoralis Privilegii ſervatur penès Aurelium Joſephum Nigrum J. U. D. Archipresbiterum Inſignis Eccleſiæ S.

Joannis in Cruce Diœceſ. Cremon. ejus ex Fratre Pronepotem, & Auunculum meum amantiſſimum. Ex ipſo Privilegio elicitur fuiſſe tunc illius Gymnaſii majorem Cancellarium, celeberrimum Canonum Interpretem, ac Scriptorem eximium R. D. Thomam Campegium Ep. Feltrenſem, Archid. Eccleſ. Bonon. & à quo manu propria ſubſcribitur; nec non fuiſſe Nigri Promotores in jure Canonico Peregrinum Fabium Epiſcopum Veſtanenſem, ac Alexandrum Magnanum in jure Civili Legalium librorum inſignes editores, Auguſtinum Beroum, & Annibalem Montarentium Doctores, omnes Equites auratos, & Comites. Teſtes verò memorantur Sebaſtianus Conradus Regienſis, qui ſuo ævo inter celeberrimos Oratores emicuit. Jo: Franciſcus Faber, & Thomas Fabius Bononien. nec non Chriſtophorus Schinchinellus, & Paulus Foſſa Cremon. Patritii.

Suſcepta Laurea, & Clericatui addictus, Romam à Patre delatus eſt, ut in communi hominum ſapientum Patria collocaretur, qui tot in Patria, & Bononiæ peregrini ingenii ſpecimina indicaverat; nec Patrem fefellit opinio, quippe comendatus Alexandro Farneſio S. R. E. Card. tunc Pauli III. Sum. Pont. Nepoti, ob virtutes etiam, & raras animi dotes benevolentia obſtrictus, inter ſuos familiares ab eo adlectus eſt, pleriſque muniis Eccleſiaſticis decoratus, ab illis diſceſſit non ditior, ſedglorioſior anno 1591. quo Romæ devixit ætatis ſuæ tertio ultrà ſeptuageſimum, tumulatus in Eccleſia S. Mariæ in Via lata, cujus apud omnes firma ſpes inſidebat, ipſum ad majora promoturum eſſe à Gregorio XIV. ex Cremonenſi Sfondrata progenie S. P. ante Joſephi obitum vix electo

Quantùm noſter Proauunculus Romæ fuiſſet addictus Celſiſſimæ Farneſiorum familiæ, nemo ire inficias poteſt. Videmus utique eũ ſemper ſe effundere illius inclytæ ſtirpis in laudes, præſertim verò in *Egloga prima* inſcripta de Natali Pauli III. ac in *Epiſt.* 1. directa eidem Alexandro Farneſio Card. plena encomiis; ibi enim deſcribit itinera per eum ſuſcepta, ut tamquam arbiter bella inter Reges exardeſcentia ſedaret; ut etiam contra Turcas arma ſumeret, hortatur, quo ſecuturum Joſeph ſe inſinuat, ubi

Ipſe etiam tantæ pars ero militiæ.

Et alibi promittit ſuos occinere triumphos.

Hos ego carminibus referam fortaſſis honores,
Atque hæc geſta &c.

Denique eum invocat pro ſuo Mæcenate

Da veniam, atq; humiles ne dedignare Camænas
Præbens ingenio vela ſecunda meo.

Secundam Epiſtolam inſcripſit Raynutio Farneſio tunc Adoleſcenti, mox S. R. E. Card. in qua præſtantiſſimum ejus ingenium commendat, tùm mellea facundia diſertum, tùm in aſtrologicis, & philoſophicis, cæteriſque virtutibus etiam militaribus excultum. In fine Epiſtolæ ut Nigrum Summi Pont. Pauli III. ſub protectione regat.

Tu

Tu modo lætus ades, cœptiſque allabere noſtris,
Et mea ſub Pauli Numine Vela rege.

Decima pariter, & undecima, quæ eſt eadem cum antecedenti, ſed meliori ſtylo conſcripta ſunt Raynutio directæ, cum eſſet Cardinalis; ubi ſuo Patrocinio gloriatur ob comendationes eidem factas tùm à Fratre natu minore, tùm à Genitore ipſius Card. Raynutii, ut ex ſequ.

Nàm me, cum Frater miro ſibi junctus amore
Ultimus è vobis Gallica Regna petens,
Magnopere commendatum tibi vellet haberi
Cumque preces ſcriptis adderet ipſe ſuis.
Cum mihi vellet idem Pater & tuus, integra facti
Cujus apud memorem gratia ſemper erit.
Abſentem recipis præſenti, & pectore amico
Inque clientelam ſuſcipis ipſe tuam &c.

Nec omittenda ſunt, quæ in decima canit de Paulo III. circa Eglogam de ejus Natali, quam ediderat.

Nàm memini, ſua dum legeret Natalia, noſtro
Carmine, quam ſcriptis plauderet ille meis &c.

Nec Nigro defuerunt in Aula Romana validiſſimæ protectiones, nàm Carolus Caraffa Card. S. P. Pauli IV. magnanimus Nepos, ut in Epiſt. XII. præcipuos ei contulit favores, & præſertim inſigne beneficium Eccleſiaſticum, eidem anno 1561. collatum ſub titulo Prioratus S. Victoris in Patria, quibus alludit ſcribens

Nàm mihi dum palma exultat VICTORIS adempta
Neſcio quis temerè dum cupit eſſe PRIOR.
Certaſſemque diù non ipſe favoribus æquis
Protinus auſpiciis illa recepta tuis.
Sic inopinanti palmam mihi tradis, & auges
Innumerabilibus non ſine laude bonis.

Quantum etiam charus fuiſſet Alexandro Manſolo Nobiliſſimo Romano Patritio, cui à Paulo III. ſuorum Nepotum cura demandata erat, liquet ex Epiſt. 3.

Adriacis tandem rediit Manſolus ab oris
Ille vir, ille animi maxima cura mei.
Venit Alexander magni mihi Numinis inſtar,
Unde meum Vires ſuſcipit ingenium.

Ut morem gereret Franciſco Sfondrato Cremonenſi Patritio Gregorii XIV. Patri Optimo ex legitima Coniuge, eidem plaudit cùm Cardinalis eſſet promotus *Epiſt* 4. & M. Hieronymo Vidæ Patritio adæque Cremon. Albæ Epiſcopo Poetarum Chriſtifidelium facile Principi *Epiſtola* 5. ejuſq; libris de arte Poetica editis admodum deditus ſe prædicat, dicendo

Noctes, atque dies præcepta Poetica verſat,
Quæ das venturis Vatibus ipſe tuis &c.

Gratiſſimus Præceptori ſuo Joanni Muſonio ſacrat eidem *Epiſt. 6.*

plurimum ipſius virtutes efferendo, quinimò indolendo, ut ejus cultiſſima carmina in lucem edere differret, ubi

Nullaque Scriptorum venient monumenta meorum
In lucem, ingenii pignora certa tui.

Et alibi

Ergò traduces tacitam ſine nomine vitam,
Nec tua ſuccendet pectora laudis amor? &c.

Eidem etiam Epithalamion occinuit in ejus nuptiis, quod legitur in *Eleg.* 3. *lib.* 2.

Inſignes Viros amicos ſibi comparavit, inter quos Romulus Amaſæus Utinenſis, & Achilles Bocchius, quorum nomina, & Opera laudat Bumaldus, ſed melius, Jo: Ovidius Montalbanus in Bibliotheca Bononienſi per ſimilia.

Achilles Bocchius Eques cujus hiſtoriar. Bonon. lib. 17. *MS. elegantiſſimo ſtilo conſcriptos Illuſtriſs. Senatus aſſervat; publici verò juris ſunt ſymbolicarum quæſtionum de univerſo genere, quas ſeriò ludebat lib.* 5. *Bonon. in Ædibus novæ Academiæ Bocchianæ* 1550. *impreſs.*

Romulus Amaſæus Phil. Doct. Græcarum, & Human. litter. in Archigim. Bonon. Prof. prim. Bonon. Senat. à Secretis, deindè Romæ Secret. Brevium Julii III. P. M. ejus impreſſum eſt Orationum Vol. 1. *Bonon. ap. Jo: Roſſium* 1580. *latinæ linguæ addictiſſimus contrà linguam vulgarem bis peroravit Bonon.* 1529. *ex Varchio in Dial. p.* 288. *Vizanias in Hiſt. Bonon. ipſum valdè laudat; Item Juſtus Riquius Belga in ſua Oratione prò auſpiciis profeſſionis dicta publ. Bonon., & impreſſa.*

Hæc poſui, ut Lector videat quales habuit Amicos, & quales Viros neceſſitudine conjunctos laudatos etiam à literatiſſimis S. R. E. Card. Bembo, & Sadoleto, à Lil. Greg. Gyraldo, ab Ant. Riccobono, & aliis pluribus. Cum eſſet Bononiæ ſtudens iiſdem nempè exaravit *Epiſt.* 7. hoc titulo *de reconciliatione facta inter Romulum Amaſæum, & Achillem Bocchium arbitro ſeſe.* Inter alia heic habentur

Romulus ætatis decus, & facundia noſtræ
Secula quem magno prò Cicerone colent.
Bocchius, & pariter cui veſtra Sacraria Muſæ
Credita Felſinea primus in hiſtoria.

Laurentii Gambaræ Brixienſis Patritii amicitiæ multum detulit impensè laudando opera, quæ edidit, & præcipuè *de ejus Columbi navigatione, & Expoſitis.*

Ex Cremonenſibus Amicos habuit Balthaſſarem Stangam S. Antonii Abbatem Patritium integerrimũ, ut ex *Eleg.* 1. *lib.* 1. incipienti

Balthaſſar Antiſtes noſtræ Venerabilis Urbi,
Maxima pars animi, cura, decorque mei.

M. Antonium Paganutium, quem chariſſimum Socium appellat *Epiſt.* 9. Muſiſq; mancipatum laudat, & ſuorum Carminum Correctorem

Nam

Nam mea cum legeres aliquando carmina nobis
Ipſe tuo monitu non leve calcar eras.
Singula quę fuerant in eis vitioſa, notabas
Factaq; judicio ſæpe litura tuo eſt.

Curtium Puppium quem celebrat in Poeſi verſatum, eumq; irridet *Eleg.* 12. *lib.* 1. cum amare cæpiſſet.

Jo: Petrum Bracchum memoratum *in Eleg.* 14.

Lazarum Labadinum, cui direxit *Eleg.* 3. *lib. Funerum.*

In Patriam ſuam quaſi dulciſſimo raperetur amore legatur *Epiſt* 8. ubi multa de ejus antiquitate, nobilitate, fertilitate agrorum, divitiis, ac potentia in armis loquitur; poſtmodum ad ingenuas artes ſe convertendo eam laudat, cum ibi P. Virg. Maro ſcientiarum lac adhuc adoleſcens ebibiſſet.

Quantum Virgilio concedit gloria Vatum,
Debetur tantum docta Cremona tibi
Heic etenim Sacros hauſit de fonte liquores,
Cum tener in ſtudiis erudiendus erat &c.

Memorat, & ibi alios Cremon. Poetas ſcilicet Georgium Fondulum, Gabrielem Faernum, antiquiſſimum Varrum, M. Hier. Vidam, Franciſcum Sfondratum, qui ſcripſit de raptu Helenæ, Joannem Muſonium Præceptorem ſuum, Benedictum Lampridium Pyndari præcipuum latino metro æmulatorem, & denique doctiſſimam Partheniam Galleratam.

Cujus carminibus ſi demas nomen in illis
Quis ſummum Vatem non vigilaſſe putet?
Præter fæmineas, & doctæ Palladis artes
In quibus à teneris docta Puella fuit,
Non minus eſt græcis, pariterq; imbuta latinis
Quam canere, & certis pſallere gnara modis &c.

Permulta opera ſcripſit, verum ad hæredum manus non devenerunt, niſi carmina inter quæ non pauca ob characterem non benè efformatum, & ab antiquitate exeſum perlegi nequeunt.

Leguntur tamen

Eglogbæ duæ
Epiſtolarum liber unus
Poematum diverſ. lib. unus
Luſuum Juvenilium Eleg. lib. duo
Funerum lib. unus.

Hæc omnia MS. ſervantur apud Ejuditiſſimum Avunculum meum, quæ typis jamdiù edita eſſent, ni fortè cordatum Virum, & jugi ſtudio in conſcribendo Martyrologium Eccleſiæ Cremon. deditum, detinuiſſent Verſus illi *Luſus Juveniles inſcripti*, quorum Auctor, dum eſſet ægrotus, pænituiſſe autumarem, Amicos alloquendo *Eleg.* 7. *lib.* 2.

Si qua, precor, fuerint vobis mea carmina, flammis
Vel date, vel veſtra dilacerate manu?

Nec

Nec ſi perveniant alicujus in ora, manuſve,
Rideat, & Cineri detrahat ille meo.

Præter legale, & poeticum ſtudium, quo Nigri animus locupletabatur, ut nihil ipſe in vita expeteret, niſi quod eſſet cum virtute, & laude conjunctum, ſonitu, & muſica apprimè delectabatur, id exprimit *Eleg.* 4. *lib.* 1.

Sum quoque, ſi cupias, fidibus me ſcire canoris,
Et canere ad numeros doctus utroque modo.

Facies, quæ ſpeculum divinitatis ab anima in corpus emanantis vocatur, non erat ei indecora, quinimmò eum jucundo aſpectu, & decentis corporis ſtructura fuiſſe habemus ex *Eleg.* 4. *lib.* 1.

Nec ſum adeò informis facie, vel corpore, & annis &c.
Nec ſum plus nimio brevior, nec corpore major,
Sed menſura mei inter utrumque decus &c.

Ex ſuis quoque carminibus elicimus, quàm maxima veneratione Sum. Pontifices encomiis, eo vivente, excoluerit, & præcipuè Sixtum V., cujus opera egregia recenſet, ejuſque liberalitati mirificè applaudit.

Proavunculum meum commendant *Lud. Cavitellus Hiſt. Cremon. in ſuis Annal. ad annum* 1583.

Joſeph Breſſianus in ſuo libro inſcripto Corona Vir. Illuſtr. lib. 1. *part.* 3.

Felix Mazza Poeta Parm. in Collectaneis Poematum Parmæ editis anno 1674. *per Marium Vignam*, quandò ibi Joſeph Niger laudatus Avunculus meus laurea legali decoratus eſt, ſcribens ante ejus carmina italica hęc verba *ſi accennano le vive memorie di Giuſeppe Negri già Segretario del Collegio de' Cardinali, ed elevatiſſimo Poeta nel traſcorſo ſecolo.*

Deſiderius Monachus Hieronymianus, Frater meus dilectiſſimus, in editione Belli Grammaticalis Andreæ Guarnæ, quam fecit anno 1695. in Epiſt. ad Lectorem hæc ait. *Cæterùm ſi quid exinde voluptatis tibi, eveniet, percipere id tu mihi debere ſcias, ut me ames, & magis, magiſque cum carmina Jo: Lud. Tritavi mei, ac Joſephi Nigri Proavunculi Eccleſiaſticis muniis admodum noti priſco abſterſa pulvere Reip. Eruditorum quantò citiùs oſtendam.*

Petrus Cannetus Abbas Camald. omnigena eruditione clariſſimus Homopolis noſter in quadam Epiſtola 4. Kal. Auguſti anni 1697. nobis tranſmiſſa hæc ſcripſit inter alia. *Ut vidi Elegiam Gambaræ Poemati præfixam, conieci & ipſe licèt nominis neſcius, eam Nigri illius eſſe, cujus integrum volumen omni charitum, leporumque medulla ad Ovidianam normam concinnatum memini jamdiù mihi oſtenſum à Joſepho Nigro candidiſſimi ingenii Viro, Muſarum Corculo, Avunculo tuo. Si aliquando Elegias Poetæ clariſs. in lucem emittes; profectò rem facies amore illo dignam, quo impenſiùs ſtudes eruditis hominibus vindicandis &c.*

In libro cui tit. Spectab. Cauſ. Patroni ex inclyto Cremon. Colleg. à me compoſito, & edito anno 1697. de noſtro Auctore fit mentio, ubi

ubi [illegible] Raphael Milius.

Jam di[illegible] i tumulum carere ſui nominis monumento; legimu[illegible] am S. Sebaſtiani in Ædibus Divorum Nazarii, & C[illegible] e, ſuæ pietatis teſtimonium cum anno ætatis ſuæ de[illegible] vix ad Clericatum aſcitus eamdem Aram picturis [illegible] ari juſſit, hac inſcriptione appoſita

[illegible] e Nigris Benef. ære proprio F. F. MDXXXV. X. Aprilis.

[illegible] Templo S. Laurentii culto per Monachos Olivetanos, [illegible] ul à majori janua habetur ſui Genitoris, ac unius ex Fra[illegible] omen ſuper lapide Sepulcrali

[illegible] ep. Antonii de Nigris, & ejus Hæredum MDXXIV.
[illegible] Jo: Baptiſtam ejus Filium à Divo Hippolito ad Divum Laur. translatum Kal. Aprilis MDVIIIC.

[illegible] ro tandem Muſæolo ſub Joſephi effigie hæc proſtat Epigraphe

Joſeph de Nigris J.U.D. clariſſimi nominis Poeta Sacri S. R. E. Card. Collegii à Secretis, aliiſque Eccleſiaſticis muniis inſignitus Luciæ de Nigris Joannis Lud. Ariſii Uxoris anno MDCLVI. Propatruus major Romæ deceſſit Anno MDIXC.

Propinquis noſtri Joſephi temporibus duo alii floruere Viri Illuſtres eodem nomine, & cognomento ferè ſimiles, quos hìc memoro, nè ab aliquibus cum meo confundantur.

Joſeph Niger Nepos Stephani U. C. ex inſigni Oppido Caſalis Majoris Cremonenſis, ex cujus ingenio prodierunt Scholia ad Idylia Theocriti, quorum MS. ſervat Bibliotheca Ambroſiana Mediol. Hunc memorant *Cardanus lib.* 19. *de ſubtilit. & Kempius de Oſculis diſſertatione* 18. §. 21. quò Lectorem remitto, nos verò de eo in noſtro ſecundo Volum. Cremonæ Literatæ ad annum 1540.

Joſeph Nerius J. C. Peruſinus, qui anno 1619. edidit Analectorum lib. duos, in primo præter ea, quæ ad jus pertinent varia tàm in ſacra, quàm in profana hiſtoria, & quædam in Tacito explicuit, illuſtravit, & commendavit. In ſecundo juris Auctores explicantur, & antiqui mores tàm ſacri, quàm profani cenſuræ, & critica quædam admiſcentur.

Eod. Anno.

LUdovicus Aymus Melchioris J. C. Clariſſimi filius J. C., & ipſe doctiſſimus pro Patria Orator apud Mediolani Supremum Moderatorem, hoc anno à Philippo II. Hiſp. Rege, poſt Mediolani Præturam Senator Ampliſſimus conſtituitur, cujus inclytæ dignitatis die 29. Martii omnium plauſibus poſſeſſionem adeptus eſt; in ea quippè virtutum omnium ſpecimina ſemper exhibuit.

Diverſas Allegationes in Jure, caſtigato calamo conſcripſit, quarum multæ typis vulgatæ circumferuntur, ut plurièsin Patriæ Bibliothecis vidimus. Cremonæ moritur, & in Eccleſia Divi Bartholomæi tumulatur cum Epitaphio, ex quo alia apparent à nobis non recenſita.

Ludo-

Nec ſi perveniant alicujus in ora, manuſve,
Rideat, & Cineri detrahat ille meo.

Præter legale, & poeticum ſtudium, quo Nigri animus locupletabatur, ut nihil ipſe in vita expeteret, niſi quod eſſet cum virtute, & laude conjunctum, ſonitu, & muſica apprimè delectabatur, id exprimit *Eleg.* 4. *l*[illegible] 1.

Sum quoq[illegible]*as, fidibus me ſcire canoris,*
Et [illegible] *os doctus utroque modo.*

Facies, quæ ſpe[illegible] anima in corpus emanantis vocatur, non era[illegible] eum jucundo aſpectu, & decentis corporis [illegible] ex *Eleg.* 4. *lib.* 1.

Nec ſum adeò info[illegible] *annis &c.*
Nec ſum plus nimio brev[illegible]
Sed menſura mei inter u[illegible]

Ex ſuis quoque carminibus elicimus, qu[illegible]ione Sum. Pontifices encomiis, eo vivente, excolu[illegible] tum V., cujus opera egregia recenſet, ejuſque [illegible] è applaudit.

Proavunculum meum commendant *Lud. Cavitellus Hiſt.* [illegible]*a. in ſuis Annal. ad annum* 1583.

Joſeph Breſſianus in ſuo libro inſcripto Corona Vir. Illuſtr. lib. 1. *part.* 3.

Felix Mazza Poeta Parm. in Collectaneis Poematum Parmæ editis anno 1674. *per Marium Vignam*, quandò ibi Joſeph Niger laudatus Avunculus meus laurea legali decoratus eſt, ſcribens ante ejus carmina italica hęc verba *ſi accennano le vive memorie di Giuſeppe Negri già Segretario del Collegio de' Cardinali, ed elevatiſſimo Poeta nel traſcorſo ſecolo.*

Deſiderius Monachus Hieronymianus, Frater meus dilectiſſimus, in editione Belli Grammaticalis Andreæ Guarnæ, quam fecit anno 1695. in Epiſt. ad Lectorem hæc ait. *Cæterùm ſi quid exinde voluptatis tibi, eveniet, percipere id tu mihi debere ſcias, ut me ames, & magis, magiſque cum carmina Jo: Lud. Tritavi mei, ac Joſephi Nigri Proavunculi Eccleſiaſticis muniis admodum noti priſco abſterſa pulvere Reip. Eruditorum quantò citiùs oſtendam.*

Petrus Cannetus Abbas Camald. omnigena eruditione clariſſimus Homopolis noſter in quadam Epiſtola 4. Kal. Auguſti anni 1697. nobis tranſmiſſa hæc ſcripſit inter alia. *Ut vidi Elegiam Gambaræ Poemati præfixam, conieci & ipſe licèt nominis neſcius, eam Nigri illius eſſe, cujus integrum volumen omni charitum, leporumque medulla ad Ovidianam normam concinnatum memini jamdiù mihi oſtenſum à Joſepho Nigro candidiſſimi ingenii Viro, Muſarum Corculo, Avunculo tuo. Si aliquando Elegias Poetæ clariſs. in lucem emittes; profectò rem facies amore illo dignam, quo impenſiùs ſtudes eruditis hominibus vindicandis &c.*

In libro cui tit. Spectab. Cauſ. Patroni ex inclyto Cremon. Colleg. à me compoſito, & edito anno 1697. de noſtro Auctore fit mentio, ubi

ubi memoratur Raphael Milius.

Jam diximus Joſephi tumulum carere ſui nominis monumento; legimus tamen ad aram S. Sebaſtiani in Ædibus Divorum Nazarii, & Celſi Cremonæ, ſuæ pietatis teſtimonium cum anno ætatis ſuæ decimoſeptimo vix ad Clericatum aſcitus eamdem Aram picturis egregiis ornari juſſit, hac inſcriptione appoſita

Joſeph de Nigris Benef. ære proprio F. F. MDXXXV. X. Aprilis.

Ibi pariter in Templo S. Laurentii culto per Monachos Olivetanos, non procul à majori janua habetur ſui Genitoris, ac unius ex Fratribus nomen ſuper lapide Sepulcrali

Sep. Antonii de Nigris, & ejus Hæredum MDXXIV.
Per Jo: Baptiſtam ejus Filium à Divo Hippolito ad Divum Laur. translatum Kal. Aprilis MDVIIIC.

In noſtro tandem Muſęolo ſub Joſephi effigie hæc proſtat Epigraphe

Joſeph de Nigris J.U.D. clariſſimi nominis Poeta Sacri S. R. E. Card. Collegii à Secretis, aliiſque Eccleſiaſticis muniis inſignitus Lucię de Nigris Joannis Lud. Ariſii Uxoris anno MDCLVI. Propatruus major Romę deceſſit Anno MDIXC.

Propinquis noſtri Joſephi temporibus duo alii floruere Viri Illuſtres eodem nomine, & cognomento ferè ſimiles, quos hìc memoro, nè ab aliquibus cum meo confundantur.

Joſeph Niger Nepos Stephani U. C. ex inſigni Oppido Caſalis Majoris Cremonenſis, ex cujus ingenio prodierunt Scholia ad Idylia Theocriti, quorum MS. ſervat Bibliotheca Ambroſiana Mediol. Hunc memorant *Cardanus lib.* 19. *de ſubtilit.* & *Kempius de Oſculis diſſertatione* 18. §. 21. quò Lectorem remitto, nos verò de eo in noſtro ſecundo Volum. Cremonæ Literatæ ad annum 1540.

Joſeph Nerius J. C. Peruſinus, qui anno 1619. edidit Analectorum lib. duos, in primo præter ea, quæ ad jus pertinent varia tàm in ſacra, quàm in profana hiſtoria, & quædam in Tacito explicuit, illuſtravit, & commendavit. In ſecundo juris Auctores explicantur, & antiqui mores tàm ſacri, quàm profani cenſuræ, & critica quædam admiſcentur.

Eod. Anno.

LUdovicus Aymus Melchioris J. C. Clariſſimi filius J. C., & ipſe doctiſſimus pro Patria Orator apud Mediolani Supremum Moderatorem, hoc anno à Philippo II. Hiſp. Rege, poſt Mediolani Præturam Senator Ampliſſimus conſtituitur, cujus inclytæ dignitatis die 29. Martii omnium plauſibus poſſeſſionem adeptus eſt; in ea quippè virtutum omnium ſpecimina ſemper exhibuit.

Diverſas Allegationes in Jure, caſtigato calamo conſcripſit, quarum multæ typis vulgatæ circumferuntur, ut pluriès in Patriæ Bibliothecis vidimus. Cremonæ moritur, & in Eccleſia Divi Bartholomæi tumulatur cum Epitaphio, ex quo alia apparent à nobis non recenſita.

Ludo-

D. O. M.

Ludovico Aymo poſt egregiè navatam operam Philippo II. in componendis Dolani Senatus rebus, Mediolani Prætori, mox Reg. Duc. Senatori vita functo Anno MDLXXXVI. Ann. Ætat. ſuæ L.

Eumd. memorat cum laude celeberrimus *Præſes Menochius in conſ. 206. num. 3. Horat. Landus in Senat. Mediolan. lib. 5.*

Cavitell. in Annal. anno 1582.

Antonius Campus Hiſt. lib. 3.

Breſſianus in Coll. J. C.

Petrus Pectorelus J. C. in adnotationibus ad Statuta Civitatis Buxeti ſub Rubr. 53. de eod. ſic habet. *ità conſulvit nunquam ſatis laudatus Vir, & Excell. D. Meus D. Lud. Aymus J. C. Cremonenſis, nuperrimè proptèr admirabilem ejus doctrinam cooptatus in ordine Illuſtriſs. DD. Senat. Mediol.*

Eod. Anno LXXXII.

BEnignus de Abiatis, ſivè de Ablaticis, Auguſt. Theologus, & Sacrarum Literarum expertiſſimus interpres, cujus auctoritate pro ſimilibus diſputandis Cremonæ fuerat inſtituta Academia, cui crebrò intererat Nicolaus Cardinalis Sfondratus Cremonenſis Ep. ad Summum Pont. faſtigium exindè elatus, qui Benignum ut Fratrem alterum prædiligebat. Nobiliſſimos Ordinis ſui gradus occupavit, nam ter fuit Vicarius Generalis, ſcilicet in Alexandriæ Comitiis 1582., Vitellianæ 1587., & Cremonę 1594. Summis Viris tùm in dignitatibus, tùm in literis admodùm gratus, meritis tandem, & virtutibus gravis, ſenioq; confectus, die 30. Septembris 1603. in Patria naturæ conceſſit. Servat Auguſtiniana Bibliotheca Cœnobii Cremonenſis partem ſuorum operum M.S., quæ ſunt, ut vidimus *Concionatoria Tom. 2. in 4.*

Ipſam celeberrimam Bibliothecam, quam innuimus, Benignus à fundamentis erigi curavit, picturiſvè, ac pretioſo marmore, extructis columnis ornari, ad cujus memoriam ſuper interiori januæ faſtigio hæc legitur Epigraphe.

Bibliotheca hæc Catholicæ Majeſtati dicata, Patriæ ornamento conſtructa, & Studioſorum commodo oblata per Fr. Benignum Ablaticum Cremonenſem expenſis Conventus, & Amicorum. Anno Dñi MDXCII.

P. Calvus Mem. Hiſt. Congr. Aug. Inſubriæ; ejuſdem meminit annis, quibus fuit Vic. Generalis.

Pau. Æmilius Barbaroſſa, e Trivilio celeberrimus Scriptor Auguſtinianus, Benigno ejus librum doctiſſimum direxit, cui tit. *Divini Amoris Encomia &c.*

Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr.

Verum cum de hac celebri Bibliotheca ſermo ſit, ut iterum omnibus innoteſcat, qua ſupellectile manuſcriptorum pretioſa abundet, præter alios Neotericos à me ſuis locis referendos, apponam Codices MS. quos recenſet ibi aſſervatos *Antonius Poſſevinus App. Sacr. Tom. 3. in Catalogo MS.*, & ſunt.

Bea-

Beatus Simon de Cremona Ordinis Eremitanorum in quatuor ſententiarum libros.
Ejuſdem lectura ſuper Textum Magiſtri. Tractatus de Indulgentia Aſſiſij.
Ejuſdem ſecundum, & tertium opus Quadrageſimale.
Ejuſdem opus prædicabile in Epiſt. per totum annum Dominicales.
Ejuſdem Sermones Dominicales per totum annum.
Ejuſdem Sermones de Sanctis per totum annum.
Ugolinus de Urbe veteri Ord. Eremitarum in quatuor ſententiarum.
Ejuſdem tractatus de Deo trino ſimul cum tractatu de communicatione idiomatum in Chriſto Magiſt. Nicolai Ordin. Eremitarum.
Auguſtinus de Ancona, ſuper, miſſus eſt.
Ejuſdem quæſtiones variæ ſuper Evangelia.
Idem ſuper Epiſtolas Canonicas; Idem de Amore Spiritus Sancti.
Poſtillæ ſuper Lucam, & continuatio in Can. Canticorum Card. Ægidii Romani, cum expoſitionibus Proemiorum Bibliorum.
Idem in librum de bona fortuna.
Auguſtinus de Eſculo Ord. Eremitarum in Evangelia Dominicalia totius anni.
Joannis de Perſico Cremonenſis Ordinis Eremitarum Hiſtoria Scholaſtica, & aliæ expoſitiones ſuper Biblia, & contrà Judæos, & contrà errorem rebellium Eccleſiæ.
Ejuſdem Poſtillæ ſuper Evangelia Dominicalia totius anni.
In Dialecticam item Petri Hiſpani, & S. Thomæ librum fallaciarum.
Richardi quæſtiones diſputatę.
Sermones de S. Odone de Caſtro Gandulfi, Epiſcopi Thuſculani.
Ejuſdem Sermones Dominicales.
Policraton, ſivè Civitatis Dominium D. Policrati.
Sententiæ ex Doctoribus ad materias applicatæ.
Gulielmus de Lignago, Ordinis Eremitarum in quatuor libros Senten.
Tertia Pars libri, qui dicitur Egredimini; F. Albertini de Mantua Ord. Eremitarum.
Ejuſdem Quadrageſimale incompletum, & Queſt. de Cœlo, & Mundo.
Diſtinctiones F. Nicolai de Biardo Ordinis Eremitarum.
Sermones Mag. Jacobi de Viterbio Ordinis Eremitarum.
Idem de Regimine Chriſtiano ex quibuſdam Poſtillis in Geneſim.
Alexander de S. Clepido Ordinis Eremitarum de Eccleſię poteſtate, unitate, paupertate ad Summum Pontificem.
Poſtillæ in Epiſtolas D. Pauli à Petro de Tarantaſia conſcriptæ.
Liber fontis vitæ, ſivè de intelligentiis Avicebron cum pluribus opuſculis ſine nomine.
Concluſiones Henrici Doctoris Theologi Archiepiſcopi Magdeburgenſis, & Legati in Concilio Baſilienſi.
Exempla S. Scripturæ ad diverſas materias F. Nicolai de Hamapis Patriarchæ Hieroſol.
Summa Mag. Præpoſitui cum multis aliis Tractatibus ſine nomine.

Almanſor Abubecri filii Zachariæ tranſlatus de Arabico in latinum per Magiſt. Gerardum Cremonenſem Ord. Eremit.
Summa Cæſuum F. Brocardi Theutonici Ordinis Prædicatorum, & ſumma de ſeptem vitiis capitalibus ſine nomine.
Sermones Prædicabiles Danielis Patriarchæ.
Sermones Prędicab. Magiſtri Auguſtini de Cremona Ordinis Eremit.
Sermones Prędicabiles Petri de Cremona Ord. Eremit.
Manipulus florum Magiſtri Thomę de Hibernia, & Socii Sorbonici.
Abbreviatio Ocham de Hęreſi, & de Hæreticis per Henricum Zemerem Theologum licentiatum.
Fantinus Vallareſſo Cretenſis Archiepiſcopus, & Eugenii IV. Pont. Max. Legatus ad Inſulam Cretenſem de rebus fidei.
Joannis Belethi ſumma de divinis officiis, & ſermones prædicabiles.
Petrus de Candia in primum ſententiarum.
Figurę Vet., & Novi Teſtamenti per F. Fran.cum Ordinis Eremitarum.
Sermones Dominicales, & Feſtivi per totum annum Magiſtri Gerardi Doctoris Theologi, & tunc Lectoris Peruſii.
Summa copioſa Quæſt. Caſuum conſcientię Fratris Joannis Ord. Eremit.
Sermones prędicabiles, & pro mortuis Fratris Albertini de Cremona Ordinis Eremitarum.
De Teſtamentis, & Codicillis Martini de Fano Ordinis Prędicatorum.
Summa collationum Mag. Joan: Galenſis, & Jo: Varienſis de vita, dictis, moribuſque Philoſophorum, & ſcriptum in lib. Ethic. incompleta.
Sermones Feſtivi Fratris Antonii Bacalaurei.
Sermones feſtivi incompleti Mag. Gregorii de Cremona Ord. Eremit.
Summa virtutum, & vitiorum Theophili Bacalaurei Ord. Minor.
Sermones Prędicabiles, & quędam alia Mag. Petri Hiſpani.
Sermones Fratris Antonii de Peruſio.
Summa de Virtutibus, & vitiis, & de Sacramentis Jacobi de Napoli Ordinis Eremitarum.
Abbas Joachin in Hieremiam.
Joannes Saracenus in librum de Cęleſti Hierar. Dionyſii Areopagitę ad Mag. Joan. de Sacaberiis.
B. Iſaac Syrus de contemplationis perfectione.
Sermones ſuper Epiſtolas totius anni Fr. Bartholomęi de Bononia Ordinis Eremitarum.
Bartholomæus Anglicus de rerum proprietatibus.
Sermones Prędicatorum Magiſtri Nicolai de Cremona Ordinis Eremit.
Thomas Anglicus in B. Auguſtinum de Civitate Dei.
Expoſitio in Epiſtolas Pauli ex diverſis lib. S. Auguſtini collecta.
Scriptum in quartum ſententiarum ſine nomine.
Scriptum in tertium ſententiarum ſine nomine.
Item ſuper primum ſententiarum ſine nomine.
Summa Theologię ſine nomine.
Sermones ad diverſos Status ſpectantes, & de aliquibus feſtis.
Summa extracta ex ſumma Manaldi. Sermones Dominicales.

De

De illuminatione animę, & ejus ſalute ſecundùm auctoritates diverſorum Doctorum.
Plures lib. Veteris, & Novi Teſtamenti cum gloſis.
Opus ſuper Cantica Canticorum.
Acta, & geſta Sanctorum à S. Andrea, uſque ad Feſtum Aſſumptionis incluſivè.
Poſtillæ ſuper Matthæum.
De rerum proprietatibus ferè totum collectum ex Sententiis S. Auguſtini.
Sermones per totum annum.
Super Evangelia Joannis.
Liber dictus ſumma collectionum, cum libro dicto. Oculus moralis.
In lib. Eccleſiaſtici.
In Pſalmos expoſitio copioſa.
Poſtillæ in Pſalmos copioſæ.
Alphabetum narrationum.
Sermones Dominicales, & Feſtivi per totum annum.

Eod. Anno LXXXII.

BOnus Chieſa J. U. D. Judex cauſarum in Foro Archiepiſcopali Ravennæ ſub Chriſtophoro Boncompagno Archiepiſcopo, indè à ſecretis Concilii Provincialis eodem anno in Eccleſia Metropolitana celebrati, & demùm Vicarius Generalis electus, quem recenſet *Hieronymus Rubeus Hiſt. Ravennæ lib.* 11. *anno* 1582. hiſce verbis.

Chriſtophorus Archiepiſcopus Vicarium ſuffecit ſibi Bonum Chieſam, quem diximus Juriſconſultum Cremonenſem, præſtanti Virum eruditione.

Clemens Flammenus in Caſtillionea pag. 165. hunc memorat, ſed Homobonum Chriſtianum appellat, è Caſtroleone, & ſcribit obiiſſe anno 1601. in loco Creſpini, dum ibi cum Archiepiſcopo Viſitationi diœceſanæ incumberet.

MDLXXXIII.

HIeronymus Burgus Abbas, Can. Reg. in Patrio Monaſterio S. Petri de Pado literis Græcis, Hebraicis, Latinis admodum peritus, Medicinæ, & Philoſophiæ Doctor, ac quolibet ſcientiarum genere ornatus, inſigni ſui ipſius demiſſione, ac in Deum religione præclarus. Multa compoſuit, quæ adverſo fato nobis retruduntur.

Laudatur *à Cavitello in Annal.*
A' Breſſiano in Corona Vir. Illuſtr. parte 3.

Eod. Anno.

PEtrus Paulus Riva ex Ord. Min. Conventualium Seraphici ſui Inſtitutoris Sanctiſſimi, ac Tutelaris mei, impensè devotus, ut in via Domini meliùs dirigeret Fratres ſuos, qui Tertiarii vulgari vocabulo appellantur. Parmæ per Hæredes Seth Viotti

anno 1583., ut in lucem ederetur, curavit, hoc opuſculum cum ſuis adnotationibus, & additis.

Regola del Terz' Ordine ſotto l'obbedienza delli Padri di S. Franceſco di Cremona, con l'Indulgenze ad eſſo conceſſe, & altre devozioni.

Eod. Anno.

JOannes Baptiſta à Cremona tacito Gentili cognomento, more apud antiquos Monachos ſolemni, à Cremona Patria dictus, in inſigni Monaſterio S. Michaelis Muriani propè Venetias Camaldulenſe Inſtitutum profeſſus, in Italicum ſermonem traduxit

Vitam S. Placidi Abbatis, & Martyris à Gordiano conſcriptam, edid itquè *Venetiis anno* 1583.

Thomas de Minis Mon. Camald. in Hiſt. ſui Ordinis MS., quæ ſervatur in Bibl. Angelorum Florentiæ lib. 4. cap. 40. pag. 298.

Hæc habui à doctiſs. amico ſæpiùs laudato, D. Petro Canneto Abbate Camaldul., verùm *Ant. Poſſevinus in Appar. ſacro Joannem Baptiſtam à Crema*, non autem à Cremona appellat.

Eod. Anno.

PEtrus Bozola eruditus Patriæ Bibliographus, imprimi Placentiæ hoc anno curavit opuſculum inſcriptum, *M. Tullii Ciceronis Conſolatio, liber, quo ſe ipſum de Filiæ morte conſolatus eſt, nunc primùm repertus, & in lucem editus.*

In Epiſtola nuncupatoria Illuſtriſs., & Excellentiſs. D. Veſpaſiano Gonzagæ Columnæ Duci Sablonetæ &c. hæc leguntur.

Illius libri copiam multis fecit in hac noſtra Civitate primus omnium Nobilis Juvenis expectationis incredibilis, qui hoc anno juri Civili Bononiæ operam dedit, quiq; affirmavit ſe ab iis Viris doctiſſimis audiviſſe, qui illìc humanitatis publicè profitentur literas, libellum hunc non adulterinum, & ſubdititium, ſed verum, & Ciceronis eſſe naturalem.

Nonnulli quidem dubitant, an hoc opuſculum ſit à Cicerone compoſitum, & præcipuè Riccobonus, Lipſius, & Jo: Gulielmius illud adſcribunt Carolo Sigonio. Circa hoc conſule Teiſſerium in *Elogiis Hom. Sap.* gallicè conſcriptis, nec non Imperialem *in Muſæo Hiſtor. pag.* 58. 59.

Eod. Anno.

MAtthæus Cattaneus ex Oppido inſigni Caſtrileonis, qui ætate annorum quinque puſtularum morbo infectus, oculorum aciem amiſit, at quod pupillis defuit, purgatæ menti tranſmiſit ob diutina cujuſdam eruditi Viri præcepta; nam Juvenis effectus, publicè literas politiores, & grammaticam docuit, miro ejus audientium, & Concivium omnium ſtupore. Fuit, inquam, ingenii exactiſſimi, ac latini carminis cultor diligentiſſimus. Nonnulli ejus verſus habentur excuſi in Annal. Cavitelli, & in laudem Romani Burgi præmiſſi vitæ, quam ſcripſit de Beato Geroldo, quos eruditionis gratia hìc recenſeo, ut eruatur facilitas, & ſuavitas in ſimilibus explendis.

Felix

Felix prole Virum Germania, quem tulit olim
Claræ decus Coloniæ,
Obſcuro, tenuique utroque parente creatum,
Sed cætera inſignem, ac gravem:
Ante ſalutatum Gallæcum in finibus illo
Templo Jacobi maximo,
Corpora viſentem procerum Pauliq; Petriq;
Chriſti hinc ſepulchrum nobile
Excipit Eridano nimiùm vicina Cremona.
Tibi hìc, Gerolde, ſcilicet
Metæ mortis erant; erat extrà mænia cæſo,
Dum fers opem, impia manu
Hìc requies intrà, templumq; aræq; Sacerdos
Miraculis tot debita.
Voti facta potens per te hæc, quam ſæpè receſſit
Cæde expiata Civitas?
Quàm bene poſteritas poſt tot quoque ſæcula grata eſt?
Quàm ritè Burgi mens pia
Nunc monumenta ſitu tua vindicet? ore rotundo,
Thuſcoque, ut illuſtrat ſono?
Tu memoris populi memor eſto; & perge precando
Civem hunc juvare tàm Pium.

Iſte Cattaneus fuit genitor Papyrii ex Mediol. Senator, de quo ſuo loco; ejus quidem Præceptor, & Avunculus extitit Baptiſta Doſſena præsbyter Sæcularis apprimè doctus, qui refertur *à Cavitello in Annal. ad annum* 1583. *in fine*. Eumdem memorat *Clemens Flammenus in Caſtellionea*.

Verùm cùm de cognomine Doſſenæ ſermo fit, & ut locus ſit veritati, animadvertendum eſt in ſæpè allegato *Amphit. Legali par.* 1. in ſyllabo eorum, qui pendente impreſſione ad notitiam Auctoris pervenere, *not. lit. D.* memoratum fuiſſe Doſſenam Cremonenſem, qui ſcripſit Tractatum de Salariis Sententiarum &c. cùm verè hic Doſſena fuerit Mediolanenſis, & nomine Ferdinandi, non quidem J. C. Egidium Doſſenam Cremonenſem recenſitum à Phyſico Lazaro Grandi in libro, cujus *tit. I ſecreti medicinali &c.* à quo ſuſcepit Equivocum Amphit. Legalis Nobiliſs. Auctor.

Eod. Anno.

LUdovicus Stanga Sacri Ord. Præd. Alumnus, in ſæculo Jacobus Antonius, ſapientia, religione, nobilitate, & meritis ferè omnibus ſua ætate præferendus, celeberrimus planè in carminibus conſcribendis, ab ipſo invictiſſimo Imperatore Carolo V. Mediolani laureo diademate omnium plauſu præcingitur. Summo exindè in honore, & pretio Romæ, & Neapoli habitus eſt, duci namq; Vincentio Caraffæ, ac Alphonſo Davalo Vaſti Marchioni, & Piſcariæ valida fuit familiaritate coniunctus. Fertur ſcripſiſſe,

ut

ut notat *Cavitellus* diſertiſſimis verbis in ſuis Annalibus ad ann. 1583.

Carmina varia, tùm latino, tùm Hetruſco metro. De cognominibus Familiarum Patriæ ſuæ, & aliarum ferè omnium Civitatum, & Oppidorum receptis ab Omnipotente Deo, Angelis, Cœlis, Aſtris, Elementis, Arboribus, Herbis, Gentibus, Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Vicis, & Pagis, nec non & ab Animantibus tàm terreſtribus, quàm volatilibus, & Aquaticis, ab Hominibus, membris propriis, nominibus, moribus, vitiis, ſcientiis, artibus, artificiis, officiis, gradibus, & dignitatibus, nec non impreſſis ex mente Superiorum ſuorum.

Opus quidem tàm celebre deſideratur, quamvis id ab Auctore noſtro conſcriptum, præter *Cavitellum* ejus Coævum, confirmet *Joſeph Breſſianus in ſua Corona Vir. Illuſtr.*

In inclyto ſuæ Patriæ Cœnobio Ludovici depictum prototypon ſervatur, laurea ſanè redimitum corona.

Alter Ludovicus ex hac inſigni ſtirpe vivebat ſæculo huic proximè anteacto, Caſtrinovi Buccæ Abduæ Comes, cui à Duce Mediolani conceſſum fuit, ut conſtrui faceret Fortalitium in dicto ſuo Feudo. Id habetur ex literis Ducalibus in officio Statutorum Mediolani dimiſſis lib. O. pag. 237.

Eod. Anno LXXXIII.

Hieronymus Cremonenſis, vulgò Campaneola, Monachus Olivetanæ Familiæ conſpicuus, conſilio providens, ac moderatione ſpectabilis, plura ſuæ Religionis munera obiit perquàm egregiè, demùm hoc anno Proabbas Generalis eligitur, ut ex *Hiſt. Olivetana Secundi Lancellotti lib. 1. ergà finem, & lib. 2. cap.* 58.

Hunc reor eſſe præclaræ ſtirpis de Amatis, quæ Viticeti Feudo in Agro Cremonenſi inſignita fuit, nam hiſce temporibus inter Olivetanos eminebat Hieronymus de Amatis, de quo *Raphael Moneta in Tumulo illuſtrato Divi Satyri cap.* 12. hæc habet R. D. D. Hieronymus de Amatis de Cremona, Abbas inſignis Monaſterii S. Mariæ de Bedagio Ord. Montis Oliveti, Diœceſis Mediolan. interfuit cum B. Carolo Borromæo Cardinali Archiep. Mediol. recognitioni SS. Corporum Victoris, & Satyri in Portiana Baſilica Mediolani anni 1576.

Idem *Lancellotus cap. allegato* duos alios Cremonenſes inter ſui Ordinis Vicarios Generales recenſet, & ſcilicet anno 1421. Benedictum, & Angelum 1580., quorum cognomina ignorantur, quinimmò lib. 1. ad annum 1590. ipſum Angelum Antiſtitem Generalem electum oſtendit in Comitiis Montolivetenſibus, & ſucceſſivè irritam ejus electionem indigitat.

Quando Olivetani cæperint Cremonæ, tùm in Monaſterio Divi Thomæ, tùm in illo S. Laurentii, ac in agro Cremonenſi apud Monaſterium S. Joannis in Deſerto nunc ſuppreſſo, conſule eumdem

dem Lancellottum lib. 2. cap. 36., & 58. ibi etiam anno 1476. memoratur Nicolaus Salandius Cremonenſis Vir integerrimus, illius Abbatiæ Commendatarius.

Eod. Anno.

ANonymi Cremonenſes hoc anno in celeberrima Academia Antiquiſſimæ Urbis Ravennæ adnumerantur: *Ex Hieronymo Rubeo in Hiſtoria Ravennate lib.* 11., qui refert eo anno doctorum hominum, qui moralem Philoſophiam, literaſque humaniores colerent Conventum initum eſſe, cui Academiæ nomen pro Italorum more factum fuit. Hos inter quamplures ex Cremonenſibus cenſebantur Academici. Hæc poſtmodum Academia Informium cognomentum ſortita fuit, vivitque adhùc vegeta in Aſceterio Claſſenſi Monachorum Camaldulenſium translata, Concordium nomine mox aſſumpto. Fusè hæc proſecutus fuit Petrus Cannetus Abbas Camaldulenſis Amicus noſter, erudititiſſimus in proloquio ad Miſcellaneas Poeticas anno 1687. Bononiæ vulgatas. In Tantæ Academiæ ſupremum decus prætereundum non eſt, ut quicquid eidem ſummæ laudis accedere poſſet, hoc anno labentis ſæculi 1700. dum hæc ſcribimus, ipſa obtinuerit; In hoc namque glorioſiſſimo cœtu, ut indicat Catalogus editus anno præcitato 1687., efflorebat Eminentiſs. *Jo: Franciſcus Albanus*, qui proximis diebus, nono ſcilicet Kalend. Decembris ad Summi Pontificatus apicem evectus. Clemens XI. appellatus eſt; quem Deus incolumem nobis perpetuò conſervet.

In hoc inſigni congreſſu, hujus operis Auctor (abſit ambitio) etiam adſcribitur, qui cùm eſſet Ravennæ anno 1688. die 4. Maii ibi orationem de more habuit, in qua probavit, detractionem magis, quàm laudem conferre ad rectè vivendum; tunc Academiæ Principe Com. Hieronymo Rota Patritio Ravennate literis, & nobilitate perſpicuo, quem mors adhuc ætate florentem ſuperioribus annis Reip. Literariæ, & mihi, maxima benevolentia eidem obſtricto, eripuit.

Eod. Anno.

CÆſar Pollitius Ordinum Civitatis Cremonæ Conſervator, & Decurio, ex præclaris hujus ætatis ingeniis incredibili quippè labore, & ſtudio magnum peregit volumen in Archivio Cremonæ ſervatum, cujus talis eſt titulus.

Tomus Ordinum, Ordinationum, Reformationum, Proviſionum, & Jurium Ill. Communitatis Civitatis Cremonæ à Cæſare Pollitio ex Conſiliariis, & nunc Ordinum Conſervatore p.te Ill. Communitatis nuper cum ſumma diligentia in lucem emiſſus, & brevi epilogo ditatus, Patriæ ſuæ, ac Ill., & Magnificis Conſiliariis Collegis ad negotia diſcutienda, Veritatemq; eruendam, & publicum regimen conſervandum dicatus, & in concione pub. Generali

Conſi-

Conſiliariorum oblatus Anno Domini N. Jeſu Chriſti milleſimo, quingenteſimo octuageſimo tertio menſe Decembri Ser.mo, & Invict.mo Philippo Hiſpaniarum Rege Mediol. Duce regnante, quem Deus Opt. Max. perpetuò felicem conſervet.

Utinam in Archivio ad Tanti Viri memoriam, & ad maximum noſtræ Patriæ commodum perpetuò ſerventur hæc folia; caveantque Ordinum Conſervatores, qui pone me perſpicuum munus occupabunt, ne hic Reip. noſtræ theſaurus ſurripiatur, aut quoquomodo diſperdatur.

MDLXXXIV.

BErnardinus Campus ætate ſua Pictor celeberrimus, ac cum priſcis Pictoribus fama, gloriaque certans, cujus opera effectis lineamentis, coloribus, aptiſque corporum menſuris, ità proximè ad naturæ elegantiam accedunt, ut non minus obſtupeſcant omnes, quàm oblectentur. ita de eo legitur in diplomate Marchionis Piſcariæ Franciſci Ferdinandi Avalos ab Aquino diei primæ Decembris 1562., quod refero de eo ſcribens ex profeſſo in meo Libro de Pictoribus Cremonenſibus. Hìc enim mihi ſufficiat indigitare eum hoc anno edidiſſe opuſculum, cui tit.

Parere ſopra la Pittura.

Id compoſuit, ut votis annueret Inſignium Pictorum Antonii Utinenſis à Caravagio, ac Brandimartis à Turre Cremonenſis. legitur adiectum, ut vidimus, Alexandri Lami libro, inſcripto

Diſcorſo intorno alla Scoltura, e Pittura &c.

Eod. Anno.

JOannes Clemens Schitius Federici Domini Caſtri Didonis F. J. U. D. Collegio Patriæ adſcriptus die 30. Martii 1571. Eccleſiæ Cathedralis Canonicus, ac in alma Urbe literis, aliiſque titulis clarus; quamvis ex ſui eruditiſſimi ingenii monumentis nihil ad noſtras manus pervenerit, attamen, eo mandante, anno 1602. ex Typographia Patavina Laurentii Paſquati vulgata fuere

Reſponſa diverſorum Clariſſimorum J.C. in cauſa Prælationis inter Feudatarium ob merita ſanguine Nobiliſſimum, & Jur. Conſ. & Marchionem Honorarium, qui feuda emit.

Hæc tria Reſponſa fuerunt ab ipſo Schitio dicata Præſtantiſſimo Viro Jacobo Maynoldo Cremon. Patritio tunc Regio Mediol. Senatori mox Excell.mi illius Senatus Principi. Primum eſt Sfortiæ Oddi Peruſini. Secundum Marci Ant. Peregrini Paduani. Tertium Octaviani Picenardi J.C. Coll. Cremon. de quo erit ſermo in Tertio Volum.

Memorant Schitium *Breſſianus in Coll. anno* 1571.
Franciſcus Zava in Epiſt. 1. *lib.* 1. & *Ep.* 2. *lib.* 4.
Lamus in Somnio Cant. 2. *pag.* 32.
Ant. Campus hiſt. lib. 3. *anno* 1584.

Dixi-

Diximus ſuperiori loco, ubi de Jo: Baptiſta Schitio habitus fuit ſermo, Progeniem Schitiam à Jacobo Oldroando nuncupato Schizza proveniſſe auctoritate *Cavitelli* noſtri; verùm cùm circà hujus familiæ derivationem ex *Dempſtero* aliquid deprompſerit eruditiſs. J. C. *Joannes de Scitonis*, illud hìc placet attingere. Narrat itaque Thomas Dempſterus J. C. Baro Mureskiæ Scotus, olimque publicus Profeſſor in Univerſitate Bononienſi (in ejus apparatu ad Hiſtoriam Scoticam ædito Bononiæ anno 1622. in 4. exiſtenti in Bibl. Ambroſiana, libro 2. cap. 18. pag. 112. 113.) Ex inueterato Scotorum more militandi apud exteras Nationes, & præcipuè Italicas, Gentem illam Scoticam paulatim traxiſſe conſvetudinem in Italorum Societatem, ac fœdus tranſeundi, ibique procul à Patria fortunarum ſuarum figenti Domicilium, ut minùs mirum ſit, ubiq; Italiæ Scotorum nobiles Familias vigere: Dein exemplificat in Nobili Familia de Schitiis, quam Cremonæ, Mantuæ, & Veronæ efflorefcentem à Scotia oriundam teſtatur. Alias pariter aſſerit Nobiles Familias vigere à Scotia oriundas, ſcilicet de Riariis Savonæ, Bononiæ, Imolæ, de Baronibus Florentiæ, de Mareſcottis Bononiæ, de Scottis Mantuæ, Placentiæ, & Mediolani. Cui addenda eſt illa de Scitonis, quam à Scotia oriundam teſtantur *Creſcentius in Corona Nobilit. Italicæ p. 2. in Amphiteatro Nobilit. Mediol.* ubi agit de Familia Dugnana, nec non *in Tractatu Nobilit. edito à Com. Jo: Nicello Placent. lib. 2. cap. 8. num. 22. Abbas Phil. Picinellus in Athenæo Literator. Mediol. fol. 287. 301. Abbas Ghilinus in Theatro Literatorum p. 2. pag.* 143. eamque à Scotia in Italicam migraſſe tradit *Hector Bobetius in Hiſt. ſua Scotorum lib.* 18. *ſub anno* 1450. *fol.* 371.

Eod. Anno.

JOannes Maria Parolus ſummæ eruditionis vir, & Muſis Italicis omninò deditus, vulgavit Cremonæ apud Chriſtophorum Draconium 1584. opuſculum octavis rythmis, ut ajunt conſcriptum, & dicatum Octaviano Canturio nob. Cremon. cui tit.

Le lagrime di San Pietro.

Trattato in compendio della bellezza ſecondo l' opinione di diverſi Filoſofi, librum, quem ſub nomine Amadei Arcipavolæ in Oppido Caſalis Majoris excudit, ſine anni appoſitione eidem Canturio nuncupatum.

Della Bellezza della liberalità. Ibidem ſcripſit pariter nonnulla carmina in laudem Hieronymi Tromboni, edentis Vitam S. Hoboni Cremonenſis.

Laudatur Parolus *à Cæſare della Porta* in Epiſtola nuncupatoria ſuæ Tragediæ, quam Delpham inſcripſit, ut inferiùs.

Eod. Anno MDLXXXIV.

CÆſar della Porta magnæ Vir integritatis, & comis naturæ, politioribus literis ornatiſſimus, & acri præditus ingenio, tanto animi nixu in poetica ſtudia latus eſt, ut nulli Coævorum ſecun-

dus in pangendis hetruſcis carminibus emerſerit. Quippè variis de rebus varia modulatus, miſcellaneorum Rhythmorum italico metro Volumen concinnaverat. Quorum tamen pauculi prodierunt, & hi quidem majori ex parte ſacri, cætera encomiaſtici, & ab amicis potius, in quorum laudem ſcripti erant, promulgati. Majora ſubinde mente concipiens, ſacrum aggreſſus eſt Poema, quo nedum in terris famam, ſed & in cœlis gloriam compararet; italicis enim octometris in eo complexus eſt res geſtas à Divo Homobono Cremonenſe, quas apud Chriſtophorum Draconium anno 1584. Nicolao S. R. E. Card. Sfondrato Ep. Cremon. mox in Sede Petri Gregor. XIV. dicatas, edidit hoc tit.

Vita, morte, e miracoli di Santo Huomobono, ridotti in ottava rima, recuſas *Peruſii per Ang. Bartolum* 1630.

Item apud eumdem Impreſs. eodemque anno

Stanze ſopra i quindeci Miſteri del Santiſſimo Roſario,

Rime ſopra il Santiſſimo Sacramento, ſcilicet decatetraſtica, & ogdoaſtica nonnulla in fronte Statutorum Sodalitatis Sanctiſs. Sacramenti Eccleſiæ Majoris Cremonæ apud eumdem, & Barucinum Zannum 1606.

Delfa. Tragedia apud eumdem Draconium 1587.

Octaviano Cantullo Nob. Cremon. nuncupata.

Extant & ipſius decatetraſtica diverſis libris prȩfixa, nempè Annalibus Cavitellianis, Paræneſi ad Remp. Venetam doctiſs. Card. Baronii. Cremonæ cuſæ 1606.

Tractatui de Advocato, & Cauſid. Jo: Petri Alæ &c. & aliis.

Eum commendant *Lud. Cavitellus ad ann.* 1583.

Ant. Campus hiſt. lib. 3. *ad ann.* 1584.

Leo Allacius in Drammaturgia in Ind.e 1. *&* 2.

Cinellus in Bibl. Vol. pluteo 3. *pag.* 19.

Franc. Breſſianus in Coll. Notar. Cremonæ, cui erat Cæſar adſcriptus.

Laur. Legatus in Muſeo Coſpiano lib. 3. *cap.* 3.

Eod. Anno.

FErdinandus Bonettus Utriuſq; Juris Doctor, Theologus Inſignis, Græcæ, & Hebraicæ elocutionis conſultiſſimus, dum eſſet Præpoſitus Eccleſiæ S. Vincentii in Patria, illam reſignavit Clericis Reg. S. Pauli, Barnabitis nuncupatis, ubi nunc elegans Collegium erectum eſt. Plura *Theologica* ſcripſit & *opera*, quàm maxima ex Hebræa lingua traduxit.

De eod. *Pellegr. Merula in Sanctuario Cremonæ*.

Cavitellus in Annal.

Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr. non quidem rectè circà nomen, & inſtitutum.

Franciſcus Zava præ cæteris in Oratione, ubi Illuſtr. Vir. parentalia commemorat, multa dicit, quæ ad Tanti Viri perpetuum monumentum non ſunt omittenda.

Hujus

HUjus antiquiſſimæ linguæ (loquitur de lingua hebræa) cognitionem, & arcanam intelligentiam Ferdinandus Bonettus Juvenis præſtantis ingenii, & maximæ temperantiæ, moderationiſq; adeò comprehendit, ut qui in ea nati, & ab uberibus maternis ſumma induſtria educati, eruditique fuerunt, quiquè illam non ſine maximi nominis laude, & exiſtimatione profitentur, ſi aliquando in locum obſcurum, & hebraico ſermone implicitum incidunt, hunc adeant, & ſtatim tenebris per hunc diſcuſſis, lucem accipiant, & maternæ, propriæque linguæ, aliquando balbutientis claram vocem, & germanum ſenſum percipiant. Id cognovit Senatus Mediolani, id vidit Caſatus ejus præfectus, id hebraicæ linguæ docti, & maximè intelligentes animadverterunt. Nam quo tempore non multò poſt Concilium Tridentinum Pius V. Pontifex Max. diplomate ſuo ad quamlibet Civitatem in fide conſiſtentem, quæ ab antiquorum optimis inſtitutis, & non vacillantibus decretis non defeciſſet, miſſo, quo maximi Theologi admonebantur, ut hebræorum libri proximè impreſſi, per doctiſſimos illius Dogmatis recognoſcerentur, diligenter excuterentur, enodatè extricarentur, hic fertiliſſimi ingenii Juvenis, optimis moribus eruditus, cognomento Bonettus, integritate bonus, fide optimus, Mediolanum Senatus literis juſſu Principis accerſitus, Patrum Conſcriptorum poſtulationem audit, Provinciam non reſpuit, operam ſumma cura, & fide illa in re ſe navaturum promittit, religiosè ſpondet. Quod profectò animosè ſpondere, & recipere poterat. Sæpiùs enim ſenſim Moyſis libros omnes legerat, quàm eorum quilibet curſim, qui ſermonem illum patrium & agnoſcunt, & profitentur; dolos indagat; fraudes inveſtigat; latibula odoratur; feras excitat; retia tendit; indagine omnia loca cingit. Membra quæque conſiderat, inciſa cognoſcit, ſingulas literas introſpicit, verborum interpunctiones notat. Singula hęc acri judicio examinat, animi conſtantiſſima conſcientia hæc expenſa Senatui refert. Ordo ille ampliſſimus Magiſtrorum gentis Hebreæ, populi obſtinatiſſimi, & tumultuoſiſſimi crimina, opprobria, convitia in ſalutis communis Servatorem Dei Opt. Max. unigenam, & ejus Matrem ſemper Virginem per Ferdinandum Bonettum ex tenebris eruta, enucleatè excerpta maxima cum induſtria, & fide aperta cognoſcit. Quid tùm Princeps illius Ordinis? Quid totus Senatus? omnes tanta ingenii admiratione, rei celebritate, & præſtantia ità obſtupefacti, ut ab eo nuſquam oculos averterent. In qua longa, & multa admiratione ubi diù conſtiterunt, illum tandem à ſe dimiſerunt, gratulatione ampliſſimè facta, gratiarum actione perſoluta. Quorum munificentiæ, & perliberali, tùm voluntati, tùm ſermoni, ut par referret, Præſidem, & totum illum Ordinem elegantiſſima, & doctiſſima oratione proſecutus eſt, qua inter reliqua, quæ plurima ab illo prudenter in eo dulciſſimo ſermone erant, hoc attentiſſimè audiebatur, ſe totum dedere, & jampridem dediſſe & Senatui, & omnibus Reip. Fideiq; Chriſtianę maximis Patronis; Et hac potiſſimùm cauſa in Judaicam linguam ſtrenuè incubuiſſe, ut populus ſervituti natus cognoſceret, ſermonis ſui majorem intelligentiam, &

cognitionem eſſe apud Juvenem imberbem, quam apud barbatos Præceptores ſuos. Hanc abſolutè, & perfectè cognitionem minus decennio comprehendit, qui niſi triennio adverſa valetudine ab illo ſtudio diſtractus fuiſſet, multò majora bujus doctrinę argumenta apparerent. Is tamen eſt, cujus induſtria ſummi Theologi artificia, & gentis ſceleſtę prorsùs thecnas cognoſcunt. Neque boc tacendum, bunc, ſi quando publicè inter diverſorum conventuum ſectatores diſputatur, & in locum implicitum, nec ſatis planè clarum, in ſermonem noſtrum verſum inciderint, judicem, & arbitrum, ſententięque totius diſceptatorem eligi. Hoc ſciunt noſtri Cives, boc viderunt exquiſitarum, & reconditarum rerum acutiſſimi diſceptatores, & cognoverunt in publicis diſceptationibus. Quantum hoc ſolatii ſit, nemo veſtrùm non videt. Ii ſunt uberrimi fructus ſoli Cremonenſis, eæ ſunt fœcundiſſimæ ſegetes ejuſdem agri &c.

Eod. Anno.

FRanciſcus Locadellus Vincentii Frater, de quo ſuprà loquutum eſt, Mercadini, & Margaritæ de Ariſiis F. multiplici doctrina præclarus, ac literis latinis oppidò eruditus, ex Patriæ Decurionibus Franciſci Ferdinandi Avali Piſcariæ Marchioni, Regii in toto Mediolani Dominio Vicarii à Secretis, qui dum Avalum utriuſque Siciliæ Proregem deſignatum ſecutus, eo illìc mortuo, Magiſter Rationalis Conſilii Catholicæ Majeſtatis electus eſt, ductaq; in Civitate Panormi opulentiſſima, ac Nobili Uxore, ſuam in illa regione familiam propagavit. Egregio calamo, quem tractabat, multa ſcripſit opera, quæ deſiderantur.

Eum laudant. *Cavitell. in Annal. ann.* 1560.
Zava in Epiſt. famil. lib. 3.
Campus biſt. lib. 3.
Lamus in ſomnio cant. 3. ubi

Vien dietro il Locadelli in viſo altero
Di Peſcara al Marcbeſe tanto caro &c.

In Eccleſia inſigni Divæ Agathæ Cremonæ adeſt tumulus Locadellæ familiæ inſcriptus.

Sepulcbr. Nobilis Familiæ D. Mercadini Locadelli, & bæredum ſuorum.

MDLXXXV.

NIcolaus Scribonius Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ Divæ Agathæ Cremonæ ad literas, patriæq; hujus ornamentum natus, concivium omnium conſenſu legit in publico gymnaſio Logicam, & Rhetoricam, ex quibus excellentes emerſere diſcipuli. die 20. Martii 1589. piè moritur, & in ſua humatur Eccleſia.

Ejuſdem meminere cum encomiis *Franciſcus Zava in orat.*
Cavitell. in Annal. dum adhùc viveret
Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr.
Angelus Baronius in Paneg. de Præſ. Mainol.
Vectiolus in Orat. or. 2.

Eod.

Eod. Anno.

ANtonius Campus Galeatii Filius, & Julii, ac Vincentii Pictorum Illuſtrium frater, & idem æternæ memoriæ Pictor, & Sculptor, ob artis præſtantiam equeſtri dignitate auratæ militiæ donatus à Gregorio XIII. P. M., ut conſtat ex ejus diplomate Romæ dato vi. Id. Maii MDLXXXIII. non ſola optimè effigiandi peritia, ut Pater, & Fratres, inclaruit, ſed altiùs virtute nitens, id quoque ſcribendo præſtare novit, quod colorando: & pennicillo calamum adiungens, tamquàm geminatis alis, longè ſuprà oblivionem elatus, ad immortalitatis faſtigium evolavit. Nobiliſſima quippè ſui in Patriam amoris monumenta, Pictor, & Scriptor elaboravit. Quod enim Pictoris fuit, inter cætera admiratione digna ejus opera delineavit, ac Æri perennaturo commiſit Civitatem Cremonæ, & ejus agrum duabus tabulis, quarum prima, quæ tamen ſecundo loco facta eſt, inſcribitur.

Species Urbis Cremonæ, manu Antonii Campi Pictoris efficta anno correctionis 1582. Quam David de Laude Crem. Hebræus incidit

Secunda verò, quæ tempore primam præceſſit

Agri Cremonenſis Typus. Antonius Campus Pictor Cremonenſis deſcripſit 1579.

Poſtremam hanc Tabulam in magnum ſuum Orbis Terrarum Theatrum contulit primi nominis Geographus *Abrahamus Ortelius Vol.* 1. *Tab.* 62.

Utramque verò Campus nuncupavit Ampliſſimis Decurionibus Conſilii Generalis Civitatis Cremonæ, à quibus benè de Patria merentes gratiſſimis, non vulgare præmium retulit. Speciali namque Privilegio exemptus fuit ab omnibus cujuſcunq; generis Vectigalibus. In eo ad hanc rem de Campo legere eſt. *Inter cætera per eum mirificè facta Immaginariam Civitatem noſtram, & Agrum ejuſdem per Vicos, & loca cum intercapedine ab ipſa Urbe apertè edidit.* Eodem ſtudio præcipua Cremonenſium æri mandavit, elegantiſſimas edens Icones Patriæ emblematicè expreſſæ, inſigniorumq; ejus ædificiorum, Cathedralis Eccleſiæ, maximæ Turris, Baptiſterii, famigeratiſſimi Carrocii, & hujuſmodi, de quo quidem Carrocio *Dominicus, & Carolus Fratres de Macris* in elucubratiſſimo *Hierolexico*, ac nuperrimè *Abbas Jo: B. Pacichellus de Tinnab. Nolano cap.* 4. *pag. mihi* 140. & fuſo calamo *Petrus Lambecius in Annotationibus ad Platinæ hiſt. Mantuanam pag. mihi* 485. qui Philippum Rubenium indicat Campi librum verſione latina tranſtuliſſe; ad hæc & Principum Mediolanenſium, atque clarorum aliquot cum literis, tùm armis Cremonenſium Imagines, quas ab Auguſtino Carraccio Picturæ Zeuxi apud Bononienſes, Cremona tamen oriundo, magna ex parte incidi curavit.

Quod verò Scriptoris in Campo fuit, Res Cremonenſium, quas effigiaverat Libris iv. luculenter deſcripſit, quorum primi tres de Hi-

ſtoriis

ſtoriis Cremonenſibus ab Urbis exordiis ad annum MDLXXXV. Quartus, Icones Principum Mediolanenſium, cum brevi geſtorum uniuſcujuſque narratione, continet. Inſcribuatur autem

Cremona fedeliſſima Città, e Nobiliſſima Colonia de Romani, rappreſentata in diſſegno, col ſuo Contado, & illuſtrata d'una breve Hiſtoria delle coſe più notabili appartenenti ad eſſa, e de i Ritratti naturali de i Duchi, e Ducheſſe di Milano, e compendio delle loro Vite.

Acceſit inſuper Campo deſcribente

Tavola de Caſtelli, Ville, e Terre Feudali del Contado, e Dioceſi di Cremona, e prima del Contado Cremoneſe.

De quibus in peculiarem tractationem inſtituturũ ſe Campus innuit in eo Indice. Memoratum autem Opus, PHILIPPO SECUNDO AUSTRIACO HISPANIARUM CATHOLICO REGI MAXIMO S. in lucem prodiit, ab Hippolyto Tromba, & Herculeano Bartolo excuſum Cremonæ, domi ipſius Auctoris enunciato anno 1585. in fol. regio, & hoc recuſum anno 1645. in 4. fuit Mediolani ad Inſtantiam Joannis Baptiſtæ Bidellii.

Condidit quoque Campus

Hiſtoriarum Cremonenſium Librum Quintum

Quo deſcribuntur Eccleſiæ, & cætera loca ſacra, ac inſignia ædificia Urbis, & Iconibus exprimuntur. Meminit hunc Auctor in Calce Libri IV. ubi & ſe promiſſit editurum

Earumdem Hiſtoriarum Librum Sextum.

Ità res patrias Calamo pingens, & ſtylo Pictoris deſcribens, idem Apelli certavit, ac Livio, & Hiſtoriam, loquentem picturam, Picturamq; mutam Hiſtoriam eſſe perbellè docuit. Quamobrem *Bernardinus Baldinus* ex Oppido intrà Lacus Verbani, de Campo canebat.

Quidquid Muſa poteſt cantu, fidibuſq; canoris
Penniculo CAMPI, reddere Muſa poteſt.
Pictores alii certant cum Vatibus: Unus
Aoniis certat Campius arte choris.

Congeſſerat, & alia opera, & præcipuè ad agrorum culturam, ad Piſcationes, & Venationes attinentia, quorum manuſcripta videnda mihi commodavit Jo: Baptiſta de Grandibus Medicinæ, ac Philoſophiæ Doctor egregius, Amicus meus humaniſſimus, cujus probus Genitor Claudii de Campis, Antonii filii, rei familiaris non modicæ ad hæreditatem vocatus fuit. Inexpleto pariter deſiderio deceſſit, cum ænneum Herculis ſimulacrum altitudinis brachiorum (ut ajunt) decem, fundendum excogitaſſet, ut in Platea magna ad Patriæ ornamentum, ejuſq; (ut ſuponitur). Fundatoris memoriam erigeretur, dato ſuper hoc Præſidibus Civitatis ſupplici libello 14. die Auguſti 1574. ut in Archivio publicò. De eodem differentes Auctores non allego, cum nemo fermè reperiatur ex Neothericis Hiſtoriarum Scriptoribus, de Cremona loquentibus, qui Campum non memorent. Ad ædes SS. Nazarii, & Celſi hæc habetur Inſcriptio. *Me-*

Memoriæ Æternæ.

Galeatii Campi Cremonenſis Pictoris, ſua quidem, ſed magis Filiorum trium excell.^e clari. Julii Campi Primi Fil. Architecti, & Pictoris, qui, arte ſuperata, jam cum natura certans ultrà id, quod eſt in eo genere ſummum, progreſſus eſt. Antonii Campi ſecundi Fil. Chorographi, Architecti, & Pictoris præſtantiæ Fraternæ Æmuli, & Imitatoris Equitis Pontificii ob Agrum Cremon. in tabula expreſſum, à Civitate immunitate donati, Urbis Cremonæ, & illius Præfecturæ tàm ſacræ, quàm profanæ Deſcriptoris. Vincentii Campi iij. Fil. Archit., & Pictoris pręſtantiſſimi Galleatius, Curtius, Annibal, Julii, & Claudius Antonii filii PP. Anno ſal. 1584.

Eod. Anno.

NIcolaus Hemus Carmelitici Ord S. T. M. humaniorum literarum profeſſor, & Patavii Lector Philoſophiæ in ſuo Cœnobio, vulgavit *de Triumphali Chriſti Servatoris noſtri Aſcenſu. Oratio Cremonæ* 1585. *apud Chriſtophorum Draconium. Com. Jo. Baptiſtæ Stangbæ Patrit. Cremon. dicata.*

De Vite divina, Angelica, humana, & Corporali. Patavii apud Laur. Paſquatum 1587. *Laurentio Laureto Carmel. S. T. M., & Venetæ Provinciæ Pręfecto.*

De Triformi animorum Corona ex prudentiæ, ſapientiæ, & gratiæ floribus contexta, Libri tres propoſiti, ut publicè diſcutiantur Vercellis in Comitiorum Provincialium Lombardiæ celebratione apud Carmelitas. Opus ejdem Com. Stangbæ dedicatum. Cremonæ apud eumd. Draconium 1589.

Falconius in Chronico, de eo plura, ubi de Doctoribus ordinis.

MDLXXXVI.

CÆſar Chizola, ſeù Chizolius Medicinæ, ac Philoſophiæ Doctor, in Coll. Phyſicorum Patrię ſuſceptus, poeticis, & oratoriis literis maximè inſtructus, ad Animoſorum Academiæ Principatum hoc anno evehitur, quem diligentiſſimè rexit. Ejus ſcripta exoptantur. fuiſſe aſpectu venerabilem, deſumitur ex carmin. *Franciſci Zavæ, ubi in Epiced. Octaviani Com. de Covo* ſcribit

Eſte mei memores, Cęſar Chizolius, oris
Egregii.

Et alibi, ubi de Horatio Paterno.

Venit, & egregio Cęſar Chizolius ore

De eodem *Cavitell. in Annal. pag.* 428. *t.*^r
Ant. Campus hiſt. lib. 3. *pag.* 72.
Lamus in Somnio cant. 2.
Abb. Malateſta Garuffius in Ital. Acad. ubi de illa Animoſorum.

In Ædibus Divi P. Franciſci ſuper Aram familiæ Chizolæ legitur notis aureis hæc inſcriptio.

Julia

Julia Chizola ex Teſtamento Cæſaris Patris, & Nicolai Patrui Aram hanc Sanctiſſimæ Virgini Deiparæ, ac Divo Franciſco dedicatam extruxit, exornavit, annua pecunia ad ſacra quotidie facienda de ſuo munificè conſtituta, anno ſalutis humanæ 1592.

Eod. Anno.

PEtrus Georgius Odeſcalcus ex Patre Joanne Thoma, Regio Mediolani Senatore, Patritio Comenſi, & Catharina Milia conjuge natus Cremonæ anno 1564. cum hìc regeret Præturam, ſalutaribus undis luſtratus fuit Infans die quinta Auguſti à Nicolao Sfondrato Cremon. Epiſcopo, qui poſteà Sum. Pont. evaſit. Suſceptores ejuſdem à Sacro fonte fuerunt Emanuel de Luna, Arcis Cremonenſis eo tempore Gubernator, ac Comitiſſa Ludovica Bergamina. Ex quibus rectè ſtatuitur, Petrum Georgium propriè eſſe Cremonenſem, & rectè noſtros inter Scriptores non ſolùm cooptari poſſe, quinimmò deberi tùm ratione Nativitatis, tùm Baptiſmi, ità docente *Radulpho Decano Tungrenſi in ſuo eximio de Canonum obſervantia libro*, ubi aſſerit, illos verè naturales eſſe, & dici, qui nati ſunt in loco, cujus etiam ſententiæ præter alios ſunt *Carolus Guyetus ex S. J.* in opere *de Feſtis propriis locorum*, *& Eccleſ. lib. qu.ª* 1. *&* 2. nec non *Ant. Quintanadvenas ex ead. S. J. in ſuis Sing. Theol. Mor. ad ſeptem Eccleſiæ Sacramenta Tract. 7. de celeb. Miſſarum.* Virùm etiam fuiſſe habemus ex *Abbate Ghilino in Theatro Hom. Illuſtr. part.* 1. ad omnem eccleſiaſticam diſciplinam compoſitum, qui quamvis puellæ nobili in primo flore juventæ nupſiſſet, vix tamen, ea defuncta, religioſum vitæ genus ſibi amplectendum propoſuit. Romam ſanè perductus, clericali veſte præcinctus cum Paulo Epiſcopo Pennenſi, ac Almæ Urbis tunc Gubernatore ejus Patruo verſatus fuit; erat omni virtutum genere, ac pietate inſignis, & præcipuè Juriſprudentiæ laurea præclarus, undè Sixto V. Pont. Max. prædifficile non fuit, illum utriuſque Signaturæ Referendariũ, Abbreviatorem de Parco majori, ac Prothonotarium de numero Participantium eligere; quinimmò cùm idem Pontifex officium Præfecturæ Brevium juſtitiæ anno 1590. noviter erexiſſet, illudque variis privilegiis, ac honoribus decoraſſet, Petro Georgio conferre voluit, ac eodem fermè tempore Sancti Didaci Canonizationi præfecit. A Gregorio XIV. Urbis Firmanæ Gubernator declaratus eſt, & à Clemente VIII. ad Eccleſiam Alexandrinam per renunciationem Card. Octavii Paravicini die 10. Maii 1596. promotus, ſumma vigilantia, & affabilitate, quæ cunctos populos ad ſui reverentiam attrhaebat, tredecim annorum ſpatio integerrimè gubernavit, ubi quadraginta horarum, ut dicunt, piiſſimum exercitium inſtituit; Solemni pompa Corpora SS. Baudolini, & Valerii illius Urbis tutelarium, decentiori loco repoſuit, tria extrà Urbem templa Beatiſs. Virgini à fundamentis erecta, conſecravit, aliaque innumera Alexandrinis eximiæ ſuæ pietatis monumenta reliquit. Nuncius extraordinarius ad Helvetios ſibi demanda-

mandatam provinciam feliciter obivit. Hinc tàm illuſtre ſibi nomen in Aula Romana comparaverat, ut illum Paulo V. Viglebanenſi Eccleſiæ Antiſtitem deſignaverit, ibi etiam optimi, & rectiſſimi Præſulis exemplar, & præſertim Tridentini Concilii ſanctionum perfectiſſimus cultor emicuit, ut ab iis nunquam abſcederet, ad novem circiter annos, cùm eſſet ætate annorum ſex ſuprà quinquaginta, tot laborum quietem die 6. Maii 1620 in oſculo Domini recepit, in ſua Cathedrali tumulatus, cum hiſce elogiis tùm deſuper, tùm propè tumulum.

D. O. M.

PETRO GEORGIO ODESCALCO
Patricio Novocom.
Thomæ Reg. Senator. filio
Eccleſiæ, Patriæ, & Familiæ Lumini.
Hic
Utriuſque Signat. Referend. Protbonot.
Particip.
Liter. Apoſt. Correct. Firmi Gubernat.
Ad Helvetios Legati
Munera feliciter obivit.
Epiſcopus Alexandrin. poſtmodum
Viglevan.
Ubique extructis Aris, ſcriptis
Codicibus, piiſque
Inſtitutis eximię Pietatis in Deum,
Deiparam,
Et Sanctos glorioſa erexit Monumenta,
Paſtor, & Pater ſemper vigilans, & Pius
Inter piorum lacbrymas nunquam
Fatis lacbrymatus,
Ut Cœlo diutiùs viveret, citiùs Terris
ereptus eſt.
Obiit Non. Maii MDCXX.
Devoti animi teſtimonium
Parenti Optimo
J.C. Raymundus Odeſcalcus
Poſuit.

Secundum autem eſt.

Mariam Virginem,
Quam vivens
Petrus Georgius Epiſcopus
Mirificè coluit,
Hic ejus etiam Oſſa depoſita
Venerantur.

Is porrò Petrus Georgius inſigni morum Sanctimonia ità conſpicuus, pro ſua in Deiparam Virginem animi propenſione, ac zelo, quo ſemper efferbuit, in almæ Parthenidis laudem diſcurſus duodecim materna lingua compoſuit, librumque Paulo V. dicavit inſcriptum.

Inſtituto di divozione ad honore della Beatiſs. Vergine Maria da eſercitarſi quindeci giorni avanti la Quareſima con alcuni diſcorſi, che ſervono à promovere lo ſteſſo inſtituto.

Diſcorſi Morali ſopra i quindeci Miſterii del S.mo Roſario della B.V.

Vulgavit & alia opera nempè.

Raccolta di varie opere divote, che ſi puonno fare ad bonore della B.V.M.

Diſcorſi ſopra l'Orazione da farſi comunemente mattina, e ſera dalle famiglie nelle proprie Caſe.

Diœceſanas Synodos tres.

L'Ufficio del Curato.

Vita di S. Diego.

Orazione in lode del medeſimo Santo.

Orazione recitata in Torino per la Santiſs. Sindone, e Reliquie di S. Maurizio l'anno 1602.

Orazione recitata nel funerale fatto nella Chieſa Catedrale di Vigevano per l'anima della Reina di Spagna Margherita d'Auſtria.

Vitam, & geſta hujus Venerabilis Epiſcopi ſcripſit *Joannes Baptiſta Sala* Eccleſ. Cathedralis Comenſis Canonicus Penitentiarius, utpotè qui ipſi quondam diù fuerat à Secretis, ubi firmiſſimè aſſerit cap. 1. §. 4. noſtrum Dei ſervum natum fuiſſe Cremonæ.

Salam proſequutus fuit nuper *Joannes Maria Ferraria* Cathedralis Eccleſiæ Viglebanenſis Canonicus Cantor juſto volumine, illudque Innoc. XI. feliciſſimæ recordationis S. P. dicatum voluit ubi cap. 2. anno 1564. Cremonæ natum fuiſſe Petrum Georgium aſſerit, quamvis *Julianus Porta in catalogo Vir. Illuſtrium Alexandriæ* dicat non à Ferraria, ſed ab Octavio Inviciato Alexandrino S. I. conſcriptam fuiſſe hanc Vitam Odeſcalchi, & editam tantùm ab ipſo Ferraria.

Extat ejuſmodi Vita latino per extenſum reddita ſtylo apud *Continuatores Bollandi in Propyleo ad acta Sanctorum Maii.*

De eodem ſcripſere Idem *Gbilinus etiam in Annal. Alexandriæ ad annum* 1598., *& ſequ.*

Joannes Ciampinus in ſuo libro Eruditiſs. *de Abbreviatoribus à Parco Majori ad annum* 1586.

Julianus Porta in ſuo Theatro Alex. ubi de Epiſcopis, eum vocando Cler. Reg. Theatinum.

Quæ ſuperiùs adduximus, ſi non ſufficerent ad demonſtrandum, hunc Sanctæ memoriæ Præſulem Civem Cremonenſem fuiſſe,

animo

animo noſtro ſedet hìc apponere privilegium Civilitatis Cremonenſis, quo Joannes Thomas Odeſcalcus ejus Pater, unà cum filiis ſuis, & poſteris fuit donatus in Archivio Civitatis ſervato ſubannexi exempli.

Decuriones Conſilii Generalis Civitatis Cremonæ.

SCientes, quàm præſtet, Civitatem graviſſimos, & integerrimos Prætores ſortiri, nobiſcum præclarè agi exiſtimavimus, utpotè quibus ſingulis bienniis ex antiquo Inſtituto deſtinatur, Selectiſſimus ex ampliſſimo Senatus Mediolanenſis Collegio Prætor, qualem nimirùm habuimus ſuperiori proximo biennio Illuſtrem Joannem Thomam Odeſcalcum Novocomenſem Juriſconſultum prudentiſſimum, eumdemque Senatorem Sapientiſſimum, qui Cremonenſis Præturæ munus ſibi ab Inviciſſimo Rege noſtro Philippo demandatum, tanta cum laude, atque omnium admiratione obivit, ut omnibus mirum viſum fuerit, & penè incredibile. Ut enim cæteras ejus Virtutes miſſas faciamus, nemo umquam ſatis pro dignitate, & rei Majeſtate dixerit, quàm ſanctè, quàm ſine odio, aut amore, cupiditate, aut avaritia controverſias complures ſuſtulerit, liteſque deciderit, tùm Jure, & poteſtate, quam habebat, tùm auctoritate, & conſilio, quàm benignè, & comiter ſe habuerit, qui non tàm modeſtiſſimi Prætoris, quàm benevolentiſſimi Civis munus explevit; Quot privatas diſcordias compoſuerit, quot veteres inimicitias compreſſerit, quanta diligentia, & cura, vigilantiaque uſus fuerit, cùm ingraveſceret annona, ut ex rei frumentariæ inopia, & penuria, maxima conſequeretur utilitas; unde non mediocri admiratione afficiebantur finitimæ Civitates. Jam veròità facilis ad eum omnium aditus fuit, ut ne alius quidem ſe unquam excluſum conqueſtus fuerit; Ut igitur noſtræ ergà ipſum benevolentiæ, ejuſque ergà Civitatem noſtram, ampliſſimorum beneficiorum pignus aliquid, monumentumque appareat, quod poſſumus, ipſum Odeſcalcum Virum Ill. Conſilio noſtro legitimè coacto, more, inſtitutoque Majorum coram Ill. Viro Camillo Caſtillioneo Senatore graviſſimo, & Pro Prætore noſtro meritiſſimo, ipſum, inquam, Ill. Joannem Thomam, ejuſque filios, & Poſteros Civitate noſtra donamus cum honoribus, & oneribus, quibus cæteri noſtri Creati Cives frui, & gaudere conſueverunt, Remittentes, pro ut eidem remittimus, onus aſtruendæ domus in Civitate, & pecuniam, ærario noſtro perſolvendam, quas ad res novi Creati Cives apud nos lege municipali tenentur. Quæ omnia rata, & firma eſſe decernimus, prælibati Inviciſſimi Regis noſtri, vel ejuſdem Excellentiſſimi Senatus Mediolani confirmatione accedente; Et hoc diploma per infraſcriptum Scribam, ſeù Cancellarium noſtrum fieri, noſtrique Sigilli impreſſione muniri, mandamus. Dat. Cremonæ die Jovis, vigeſimo Menſis Decembris 1565.

Eod. Anno LXXXVI.

PAulus Sfondratus Senior Franciſci Patritii Cardinalis, & Epiſcopi Cremonenſis F. ante Sacerdotium legitimo thoro ſuſceptus, & ità Nicolai Cardinalis, & pariter Epiſcopi Cremonenſis, ac poſteà Summi Pontificis Gregorii XIV. frater, Vallis Aſſinæ Toparcha, & proindè vulgari, ſed præclaro titulo Baro cognominatus, ut Patri, Germanoque propiùs accederet, non tàm Avito ſplendore, quàm propriis virtutibus, & præſertim eruditione, fulgere contendit. Hinc in magnæ literaturæ, ac acris ingenii virum emerſit, qualis deſcribitur *à Paulo Morigia in Excurſu de Sfondratæ familiæ nobilitate*, ſuæ de Mediolani antiquitate Hiſtoriæ præfixo, in quo & *promptum, atque argutum in reſponſionibus* Paulum depingit. Accedebat his artibus ſingularis ejus prudentia, raraque in agendo dexteritas, quæque pluris fieret exemplaris vitæ integritas, & ferè incomparabilis morum ſuavitas, quæ tamquam ferrum magnes omnes, qui ipſum noſſent, in ejus obſequium trahebat: Iiſdem Paulus de cauſis gratiæ plurimum iniit apud pleroſque Principes, maximè verò Carolum V. Auguſtum, ejuſq; F. Philippum Hiſpaniarum, ac Indiarum Regem; à quo & torque Militis S. Jacobi donatus eſt, & legatus adhibitus ad Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, apud quem annos aliquot egit. Quin & matrimonium Catharinæ iſtius Principis F. cum Philippo Rege ſuo ipſe concluſit. Sed cum ad majora progrederetur ætate adhuc florente, fato ſubreptus eſt anno ſalutis MDLXXXVII. Kal. Maii. Scripſerat aliqua; at ex his tantùm occurrunt ipſius

Lettera al Cavaglier Battiſta Guarini, di ragguaglio, e di cõſolatione nella ſimilitudine de' caſi ad ambedue ſeguiti. Extat Tomo 2. ſelectarum à Bartholomæo Zucchio, editarumq; Venetiis apud Societatem minimam 1595. *in* 4. pag. 467. data Taurini 6. non. Martii 1586.

Lettere al Conte Ottavio Affaitati, datæ Taurini 18. Decembris 1586. & 20. Martii 1587. leguntur in libro inſcripto, *Raccolta di lettere di diverſi Prencipi, & altri Signori fatta dal Sig. Paolo Emilio Marcobruni*, edit. Venet. apud Petrum Duſinellum 1595. 4. p. 238., & 241.

Ad ipſum autem extat Epiſtola Lucæ Contilis, data Mediolani 10. Aprilis 1561., & edita libro 4. epiſtolarum ejuſdem Auctoris pag. 119. editionis Venet. 1564. 4. Alia Hieronymi Caſonis data Mediol. 3. Octobr. 1585. inter Epiſtolas Bartholomæi Zucchii, & ab ipſo collectas p. iij. pag. 35.

Tanti Viri mortem deploravit Inſubria, quæq; ipſum cognoverant nationes. Inter Amicos verò memoratus Eques Guarinus, inſignem ſuperindè ſcripſit epiſtolam conſolatoriam ad Nicolaum Cardinalem defuncti fratrem, quæ legitur in præcitato volumine pag. 274. quod & ex intimis præſtitit Darius Boccarinus Nicolai Cardinalis à Secretis, cujus ea de re extat epiſtola ad Comitem Octavium Affaitatum, tùm inter collectas à Marcobruno *p.* 253. tùm in Idea Viri à Secretis Bartholomæi Zucchii p. iv. pag. 505.

Quos

Quos autem Pauli jactura tetigit, magna mœroris parte levavit plurimæ ſpei ſoboles, quam ille ex Sigiſmunda Eſtenſi nobiliſſima Coniuge reliquerat. Supervixerunt eorum Hercules Littoris Orientalis Larii Comes, & Vallis Aſſinæ Baro, quem ſubindè S. Jacobi Equitem Philippus Rex Catholicus conſtituit, & Avunculus in Summum Pontificem aſſumptus, Equitum Prætorianorum Præfectum, & montis Marciani Ducem, ac Supremum Copiarum Sedis Apoſtolicæ Imperatorem in Gallica expeditione creavit. Cujus epiſtola de morte Patris ad Com. Octavium Affaitatum legitur inter collectas ab eodem Marcobruno p.283.apud quem & Marcobruni pro Com. Affaitati reſponſum eſt obſervare pag. 352. Paulus Camillus Card. Epiſ. Cremon. de quo infrà. Nec non Franciſcus Arcis Adriani poſteà Præfectus, & Montafiæ Marchio. Fuerunt & Pauli non reticenda Proles Anna, Herculi Vicecomiti nupta, & Barbara, quæ cæleſtem Agnum ſecuta in Cœnobio S. Pauli Decollati Mediolani, vocata eſt Angelica Agatha, de qua fiet mentio in Angelica Paula Antonia ipſius amita.

In Eadem Eccleſia Divi Pauli Mediolani hæc legitur Inſcriptio.

Franciſci Sfondrati Cardinalis, & Cremonenſis Epiſcopi Nicolaus, & Paulus Filii legitimè nati juſſu Patris hìc ſibi M. P. MDLII.

cum inſigniis Familiæ Sfondratæ

Auctores de eodem ſcribentes ſunt innumeri, & præcipuè non eſt omittendus *Petrus Franciſcus Spinula Mediol. in ſuis Carminibus Ode* 24. *Epiſt. lib. pag.* 32.

Eod. Anno.

JO: Franciſcus Terzanius Cremona J. C. Ferrarienſis Origine tamen Cremonenſis, undè cognomen habuit, & Lector pub. Bononiæ, ni fallor 1562. reliquit doctiſſimas *Enarationes in tit. xiij. lib. 2. Inſtitutionum, qui eſt de Exhæredatione Liberorum*. Manuſcriptæ aſſervântur Bononiæ in Muſæo Clariſs. Montalbani; Orationes item plurimas habuit ad Sixtum V. Gregorium XIV. Clementem VIII. Summos Pontifices; ad Aloyſium Mocenium Venet. Ducem in funere Gul. Gonzagæ Mantuæ Ducis impreſſas Ferrariæ, Bononiæ, Romæ, & alibi in 4. 1570. 86. 92. &c.

Meminit ipſius Hieronymus Joanninus de Capugnano Bononienſis in Vita Cynthii Jo: Baptiſtæ Giraldi. Hæc ſcripta comperii in Lyceo Herc. Laur. Legati, mihi tamen hujus Auctoris nomen erat cognitum ex Oratione penes me Venetiis excuſa apud Joachinum Brugniolum 1586. cui tit.

Oratio ad Sixtum V. Pont. Max. pro Sereniſs. Alphonſo II. Eſtenſe Duce Ferrariæ, obedientiam præſtante Ill.mo, & Excell.mo Cæſare Eſtenſe ejuſdem Ducis Patruele; babita à Jo: Franciſco Terzanio Cremona J.C. Ferrar. Romæ ix. Kal. Jun. MDLXXXVI.

Abbas

Abbas Libanorius in ſuo Libro, *Ferrara d'oro &c.* recenſet Joannem Franciſcum abſq; cognomine Terzanio, ſed tantùm Cremonæ, & Cremonam etiam eum appellat, & inter alia. *Si veggono in oltre di queſto Eccellente Giuriſta alla ſtampa alcune Letture piene di gran dottrina*, *perciò molto ſtimate*, & allegat de eodem loquentem Guarinum lib. 3. f. 182.

Eſt etiam de eod. mentio in opuſculo *Garzonii Auximatis de laudo meri Juris p. 2.*

Hier. Baruffaldus ſuæ Ferrarienſis Patriæ perenne decus, Amicus noſter nobis confirmavit Cremonam familiam à noſtra Urbe promanantem, adhuc Ferrariæ florere.

Eod. Anno LXXXVI.

Hieronymus Bernerius Patria Corrigienſis, Sacr. Ord. Prædic. Epiſcopus Aſculanus in Piceno, mox Albanenſis, demùm Portuenſis, & S. R. E. Card. à Sixto V. P. M. hoc anno die 18. Decembris creatus, licèt Allophylus Patriæ meæ adſcribendus eſt, cùm inter Concives noſtros anno 1591. fuerit relatus, morum candore, cordis pietate, ac ingenii præſtantia præcipuè exiſtimandus, vulgavit præ cæteris

Conſtitutiones Synodales Aſculanæ Urbis, *&* *Diœceſis*.

Qui plura de eodem ſcire cupit, adeat *Ughellum in Ital. ſacra Tom. 1. Ciacconium*, *Fernandum de Card. Ord. Præd.*, *Fontanam in ſacro Theat. Dominic. p. 1.*

Nobis enim ſufficit tantum Virum oſtendere, quanto Cremonenſes amore proſequeretur, & quali reciproco animi conſenſu à Cremonenſibus ipſe coleretur. Legantur igitur, quæ ſequuntur ex Libro Decretorum Civitatis anni 1591. excerpta.

ILl.ris J. C. D. Jacobus Maynoldus Galleratus alter togatus, *ex Ill.bus DD. Deputatis*, *acceſſit ad Cathedram*, *&* *ſedens dixit*, *jam Ill.re Conſilium certiùs redditum fuiſſe ex relatione tempore reditus ab Urbe*, *facta per Ill.rem J. C. D. Homobonum Offredum ſuper ejus*, *&* *aliorum Ill.rium ſuorum Collegarum*, *in Oratores miſſorum ad ſummum Pontificem* (*erat Gregorius XIV. Cremonenſis*) *legatione*, *quanta affectione Illuſtr.mus*, *&* *Rev.mus D. D. Cardinalis Aſculanus totam hanc Civitatem proſequatur*, *&* *officia*, *&* *alia ad honorem*, *&* *decus Civitatis*, *&* *DD. Oratorum fecerit*, *&* *ſicuti dum eſſent adhùc in itinere euntes*, *miſit eis in occurſum ſuos Curiales*, *&* *etiam alios ſuper Carrucis*, *&* *Equis*, *qui eos comitati fuerunt uſq; ad Hoſpitium*, *eis ex ordine Suæ Sanctitatis præparatum*, *&* *quod apertè profitetur ſe eſſe Cremonenſem*, *&* *oſtendit animum*, *&* *deſiderium faciendi omnem rem gratam Civitati Cremonæ*, *ità quòd Civitas non poſſet tantum agere ad oſtenſionem gratitudinis ſuæ ergà ſuam Ill.mam Dominationem*, *quantum debet*; *Verum conſiderata Perſona benefatrice*, *ſibi videtur*, *quòd Civitas poſſet creare in Cives*, *&* *Nobiles Cremonenſes non tantùm Ill.mam*

Domi-

Dominationem ſuam verùm etiam . . . .

. . . . .

& eorum deſcendentes uſque in infinitum, & expedire privilegium opportunum, & illud per literas Civitatiſmet tranſmittere Romam, complendo eis verbis, quæ videbuntur opportuna, ſibi viſum fuit pręd.[cta] exponere, & proponere, ſe nihilominus remittet bonæ voluntati, & determinationi Ill.[ris] Conſilii. Quibus ſic dictis, auditis, & conſideratis, & attentis, quod omne debitum Civitatis poſtulat, quod appareat ejus gratitudo ſaltem ex animo, ideò

Placuit præfatis Ill.[bus] DD. Conſiliariis ſic ut ſuprà congregatis, ut aliquo modo appareat animi gratitudo totius Civitatis erga Ill.[mum], & Rev.[mum] D. Hieronymum Bernerium Cardinalem Aſculanum, ob quamplura benef.[a] per ſuam Ill.[mam], & Rev.[mam] Dominationem collata versùs DD. Oratores per Civitatem banc miſſos ſuperioribus diebus ad Summum Pontificem, reſpicientia etiam publicum commodum, atque bonorem Civitatiſmet ordinare, ac ordinaverunt, & ordinant Civitate donandos, & creandos eſſe prout Civitate donaverunt, & donant, atque creaverunt, & creant in Cives, & nob. Civitatis Cremonæ præfatum Ill.[mum], & Rev.[mum] D. Hieronymum Bernerium Cardinalem Aſculanum, & item . . . .

. . . . .

& deſcendentes ſuos uſq; in infinitum, eos ex animo agnoſcentes, & corde complectentes, & prælibatæ Illuſtr.[mæ], & Rever.[mæ] Dominationi ſuæ . . . . & deſcendentibus in infinitum, ut ſuprà, tenore præſentium conceſſerunt, & concedunt opportunam Civilitatem cum omnibus honoribus, commodis, emolumentis, utilitatibus, immunitatibus, & aliis præeminentiis aliis Civibus Civitatiſmet ſpectantibus, & pertinentibus, & quibus Cives Originarii, & Nobiles dictæ Civitatis uti, frui, & gaudere conſueverunt, remittentes quoque, ac remiſerunt ſuæ Ill.[mæ], & Rev.[mæ] Dominationi . . . . & deſcendentibus ut ſuprà onus conſtruendæ Domus in Civitate, ac pecuniarum ærario Civitatis perſolvendarum, ad quæ omnia uti cives, ſic creati ex forma legis municipalis tenentur, ſeù teneri dici poteſt, & inſuper ordinaverunt, & ordinant, quod ſuperindè expediri debeat opportunum privilegium ad laudem Illuſtris J. C. DD. Homoboni Offredi, & Jacobi Maynoldi Gallarati, & omnia fiant, & expediantur expenſis Civitatis, poſito ſuperindè partito, & obtento per omnes &c.

Idem Cardinalis, dum eſſet Cremonæ, die ſecunda Menſis Novembris 1625. pretioſo diademate ſacram B. V. M. Lauretanæ Imaginem in Eccleſia S. Crucis repoſitam manu propria coronavit, ut refert *Peregrinus Merula in Sanct. Cremonæ pag.* 113.

In quadam Epiſtola ejuſdem Cardinalis ſcripta Nob. Præſidibus ad gubernium Cremonæ die 12. Aug. 1604. inter alia hæc habentur. *Con ragione ſi ripromettono le SS. VV. di me amando coteſta Patria al pari della mia propria &c.*

Eod.

Eod. Anno.

SIgiſmundus Foſſa Gaſparis J.C. filius V.S. Matthiæ, Patriæ Decurio, & Orator in Civitate Mediolani J.C. clariſſimus anno 1569. Collegium DD. Judicum ingreſſus die 24. Novembris propter prudentiam, & virtutem, quibus admodum floruit, Ludovico Aymo vita functo, ad Senatoriam Cathedram, annuente Philippo II. Potentiſs. Hiſp. Rege, promotus fuit, in qua quatuor tantùm annos ſedens, explevit tempora multa, nam anno 1590. occubuit, dùm eſſet Mediolani, translato exindè ejus cadavere ad Patriam, ſolemnioribus exequiis in Eccleſia Divo Matthiæ dicata, apud ſuos majores reponitur. Scripſit quàmplures doctiſſimas.

Conſultationes Legales, quas memorat *Raudenſis reſponſ.* 14. *num.* 71. pluresq; illius laudes cumulatè leguntur in Epiſtola nuncupatoria ante repetitionem Gratiani legis primæ ff. de Legatis primo.

Cavitell. in Annal. pag. 428.

Ant. Campus hiſt. lib. 3. *pag.* 59. *&* 71.

Lamus in Somnio cant. 2.

Syllabus J.C. MS.

Plotus in addit. ad conſ. 63. *Martini Garrati Laudenſis*, Sigiſmundum Cremonæ gloriam Immortalem appellat.

Cùm ad manus pervenerint literæ Pii IV. S. P. ex regeſtis Archivi noſtri ſignatis Q. Q. in quibus fit mentio de Vincentio Foſſa Sigiſmundi Fratre, eas hìc ſubnectere ſum auſus.

Pius PP. Quartus.

DIlecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem: lætatos vos, & Civitatem iſtam, ſicut ſcribitis delata ad nos Apoſtolatus Officio perſuaſum babemus, ſtudiumque & veſtrum, & ipſius Civitatis ergà nos gratum, eſſe perindè, ac debet nobis, qui Civitatem iſtam perpetuò ſemper amore dileximus. De qua noſtra priſtina voluntate tantùm abeſt, ut aliquid hoc tempore imminutum fuerit, ut eà potiùs aucta ſit, quod quidem experiemini in eis rebus, in quibus deſiderio veſtro annuere potuerimus. De ea re, de qua dilectus filius Vincentius Foſſa Civis veſter, mandato veſtro nobiſcum diligentèr ſanè locutus eſt, quid ei reſponderimus, ex ejus littera cognoſcetis, quibus fidem habebitis. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die pr. Februarii MDLX. Pontificatus noſtri anno primo.

Subſcr. Antonius Florebellus Lavellinus.

A tergo Dilectis filiis Præſidentibus Civitatis Cremonenſis, & ſigill. &c.

Ex hac ſtirpe fuit inſignis Jo: Franc. Secretarius Status, ut ajunt Philippi Mariæ Med. Ducis, *ut ex Pucinello in Nobilit. Notar.* pag. 193., & ex opuſculo noſtro *Spect. Cauſ. Patroni*, inſcripto.

Deo-

MDLXXXVII.

DEomiſſus Guazzonus bonis omnibus in literis, artibuſq; & prçcipuè in pangendis italicè carminibus excellens, invulgavit *L'Andromeda Tragicomedia Boſchereccia anno* 1587. Matthæo Brumano Nicomediæ Epiſcopo, & Mantuæ Suffraganeo dicata.

Soluta itidem Oratione apud Jacobum Ruffinellum, & ſub auſpiciis Ferrantis Principis Gonzaghæ

La Quintilia Tragicomedia.

Laudatur decatetraſticho italico à *Luca Foligno Vicentino* cum Sannazario comparando.

Extat Guazzoni memoria apud *Jo: Baptiſtam Spadam Ord. Præd. in libro inſcripto, Giardino degli Epiteti &c.*

Eod. Anno.

ANtonius Maria Baſſus P. Virg. Mar. ſtudioſiſſimus, & Poeta facundiſſimus, vulgavit Librum exempli ſequentis.

P. Virgilii Maronis Buccolicon, Georgicon, & Æneidos unum omnium, ac Sylvæ rerum index, Nicolao Erythreo J. C. Auctore, nuper ab Antonio Maria Baſſo Cremonenſi ità accomodatus, ut Virgilianis libris cujuſcumq; impreſſionis facilè ſerviat. Venetiis ex Officina Damiani Zenarii 1586. opus verè laborioſiſſimum, ſed libenti animo peractum, cùm apud Cremonenſes ſit dulcedine plena Virgilii memoria, ob prima literarum rudimenta ab eodem Cremonæ ſuſcepta. Teſte *Ælio Donato* celebri Grammatico in ejus Vita. *Initia ætatis, ideſt uſque ad ſeptimum annum Cremonæ egit, &* 17. *anno virilem togam cœpit, illis Conſulibus iterùm, quibus natus erat &c. & Petrus Crinitus de Poet Lat. lib. 3. cap. 37. deindè cum tempus adventaſſet capiendæ eruditionis, optimis Præceptoribus, atque eruditis operam dedit, idque fecit variis, ac diverſis Urbibus, nàm Cremonæ primùm, deinceps Mediolani, ac poſtremò Neapoli ingenium ſuum magna diligentia, & incredibili ſtudio excolvit &c.*

Lud. Cavitell. Annal. in initio pag. 6. *ſcribit. Et fuit Cremona Gymnaſium, in quo publicè docebantur, & addiſcebantur artes liberales, & omnes ſcientię, & ad eas addiſcendas multi ex populis finitimis accedebant, & P. Virgilius Maro Mantuanus celeberrimus Vates, accepit prima Rudimenta Grammaticę, & Humanitatis.*

Ang. Baronius in Oratione de Urbis Cremonę laudibus, inquit; *Conſtat Poetarum omnium Principem Maronem Cremonę primùm magna diligentia, & incredibili ſtudio ingenium ſuum in literis excoluiſſe, ad cujus rei teſtimonium oſtenduntur etiam his temporibus in Divi Bartholomęi vico ędes antiquiſſimę, in quibus Virgilius habitaſſe creditur.* Hæc eadem *Hermannus Concractus in Chronico P. Ruè in novo Virgilii Commento Pariſiis* 1675 refert, Virgilium, græcum idioma, Medicinam, & Athema. Cremonæ didiciſſe

Scipio Agnellus Maphæus Ep. Caſal. de hoc plura *Annal. Mantuę lib.* 2. *cap.* 1.

Notabile eſt, quod ipſe Baſſus ſcribit in præfatione ad Lectorem, ubi. *Prę cæteris, eoq; libentiùs hoc onus ſuſcepi, quod non ſolùm ad hoc fui Amicorum hortatibus impulſus (jam hinc quintus, & vigeſimus annus eſt) ſed etiam non ſubita mei Virgilii dulcedine motus, nec novus ... venit amor: cùm enim ad D. Mariæ à Gratiis poſteà Mantuam me contuliſſem juxtà D. Franciſci mihi fornix oblata eſt. Ibi in medio Effigies Illuſtriſſimi Demarchi Federici: à leva Facundi Carmelitani: à dextera nunq; ſatis laudati Maroni, qui cùm ejus contemplatione non poſſem ſatis expleri, videbatur ex me ore admodum modeſto compellans, ità efflagitare*

Perfice, Baſſe, meum, quod dudùm propter amorem
Cœpiſti; atq; juva, qua ratione potes.
Utile quàm ſit opus noſtrum, præſentiet omnis,
Si pateant numeris ſingula aperta tuis.

Eod. Anno.

Hieronymus Menghus ex Oppido Vitellianæ, Vitellio Conditore celeberrimo in Diœceſi Cremonenſi jamdiù Cavalcabobus Patritiis Cremonenſibus, nunc verò Sereniſs. Mantuæ Duci ſubiecto, Minorum Regularis obſervantiæ profeſſus inſtitutum, ad Sac. Scripturę ſtudia, & pietatis exercitia totum ſe contulit, quę eò direxit, ut præſertim juvaret miſeros illos, quorum corpora maligni Spiritus inuadunt. Ad effugandos etenim damnatos illos genios, & cohibendas, opprimendaſque Satanæ vires, varia conſcripſit, ab Exorciſtis maximè conquiſita. Singularem quippè doctrinam, & remedia probatiſſima in illis habent ad expellendos ab obſeſſis Dæmones, facturaſque, & maleficia fuganda. Hujuſmodi liber eſt, cui titulum fecit

Flagellum Dæmonum, exorciſmos terribiles, potentiſſimos, & efficaces, remediaq; probatiſſima, ac doctrinam ſingularem in malignos Spiritus expellendos, facturaſque, & maleficia fuganda de obſeſſis corporibus complectens &c. Venetiis 1587. *ad ſignum Charitatis, ibidem &* 1599. *& Mediolani recuſum per Pontium, & Picaleum* 1624.

Acceſſit pars ſecunda, quæ

Fuſtis Dęmonum, adiurationes formidabiles, potentiſſimas, & efficaces in malignos ſpiritus de oppreſſis humanis corporibus fugandos continens. Ad Franciſcum Gonzagam totius Ordinis Minorum Miniſtrum Generalem, Venetiis 1587. *ad ſignum Charitatis in* 4., *& Bononiæ apud Joannem Roſſium* 1589. *in* 8., *& iterùm Venetiis* 1644. *in* 8. *Duobus Tom.*

Extat & ejuſdem liber inſcriptus.

Fuga Dæmonum, adjurationes potentiſſimas, & exorciſmos formidabiles, atq; efficaces in malignos ſpiritus propulſandos continens. Venetiis 1596. *in* 8.

Impreſſa ſunt ſimul cum altero Opere Alexandri Albertini Minoritæ inſcriptum.

Compendium artis exorciſticæ Venetiis 1601. Summam Angeli à Clavaſio latinam reddidit. *Prodiit Venetiis* 1593.

Vulga-

Vulgari etiam ſermone conſcripſit.

Teſoro Celeſte della Glorioſa Madre di Dio Maria Vergine, nel quale ſi ragiona del vero culto, & adoratione, che ſi deve alle S.' Immagini. Bononiæ apud hęredes Jo: Roſſii 1607. *in* 4.

Orto delitioſo de F.F. Minori, copioſiſſimo di tutti li frutti neceſſarii alla ſcienza delle coſe della ſalute, & alla propria profeſſione. ibidem penès eumdem 1594.

De eodem *Vvadinghus de Scriptoribus Ord. Minorum in litera H.* quem profectò duplicat; in uno quidem loco eum appellando Hieronymum Menghum, & in altero Hieronymum à Viadana.

Draudius in Bibliotheca Claſſica, & in Bibliotheca Exhotica, & alii.

Eod. Anno.

MArtianus de Marchis Torniellus, de quo hæc mihi ſcripſit doctiſs. Amicus meus Lazarus Auguſt. Cotta 5 Id. Auguſti 1702. *Ne amplius de me conqueraris, Pręclariſſimè Ariſi, Martianum de Marchis Torniellum, quem ex aſſe Novarienſibus meis inconſultò adſcripſeram, ex ſemiſſe tuis reſtituo Cremonenſibus, cum Patrem habuerit Conſtantinum Equitem Cremonenſem, & Matrem Catharinam Torniellam de Parona Novarienſem. Hęc filio, poſteriſque indixit, ut Torniellorum cognomine, ac ſtemmate uterentur: ſed cùm in proprios lares in urbe virum concepiſſet, vereor, ne Martianum ibi ortum, quem nos in Novarienſem, & Cremonenſem ſcindimus, quandoque Papienſes totum ſibi vindicare auſuri ſint, ſi quandoque ſcribetur Papia Literata Cremonam Literatam rurſus æmulatura &c.*

Amicus laudatus in ſuo Muſæo Novarienſi refert Martianum ſcripſiſſe *Epiſtolam* anno 1587., quæ habetur in Collectaneis *Marcobruni* pag. 282.

MDLXXXVIII.

LActantius Ramſoldus de Urceis Brixienſis Diœceſis ex Sacro Ord. Prædicatorum, qui cùm fuerit ex præclaris Cœnobii Cremonenſis Alumnis, ut de eo ſcribit *P. Rovetta in Bibl. Provinciæ Lombardiæ ad annum* 1588., nobis placet ſine ejus Patriæ præjudicio inter Cremonenſes cooptare. Vir fuit ſummę prudentiæ, ac Vrtutis, & regularis obſervantiæ, omni laude ſtudioſiſſimus, qui poſt Lecturas, inſignioribus Provinciæ Inſubriæ præfecturis in ſuo ordine expletis, hoc anno à Gregorio XIII. Commiſſarius Generalis S. Officii de Urbe creatus eſt. ſcripſit

Tractatum de Rebus Sacris ad Sanctum Miſſæ Sacrificium pertinentibus, cum earumdem ſignificationibus &c.

Tractatum in Orationem Dominicalem, ſivè Orationis Dominicæ Expoſitionem.

Tractatum, de Sacro Præfatio Miſſæ, unà cum ejuſdem ſignificationibus.

Item Summariam, ſivè Compendioſam Symboli Apoſtolici declarationem.

Et alia plura Opuſcula, quæ in Conventu Bononienſi ſervantur.

Videndi ſunt allegati *Rovetta*, *& Vincentius Maria Fontana in Theatro Sacro Dominicano p 3 cap de Miniſtris S. Inquiſitionis*, & alibi

Hujus Viri Dominicani mentio non ſinit, quin memorem alterum ejuſdem magni Inſtituti Sodalem à me in primo Volumine neglectum. hic fuit Georgius à Caſſano Diœceſis Cremonenſis, vocatus tamen à *Rovetta* ubi ſuprà Mediolanenſis, cùm in temporalibus oppidum Caſſani Mediolano pareat, floruit anno 1264. eximii intellectus acumine, & elegantiſſimæ poſteritati reliquit.

Egregia Commentaria ſuper quatuor libros Sententiarum, atque ſuper Univerſam Ariſtotelis Philoſophiam.

De eodem Georgio *P. Rovetta* plures allegat ſcribentes. Verùm omittitur à *Picenello in Atheneo Literatorum Mediolanenſium* cum Georgius Dominicanus, de quo lit. G. mentionem habet, vixerit 1515. & ejus opera ſint à recenſitis longè diſtantia, ut notat idem *Rovetta* ad annum 1520.

Eod. Anno.

ELias Carnevalius Carmel. ſcientiarum omnium cultor diligentiſſimus, & dignitatibus in ſuo Sacro Ordine perſpicuus, nam à Secretis Generalis Jo: Baptiſtæ Caphardi, Præfectus indè Provinciarum Romæ, Inſubriæ, & Syriæ, Socius Jo: Stephani Chizzolæ pariter Generalis, & demùm Vicarius Generalis in Regnis Neapolitano, & Siculo.

Laudant Eliam. *P. Petrus Lucius Belga in Bibl. Carmel. pag. mihi* 30. & latè *P. Daniel à V. M. in ſpeculo Carmel. Tom. 2. ad num.* 3704. *Falconius in Cronico &c.*

Eod. Anno.

ALexander Botta inter J. C. Collegiatos, ac Patriæ Decuriones non poſtremum locum obtinuit in humanioribus literis accuratè verſatus. Animoſos quoquè inter Academicos floruit.

Scripſit egregiè

Orationes, &

Carmina

In jure ſiquidem maxima cum cura, ac diligentia digeſſit.

Allegationes

quarum magna pars legitur in Collectaneis Ampliſſimi Senatoris Thomæ Perſichelli, ut vidimus in ſua Bibliot. Bononiæ, dum ibi legibus operam dabat Alexander inter ſuos Condiſcipulos priorem gradum occupavit, ut ex inſcriptione ab *Alidoſio* relata, & à nobis recognita dum in ejuſdem Urbis Univerſitate legali incumberemus ſtudio

In Excell. Juris Conſ. D. Jo: Aloyſium Scappium

Cui legum auſpicia, & Palmas ſtudioſa Juventus
Accepto ferret Scappius ille fuit.
Hunc tu igitur veniens venerando limine primo
Et rediens animi ſigna repende boni.

Curan-

Curantibus D. Hieronymo à Ponte, & D. Alexandro Botta Cremon. Prioribus anno D. MDLXXXVI
Breſſianus de eodem *in Coll. J.C.*
Syllabus MS. eorumdem J.C. de Coll.

Eod. Anno.

DIoneus Muſonius Joannis, Viri Clariſſimi Filius, Presbyter Secularis, latinis, Græcis, & Hebraicis literis docendis idoneus, Muſarum Amicus ædidit

Carmina varia
Epiſtolas, & alia, ut refert *Breſſianus in V. R.*

Ejus lyrica delibare quis poteſt initio voluminis Annalium Ludovici Cavitell. cujus in encomia verſatur. Memoratur *à Legato in Lyceo Herculis*, prout Alexander Muſonius, qui & ipſe ſui propenſionem animi in Muſas oſtendit modulatus

Carmina varia

Quorum felicitatem arguere licet ex ſequenti Epigrammate pręfixo libris Farraginum Crotti noſtri.

Armenta, Admetique greges farragine pingui
E Cœlo pulſus pavit Acerſecomes.
At tu docte Aeli, dulcis farragine Muſæ
Doctorum paſcis ingenia, & ſtudia.

Malè Diomedes vocatur *à Breſſiano* in Corona Vir. Illuſtr. lib. 1. p. 3.

Eod. Anno.

ZAccharias Cavalcabos dum Bononiæ degeret editionem curavit apud Jo: Rubeum hoc anno libri inſcripti

Trattato dello Schermo d' Angelo Viżani dal Montone Bolognese.

Quem inſcripſit Pyrrho Comiti Malvetio cum ejus Epiſt. nuncupatoria.

Alia ſcripſiſſe fertur. ut notat *Laur. Legatus* in Muſeo Coſpiano.

MDLXXXIX.

BArtholomæus Fabagroſſa Monachus Camaldulenſis, temporibus Dominici Agavii ejuſdem Patriæ, & Inſtituti Abbatis, & Generalis Viſitatoris, Romæ degens, virtute, & monaſtica obſervantia conſpicuus; ejuſdem extat elegans MS. laudatum à Petro Canneto eruditiſſimo Amico in Bibliotheca Camaldulenſi, inſcriptum

Elucubratio de Reverentia S. R. E. Cardinalium ergà Rom. Pontificem Christi Vicarium ad Cardinalem Comenſem Ord. Protectorem.

Servatur in Bibliotheca S. Gregorii de Urbe Scamno I. K. L. M ut mihi indicavit alter doctiſs., & humaniſs. Amicus meus D. Guido Grandus Mon., & ipſe Camald. dig^mus^ ſuis literis ab Urbe datis, & ex ædibus S. Gregorii 4. Non. Julii 1693. qui, & memoratur *in Regeſtis ejuſd. Ordinis.*

Cum

Cum hìc de familia Fabagroſſa ſermo contigerit, præterire nefas eſſet ſequentes inſcriptiones, quæ olim proſtabant in Eccleſia S. Franoiſci Mediolani, ſed ob ejuſdem Eccl. ruinam anni 1688. Septembris menſe, ejuſque magnificentiorem reędificationem diſperſæ ſunt. Referuntur attamen ab eruditiſſimo J.C. Camillo de Sitonis, ut mihi indicavit humaniſs. ejus Filius Joannes J.C. nō genitori diſſimilis, in antiquioribus monumentis inveſtigandis.

Franciſco Fabagroſſa Avo, Cremonæ oriundo, Jo: Galeazii Mariæ Ducis Med. intimo, ab eodem ob merita Venationum Præfectura ornato, & Plebe Lezeduni jure Feudi donato, & Octaviano Fabagroſſæ Patri Humaniſs., & chariſs., ac Ludovicæ Bellabuccę Conjugi Sanctitate, Pietate, Fide incomparabili, cum qua vixit ann. XX. jucunde ſinè querela, hæc deceſſit 21. Jan. 1571. ann. 42. Franc. Fabagroſſa B. M. P. & ſibi, & ſuis.

Franc. Fabagroſſa Junior hanc Cellam cum Ara D. Hieronymo condidit, à fundam.tis erexit anno 1573., & ut quotidiè in ea res divina celebretur, annuam illi eleemoſynam aſſignavit, atque in hac Eccl. monumentum Avo, Patri, Uxori, ſibique, poſteriſq; ſuis fieri F. ann. 1571.

Eod. Anno.

ISabella de Luna Comitis Jo: Bapt. Affaitati Uxor, Filia Emanuelis Nob. Hiſpani Arcis Cremonæ Præfecti, cui præ cæteris animi dotibus viguit honeſtas, eleganti ſcripſit materno ſermone.

Epiſtolas ad Claram Viſmaram, & alias præclaras fœminas. Extant in volumine inſcripto. *Lettere di molte valoroſe donne, nelle quali chiaramente appare non eſſere nè di eloquenza, nè di dottrina agli Uomini inferiori. Venetiis ap. Gabr. Jolitum de Ferrariis* 1548.

Ad eamdem legitur Epiſtola Iſabellæ Pallavicinæ Lupæ Marchioniſſæ Soraneæ, inter collectas à Paulo Æmilio Marcobruno p. 298. diei pr. Septembris 1589., unde liquet Iſabellam de Luna diù vixiſſe.

Campus in hiſt. ubi de Com. Ludovico Affaitato ejus filio.

Franciſcus Zava ſuis Carmin. eam ſolatur in morte ejuſdem Com. Ludovici Affaitati.

Eod. Anno.

JOannes Petrus Chizola Carmelita Congr. Mantuanæ ad id planè factus emerſit, ut cum fratre ſuo Jo: Stephano doctrinæ, meritis in eodem Ordine Principatum aſſecuto certare videretur, uter eorum Ripacolo, non ingnobili Cremonenſis Diœceſis Oppido, ubi nati ſunt, majorem conferrent gloriam. Dum enim alter ſummo inter ſuos dignitatis fulgore nativum ſolum magnopere illuſtrare pergeret; alter patriam eruditionis præſtantia latè memorabilem facere nitebatur. Hic quippè ſingulari doctrina præditus, Philoſophica præſertim, & Theologica, quibus omnis Sapientiæ primatus ineſt, varia rexit gymnaſia cum ingenti auditorum fructu. Bononiæ potiſſimùm docuit, ſcientiarum eminentiſs.mam publicè

pro-

profeſſus; ubi & in Venerab.le Theologorum Collegium cooptatus 6. Kal. Septemb. 1584. plures annos tranſegit, Sacri Cœtus Anteſignanus. Scholaſticis exercitiis, in quibus Diſputatoris ingenioſi nomen promeruit, eloquentiæ quoq; ornamenta coniunxit. Hinc non ſemel declamare auditus diſerti Oratoris plauſus retulit. Accedebat eruditioni morum ſuavitas, & eximium pietatis ſtudium. Quo fiebat, uti numquam læſior eſſet, quàm cum charitatis opera exerceret. Sic & integer, vitæ ſceleriſque purus, ut inquit Poeta, nihil magis oderat, quàm periculi plena fœminarum commercia, illud identidem enuntians.

Fœmina corpus, opes, animum, vim, lumina, vocem
Polluit, abſorbet, necat, eripit, orbat, acerbat.

Nec minori odio proſequebatur otium, quod omnium ſcelerum fontem prædicabat. Tantumdem conſtans, miram præ ſe tulit æquanimitatem, nihil turbari ſolitus in adverſis, nihil ab ſe diverſus in proſperis. Ità & præclaræ vir modeſtiæ, ac ſinceritatis in ſuam trahebat amicitiam, quotquot facilem ejus conſvetudinem experirentur. Summis proindè viris acceptiſſimus, Præſulum aliquot, & præſertim Alexandri Andreaſii Mantuani Epiſcopi familiaris fuit; quibus & Theologus, & Conſultor ſua contulit officia. Adminiſtrandæ quoq; Reip. propoſitus, poſt geſtum Congregationis, ut vocant, Provicariatum, Florentinum, & Mantuanum Cœnobia moderatus eſt, & tanta quidem cum laude, ut Mantuani ſtatuam ipſi erexerint, quod in cauſa fuit, ut amplum ipſi poneret Elogium *Jo: Maria Penſa* Congregationis ejuſdem Alumnus, qui facundè admodùm de Jo: Petri virtutibus diſſerit in ſuo Carmelitarum Illuſtriorum Domus Mantuanæ Theatro.

Publica Eloquentiæ Jo: Petri monumenta nunc extant.

Oratio pro S. Petro Thoma Carmelita, habita Bononiæ in Eccleſia S. Martini majoris, Bononiæ apud Joannem Roſcium 1573. *in* 4.

Oratio in funere Cyrilli Franchi Servitæ in Gymnaſio Bonon. Theologiam publicè profeſſi, habita in Æde D. Mariæ Servorum. Ibidem apud Fauſtum Bonardum 1585. *in* 4.

Quanta fuerit dicentis vis, indicat Nicolaus *Rotius Salodienſis Carmelita*, in Epiſtola ejus Orationis nuncupatoria ad Gabrielum Paleotum Card. & Bononiæ Archiepiſcopum primum. Solertem quoq; vernaculi ſermonis ſe prodidit, editis ea lingua nonnullis, cujuſmodi eſt, quæ à memorato Penſa uſque in Cœlum effertur.

La Vita del B. Lodovico de Morbioli Bologneſe, eſtratta dal Poema latino di Battiſta Mantovano. Bononiæ apud Alexandrum Benacium 1586. *& apud Victorium Benacium* 1602. *& apud Bartholomæum Cochium* 1618. *in* 8. Præter hæc varia quoque conſcripſit Joannes Petrus, cùm Theologica, tùm Philoſophica: quorum cenſum aſſequi non fuit. Ea tamen innuit *Petrus Lucius Belga in Carmelitarum Bibliotheca*.

Falconus in Cronico, ubi de doct. Carmel.

Clemens

Clemens Mar. Felina in Sacro Muſęo Congr. Mantuanæ.
Ant. Poſſevinus in App. Sacro
Andreas Roſſettus in Syllabo Scriptorum Pedemontii noſtrum Chizolam includit, ſed videat, quæſo, Lector, quæ contrà Roſſettum refero, ubi de Joanne Stephano Chizola fiet mentio ad annum 1599.

Eod. Anno LXXXIX.

JOannes Franciſcus de Marianis multifariæ eruditionis, & præſertim maternæ Hiſtoriæ periciſſimus, dum archivio Civitatis præſideret, tempore, quo perſpicuo Conſervatoris Ordinum munere, maxima diligentia fungeretur, doctiſſimis vigiliis explevit

Commentaria de Patriæ antiquitate, ac nobilium familiarum ejuſdem.

Hiſce manuſcriptis uſum fuiſſe, crebrò confirmat Joſeph Breſſianus in ſuis regeſtis hiſtoricis conficiendis, eorumq; jacturam deflet anno epidemiali 1631. ſecutam.

Ant. Campus hiſt. lib. 3 opera Mariani vidiſſe teſtatur, dum recenſet Epiſtolam Cremonenſibus exarratam à Joanne Galeatio Vicecomite die 2. Julii 1402. de dominio Bononiæ ab eo conquiſito, ubi hæc verba. *E' cavata queſta lettera dai Commentarii delle coſe di Cremona, ſcritti latinamente da Gio: Franceſco Mariano mio Amiciſſimo, che mi hà fidato il libro ſcritto à penna, e datomi licenza di ſervir mene in tutto quello pareſſe à me neceſſario nello ſcrivere di queſta mia ope ra &c.*

Eod. Anno.

JUlius Tarteſius Legum Doctor non vulgaris, cui ingenium acerrimè acuit oppoſitio eidem facta, ne Collegium inclytum Juriſperitorum Patriæ ob natalium defectum ingredi poſſet, edendo librum inſcriptum.

Defenſio Cauſę Julii Tarteſii J.C. Cremon. Filii Franciſci Art, & Medicinę Doctoris, & de Collegio DD. Medicorum Cremonæ in materia Nobilitatis ex Philoſophorum, & Jur. Conſ. placitis decerpta, & tribus partibus diviſa. Cremonæ apud Chriſtophorum Draconium 1589.

Cùm in regeſtis Juriſconſultorum de Collegio non videam Tarteſii nomen deſcriptum, oleum, & operam ſanè eruditiſſimam perdidiſſe credendum eſt; ubi verò pendente judicio non è vivis abiſſet.

Eod. Anno.

ANtonius Moreſchus Presbyter, & J. U. D. Caſalmajorenſis ex Seminarii Cremonenſis Alumnis, quantum in oratoria emineret, demonſtrant.

De Legum laudibus. Oratio. In Caſale Majori apud Antonium Guerinum, & Socios 1589. *dicata Nicolao Sfondrato S. R. E. Card. Epiſcopo Cremon.*

In Funeribus Antonii Marii Caballi juſſu Decurionum Caſalis Majo-

Majoris. Oratio. Ibidem apud Joannem à Laude 1591. *Eidem dicata, dum eſſet Summus Pontifex.*

Eumdem memorat *Hector Lauda in Hiſt. Caſ. Majoris MS.*

Eod. Anno.

BRocardus Perſicus Comes, omnis doctrinæ, & omnium artium optimarum comitate inſtructus, ſpeciatim verò in legibus Pontificiis, ac Cæſareis, quibus die 13. Decembris 1588. in Univerſitate Ticinenſi laureatus effulſit, anno immediatè adveniente, ut res depoſtulabat, in nobiliſſimum Judicum Patriæ Collegium adnumeratus, accurata ſuorum Conſiliorum ſapientia fecit, ut eum Civitas noſtra ſemper in optatis haberet. Adminiſtrante Papienſi Prætura Senatore Ludovico Madio Cremonenſe, Judicis officio incorrupta rectitudine functus eſt. Scripſit

Conſilia tùm in materiis civilibus, cùm in Criminalibus.

Dum erat ex Fabricę Cathedralis Præfectis, Sacellum Divo Chriſti Anteambuloni ſacrum, auro, & picturis elegantiùs reddidit, ut notat inſcriptio ibi ſtylobate inſculpta.

Comes Brocardus Perſicus J.U.D. Comes, & Eques, Antonius Maria Marchio Pallavicinus, Franciſcus Piſcius, Bernardinus Schitius Caſtri Didoni Condominus, Hieronymus Paternus, Camillus Barbovius Fil. Equ. Baptiſtæ Fabr. Pręfecti anno Salutis 1608.

Hic Brocardus Pronepos erat ex Fratre celeberrimi illius Brocardi, de quo præter tot Patriæ, ac exteros Cronographos ſcribit *Abbas Ghilinus in Annal. Alexandrię ad ann.* 1571. per hæc verba. *Il Conte, e Cavagliere Geroſolimitano Brocardo Perſico, che doppo eſſer' ſtato Governatore d'Aleſſandria, fù fatto Cavallerizzo Maggiore del Rè di Spagna Filippo II., Maſtro di Campo Generale nello ſtato di Milano, Vice Rè di Sicilia, ed Ambaſciadore per l'iſteſſo Rè in Roma preſſo al Sommo Pontefice Pio IV. Morì in Milano alle ſette hore della notte avanti alli* 23. *dell'iſteſſo meſe di Aprile, & il ſuo corpo fu portato à Cremona, e ſepolto nella ſua Capella à S. Gio: Battiſta dedicata nella Chieſa di S. Domenico.*

Nec ſunt prætereunda, quæ ad Perſici Herois laudes expreſſit *Franciſcus Zava in Orat.* 2. *ad Decuriones Cremonenſes.*

HOc in primis Philippus Regum optimus, maximus Caroli filius non cognovit tantùm, ſed re ipſa approbavit. Cujus rei optimum ipſe præconium eſt. Hic enim multis audientibus graviſſimis viris, quorum conſilio, & auctoritate, totius Reip. ſumma nitebatur, hique Cremonenſes ferè omnes erant, cùm multæ Civitates ſub alpibus Gallis tunc hoſtibus, nunc amiciſſimis, & ſanctiſſimo affinitatis vinculo copulatis, occuparentur, vel à Societate deficerent, hanc ſolicitam vocem miſit è pectore. Cremona, in quo ſtatu, his triſtiſſimis nunciis allatis, eſt? Tunc Brocardus Regis Magiſter equitum, hujus Civitatis nobiliſſimus Civis, ornamentum inſigne, Comes dignitatis, gradu comis, aſpectu,

re liberaliſſimus, qui ob ejus ſingulares virtutes quotidiè à Rege, apud quem aſſiduus eſt, novis muneribus, honoribuſque cumulatur, dixit, Cremona, optimè Rex, benè audit. Urbis muros ſine militum conductorum copiis, & ſubſidio Cremonam tuentur, fines defendunt, hoc Imperium adamant, pro quo tuendo, atque etiam propagando promptiſſimis animis armati, ſemper excubabunt. Hoc audito, incolumi Cremona, omnia brevi recuperabo, reſpondit Rex ille inclytus, & magnanimus. Tantùm Cremonenſibus confidebat. Tantique virtutem illorum æſtimabat. Quod hac divina voce pleniùs teſtimonium habere poterant Cremonenſes fidei à ſe ſemper ſervatæ? Quid hoc præconio majùs? Quid ad illorum animi magnitudinem teſtandam vehementiùs? O' Regis fiduciam! O' Civitatis hujus immortalitatem! O' Sententiam æternitati omni genere monumentorum conſecrandam! Quis dubitat tanti Principis judicio, tàm religioſo teſtimonio Civitatem noſtram omnium ſæculorum triumphis longè anteponendam eſſe? Hanc conſtantiam, & fidem nationis Cremonenſis, antiquæ etiam literæ teſtantur, probatiſſimi, & locupletiſſimi Scriptores celebrant. Bello enim Macedonico, qua tempeſtate Inſubres, Cenomani, Boii propinqua loca, Duce Amilcare Pæno, vaſtabant, Placentia Romanorum, & ipſa fideli Colonia direpta, ad Cremonam diripiendam ventum eſt. Parvo præſidio Urbs hæc munita erat, Coloni vehementer laborabant, qui admodùm pauci erant, quadraginta millibus hoſtium Urbem noſtram oppugnantibus, Cives tamen fortiter propugnantes non perterriti direptione proximę Civitatis, agrorum vaſtatione, hominum internecione, qui per agros Barbarorum immanitatem effugientes, vagabantur, nunquam animis defecerunt, expectantes Romanum auxilium, omnia incommoda tolerantes, longamq; & aſſiduam obſidionem ſuperantes. Sed quorſum hæc, quaſi neſciamus, hanc Civitatem Romanis ſemper chariſſimam fuiſſe, coloniſquè, nunc Belli caſibus, nunc morbis aſſumptis, novos Senatus conſultò fuiſſe in ſupplementum conſcriptos? Fidem in animis Cremonenſium Sanctiſs. templum habere, rerum conventarum eventum verbis conceptis reſpondere, ſciunt omnes, quibuſcum negotia communia ſunt. Nihil apud eos agi dolo malo, norunt maximi, minimi, mediocres, qui cum his res magnas tractant, quibuſcum rerum agendarum ſocietatem ineunt. Certa namque eſt, & ubique Cremonenſium fides conteſtata, atque inter reliquas ſanctiſſimas leges, quas plurimas hęc Civitas habet, hanc ſeverè cuſtodit. &c.

MDXC.

ANtonius Marius Caballus ex oppido inſigni Caſalis Majoris, Ticinenſi in gymnaſio adhùc Adoleſcens legibus operam dedit, ſuſceptaque doctorali Laurea, paulò poſt in eadem Civitate Hippoliti Rubei Epiſcopi, & S. R. E. Card. Vicarius extitit Generalis. Cremonæ poſtmodum ſub Nicolao Sfondrato Ep., & Card. qui Gregor. XIV. Pontifex Max. fuit, viginti annorum ſpatio in eodem munere vigilantiſſimè, & doctiſſimè effulſit, ni

morte

morte Romæ correptus, in Pontificatus ejuſdem Gregorii initio, per quem ad Urbem vocatus erat, ſupremos Aulæ Romanæ gradus ob rara merita obtinuiſſet, edidit

Collectanea Decretorum Synodalium, de quibus fiet mentio ſub Gregorio XIV.

Apud me extat Oratio paulò ſuprà recenſita, cui tit. *Antonii Moreſchi Presb. & J. U. C. Decurionum juſſu in Caſale Majori eo die habita Oratio, quo ipſorum nomine Rev.mo Antonio Mario Caballo juſta perſolvebantur. In Caſale Majori apud Joannem à Laude* 1591. *in qua Virtutes Caballi innumerabiles recenſentur.*

Laudatur à *Zava in Epiſt. famil. lib.* 5. *& in Carminibus* occaſione, qua ſe Romam contulit.

Cavitell. in Annal.

Joſeph Breſſianus in Roſis, & Violis, non benè eum appellat Epiſcopum Cervienſem.

Eod. Anno.

GREGORIUS XIV. antea Nicolaus ex antiqua, & nobili Cremonenſi Sfondrata progenie, Filius Franciſci, de quo diximus, S. R. E. Cardinalis, & ex legitima ejus Conjuge Anna de Vicecomitibus ſelectiſſima fœmina antè adeptam Purpuram ſuſceptus, natus ſeptimeſtris die undecima Februarii 1535., & cæſo Matris utero, in Oppido inſigni Summæ, ſivè Somæ, ex Feudis Familiæ Vicecomitum nuncupato, cùm ipſamet Anna ad Matrem ſuam Magdalenam Triultiam ægrotantem inviſendam illùc ſe contuliſſet. Rei memoriam exhibet Diſtichon, quod ad hanc diem legitur in cubiculo, ubi editus Nicolaus in lucem extitit.

Pontificem parit Anna, Parens dum viſitur ægra,
Sfondratum, Orbi oritur, Matre cadente, Pater.

A teneris, ut ajunt, unguiculis uſq; ad adoleſcentiæ annos, omnium diſciplinarum artibus imbutus, in utroque jure Peruſii Lauream reportavit, ætate annorum undeviginti Abbatiam S. Petri à Chivate in Agro Mediolanenſi, cujus erat Commendatarius, Olivetanis Monachis tradidit. Receptaq; in primo flore juventę ampliſſimo in ordine Mediolanenſi Senatoria Toga, cùm annum etiam vigeſimum quintum vix excederet, Cremonæ Patriæ ſuæ Epiſcopus per reſignationem Federici Cæſii Romani S. R. E. Card. electus eſt, Urbem ipſam ingreſſus quarto nonas Julii 1560. Ædes Epiſcopales peregrinantibus, & ægenis inexauſtum hoſpitium reddidit, temperantiæ quippè ipſe ſolùm deditus omnium, & præcipuè Medicorum judicio, naturæ ſuæ cibo, potuq; numquam ſatisfacere viſus eſt. Duas habuit Synodos Diœceſenas, unam ſcilicèt anno 1580. alteram 1583. Sacro inſuper, & Æcumenico Tridentino Concilio interfuit, in quo ejus ſuaſu, ac hortatu ſaluberrimum illud Decretum de tollenda pluralitate Beneficiorum conditum fuit. Quart. Id. Decembris 1583. à Gregorio XIII. S. P. ti-

tulo S. Cæciliæ Trans Tyberim S. R. E. Card. creatur; anno verò 1590. die 5. Decembris ad maximum Pontificatus apicem evectus, ac die 8. ejuſdem menſis in Vaticano coronatus eſt, in quo tantù m vixit decem menſes, totidemq; dies, nàm ad Superos evolavit die 15. Octobr. 1591. & ut communis eſt opinio, Virginitatis propriæ conſervato candore, ætate annorum 56. Menſ. 7. Dier. 4. per eum quinque ad Cardinalitiam dignitatem promotis.

Cùm Romam anno Jubilęi 1575. Nicolaus proficiſceretur, à religioſo quodam viro accepit librum, quem conſcripſerat devota Dei famula, illumq; emiſit in lucem *Brixiæ apud Turlinos, anno* 1577. cum inſigni Epiſtola, inſcriptum.

Eſercitio particolare d' una Serva del Signore &c.

Suſpicor opus eſſe Ven. Ang. Paulæ Antoniæ de Nigris Mediolan. quæ tunc & ſanctimonia, & ſcientia clarebat, & multa divinæ frugis plena dictabat Mediol. in Cœnobio Angelicarum S. Pauli.

Ex ejus ingenii, & virtutis monumentis ſunt.

Ragionamento fatto al Popolo Milaneſe in congratulatione dell' eſſere ſtato liberato dal morbo contaggioſo. Opuſculum edidit P. Galeſinus Mediolani die 24. Febr. 1578. ac nuncupavit Sanctiſſimo Carolo Borromæo, tunc Mediolanenſi Archiep.

Ragionamento fatto il giorno di S. Silveſtro nel Duomo di Cremona, con l'occaſione della lettera ſcritta dal Sereniſs. Rè Cattolico ſopra la morte del Sereniſſimo Principe Ferdinando ſuo Figlio. Cremonæ apud Chriſtophorum Draconium 1579. ipſe Chriſtophorus editionem curavit.

Raccolta di alcuni Decreti Provinciali, & altri Ordini particolari fatti, e publicati nelle Sinodi ſue dioceſane in diverſi tempi celebrate. Liber cura Antonii Marii Caballi ejus Epiſcopalis Vicarii, vulgatus eſt Cremonæ apud Antonium Canaccium 1584.

Epiſtola Gratulatoria ſcripta Benedicto Juſtiniano anno 1587. die prima Janvarii, tunc inter Cardinales elato.

In Bibliotheca Claſſica librorum Germanicorum *Georgii Draudii pag.* 181. *edita Francofurti* 1625 fit mentio de quodam libro Germanico Nicolao Sfondrato adſcripto, non tamen percipio, quomodò hac lingua ſcribere ipſe potuiſſet.

Cùm eſſet Sum. Pont. habemus ejus opera, cui tit.

Literæ Monitoriales ad Principes, Duces, Marchiones, & Archiepiſcopos, alioſque Eccleſiaſticos Regni Francorum, qui Regis partes ſequuntur, & ad eos Turonenſe Senatus Conſultum Francofurti apud Martinum

Conſtitutiones ſuæ, ut refert *Lud. Jacob à S. Carolo* in Bibl. Pontificia, leguntur apud Stephanum Quarantam, & Jacobum Caſtellanum Clericum Tarviſinum, *Venetiis* 1605.

De ejus Epiſtolis Apoſtolicis, ſeù, ut ajunt, Bullis, conſule Emmanuelem Rodericum, Confettium, & alios.

In ejus Conſtitutiones de Immunitate Eccleſiaſtica, edidit Commenta-

menta·

mentariorum libros octo *Petrus Gambacurta*, qui prohibentur in Edicto 3. Julii 1623. Tuſſanus etiam Berchetus Lingonenſis è gallico ſermone in latinum vertit Pium Conſilium ſuper Gregorii XIV. Bullis, id quoque prohibetur in Indice Romano. Item quidam Anonymus Auctor damnatus, edidit de Chriſtianiſſimi Regis periculis, & notata quædam ad Sfondrati Pontificis Romani literas monitoriales. *Francofurti apud eumdem Lechlerum* 1591. *in* 8.

De rebus geſtis à noſtro Sum. Pont. ejuſque illuſtri genere, innumeri fermè Auctores loquuntur, quorum nomina, ne prolixior fiam, reticebo. Dicam tantùm, quæ ſcribunt

Joannes Palatius in Monarchia Divi Petri Tom. 4. quem nuperrimè edidit, non benè tamen ipſe ſcribit Nicolaum Cremonæ ortum habuiſſe, & unda Baptiſmatis renatum ibi in Parochiali S. Andreæ, ut vidimus ex jam deductis; fuiſſe ſiquidem ex familia, & genitore Cremonenſi natum, nemo abſque Patriæ meæ iniuria ambigere poteſt.

Ciacconius de Vit. Pont. hæc ſcribit. *Gregorius Papa XIV. qui ante Pontificiam dignitatem Nicolaus Sfondratus Mediolanenſis Cremona tamen oriundus.*

Oldoinus S. I. in Addit. ad Ciaccon. Nicolaus Sfondratus Mediolanenſis, quem alii Cremonæ natum volunt, & ipſemet in literis ad Cremonenſes datis, ſe Civem Cremonenſem vocat.

Inter Civitates, quæ ſibi natalia Gregorii XIV. occupant, Luca eſt, ut innuit idem Palatius, quod ob mira in Lucenſem Remp. merita, Franciſcus Cardinalis Sfondratus Gregorii XIV. Pater, in Lucenſium Patritiorum numerum ab ea fuerit relatus.

In Conſtitutionibus Dominii Mediolanenſis editionis ſecundæ Novariæ excuſis apud Franciſcum Seſſalium 1571. in Catalogo, in quo nomen, cognomen, & patria recenſentur, Senatorum Mediolani tunc viventium hæc verba leguntur.

Reverendiſs. D. Nicolaus Comes Sfondratus Cremonenſis Epiſcopus Cremonenſis.

Sed ut facti veritas magis eluceſcat, en oculis Eruditorum ſubiicio epiſtolam ab archetypo ſuo exſcriptam, quam Cremonenſibus dedit, dùm eorum Antiſtes electus fuit. hæc in archivio ſervatur in regeſtis anni 1560. ut vidimus.

Molto Illuſtri Signori come fratelli Honorandi.

L*Ufficio di rallegrarſi, e congratularſi meco della Collatione del Veſcovato di coteſta Città, fatta in me per bocca di Noſtro Signore, e del Sig. Cardinale Ceſis mio Signore, e benefattore, fatta dal Sig. Paolo Foſſa, e dalli Signori ſuoi Collegbi in nome publico, e ſtato più preſto amorevole, e corteſe, che neceſſario, eſſendo io ſicuriſſimo dell' animo di tutti affezionati à me, del quale animo li ringratio tutti, e*

pari-

parimente della grazia dimoſtratami, dell' atto, e della congratulazione loro. Non ſi poteva ſperar' altro da un Popolo così generoſo, e di così prudenti Regitori d'eſſo verſo un loro Cittadino, e Compatriota. *Pregarò Dio, che mi preſti grazia di uſare queſta dignità ad honore del ſuo Santo Nome, & utile della comune Patria. Trà tanto le SS. VV. m' amino al ſolito, che Noſtro Signore le conſervi felici.*

*Da Milano li 23. Marzo 1560. Delle SS. VV. Aff.*mo*, e deſideratiſſimo di ſervirle, Nicolò Sfondrato eletto di Cremona.*

Quantùm virtuti faveret Sfondratus, eſſetque Literatorum Mæcenas; arguendum eſt ex operibus, quæ ſubnectuntur ſub ejus nominis auſpiciis edita.

Hieronymus Faballus Laudenſis anno 1561. *Cremonæ apud Vinc. Comitem* Orationem eidem nuncupavit, ut vidimus cui tit.

In Nicolai Sfondrati Cremonæ Ep. aduentu in ſuam Diœceſim.

Franciſcus Patritius decem Dialogos Rethoricæ editos anno 1562.

Petrus Franciſcus Spinula Mediolanenſis ex Officina Stellę Jordani Ziletti 1565. plura Carmina.

Bartholomæus Scaluus Cremon. anno 1576. liber italicè inſcriptus *Ricordi, e documenti Spirituali d' un Padre di Famiglia.*

Thomas Vacchellius Bibliographus Cremonenſis. Opus Bartholomæi Bottæ Papienſis, cui tit. Pſalmi Davidis latinis verſibus redditi.

Laurentius Lauretus Carmelita, notas, quas ſcripſit ad Hiſtoriam Pontificiam Sicardi Caſelani Ep. Cremonenſis.

Franciſcus Zava Cremon. Panegyrim in promotione Sfondrati ad Sacram Purpuram, *Cremonæ apud Draconium* 1581.

Antonius Moreſchus è Caſalemajori. Orationem de Legum laudibus, excuſam in Oppido Caſalis Majoris apud Ant. Guerinum, & ſocios 1589. *nec non aliam Orationem anno* 1591. *typis ejuſdem Oppidi in Funeribus Antonii Marii Caballi.*

Pandulphus Sfondratus anno 1590 ſuum librum de cauſa æſtus Maris.

Franciſcus Terzanius Cremona J. C. Ferrarienſis Orationem ad S.mum D. N. Gregorium XIV. pro Sereniſs. Duce Ferrariæ, Alphonſo II. Romæ 9. Kal. Martii ex typographia Vincentii Accolti.

Peregrinus Merula anno 1591. ſuum Poema nominatum. Legatio Cremonenſis ad Greg. XIV. Pont. Max.

Joſeph. Caſtalio eruditiſs. de Gregorio XIV. P. M. in Baſilica Lateran. poſſeſſionem proficiſcente Carmen. Romæ apud Vin. Accoltum 1590.

Henricus Farneſius Eburo de Sfondratis Imaginibus, Ticini apud Andream Vianum 1591.

Jo: Angelus Papius. Librum Jo: Stephani Duranti de Ritibus Eccleſiæ Catholicæ Romæ 1591. ex typographia Vaticana.

P. Angelus Rocca Auguſtin. Bibliothecam Apoſtolicam.

Auguſtinus Bonacina. Orationem de S.mo Pont. Max. Gregorio XIV. Mediol. 1591.

M. Antonius Cimpius Senenſis. Compendium Heroicarum actionum

S.mi

S.mi Pont. Gregorii XIII. Romæ apud Jo: Martinellum 1591.

Terzagbus, *& Scarabellus* in Muſæo Septuliano agunt de ejus numiſmatibus, ad quos ſimilium lautitiarum eruditos remitto, ſicuti ad Jo: Jacobum Luckium in Syloge Numiſmatum recentium.

Ex literis ejuſdem Summi Pontificis, quas hìc recenſeo, arguet Lector quanti fecerit Nobiliſſimum Collegium Juriſperitorum Patrię, in quo Baptiſtam Avum, & Franciſcum Patrem cooptatos non ignorabat.

Gregorius P. P. XIV.

„ Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Gratula
„ tionem veſtram, quæ ut videmus à noſtræ Majorumq; No-
„ ſtrorum conſuetudinis recordatione, & à ſingulari, qua præditi
„ eſtis pietate, proficiſcitur, eò libentiùs excipimus, quo ii, qui
„ eam ad nos detulerunt, nobis chariores, & gratiores fuerunt.
„ Libentèr itaq; quod nobiſcum præſtitiſtis officium per Dilectos
„ filios Homobonum Offredum, Jacobum Maynoldum Galera-
„ tum viros ob præſtantes eorum virtutes nobis valdè acceptos
„ complexi ſumus, & eos mandata veſtra exponentes benignè au-
„ divimus. Genitoris noſtri, cujus memoria in benedictione ſit,
„ propenſam in vos voluntatem, quam commemoratis, in nobis
„ hæreditariam eſſe anteà ſemper cognoviſtis, ſed ut hoc tempore
„ ab iſta in quà conſtituti ſumus dignitate auctam fuiſſe intelliga-
„ tis, ſi quid erit, quod ad veſtram non modo omnium, ſed ſingu-
„ lorum dignitatem, & commoditatem pertinere ſentiemus,
„ debitis ſtudiis, & officiis curabimus, ut omnes ſciant veſtrum
„ hunc ordinem juſtitiæ ſimul, & æquitatis cultorem, à nobis atq;
„ à familia noſtra ſemper dilectum quibuſcumq; in rebus poteri-
„ mus commendatiſſimum fuiſſe. Deus benedictus, ſtudia, &
„ lucubrationes veſtras in viam veritatis dirigat, voſq; per Apo-
„ ſtolicam, quam per præſentes ſingulis nominatim deferimus,
„ benedictionem, ad divina, humanaq; jura cuſtodienda ſpontè
„ paratos, paratiores, & alacriores in dies reddat, atq; ab adverſis
„ omnibus cæleſti ſua protectione cuſtodiat.
„ Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die prima Fe-
„ bruarii MDLXXXXI. Pontificatus noſtri anno primo.

Subſcr. M. Veſtrius Barbianus, A' tergo Dilectis filiis Collegium Judicum Civitatis Cremonæ repreſentantibus. Et Sigill. cum Annulo Piſcatoris.

Gregorius Papa XIV.

„ Dilecti Filii ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Dum
„ veſtram pietatem, religionem, & præcipuam in nos, &
„ Apoſtolicam Sedem obſervantiam, noſtramq; viciſſim ergà vos
„ paternam Charitatem, ex diuturno uſu, dum in minori officio
conſti-

conſtituti iſti Eccleſiæ Cremonenſi præfuimus, ortam, & au- ctam grata mente recolimus nonnulla, quæ iſti Collegio deco- rem, & dignitatem allatura videntur, vobis concedenda duxi- mus. Vos igitur veſtra ſponte ad virtutẽ, & ad gloriam currentes, honoribus, & privilegiis decoratos, alacriores reddere cupientes motu proprio, non ad veſtram, aut alicujus veſtrùm inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtri, deq; Apo- ſtolicæ Poteſtatis plenitudine, vos univerſos, & ſingulos condi- gnis honoribus decorare volentes, Collegii veſtri perſonas præ- ſentes, & futuras in perpetuum, & veſtrùm ſingulos, ex nunc Sacri Palatii Apoſtolici, & Aulæ Lateranenſis Comites, atque Auratæ Militiæ Equites creamus, facimus, & deputamus, ac aliorum Palatii, & Aulæ Comitum, Auratæque Militiæ Equi- tum hujuſmodi numero, & conſortio favorabilitèr aggregamus, & aliis Comitum, & Equitum hujuſmodi, nec non gentilitiis inſignibus Domus noſtræ hujuſmodi ſimpliciter, vel compoſitè, ſi & prò ut vobis illis, uti placuerit, decoramus, vobiſq; ac ve- ſtrùm ſingulis etiam in perpetuum, ut omnibus, & ſingulis pri- vilegiis, prærogativis, exemptionibus, favoribus, gratiis, & in- dultis, quibus alii Palatii, & Aulæ Comites, & Militiæ Auratæ hujuſmodi Equites de Jure, & conſuetudine, aut aliàs quomo- dolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gau- dere poterunt quomodolibet in futurum, citrà tamen faculta- tes, & exemptiones à Concilio Trid. ſublatás, pariformitèr, & abſq; ulla prorsùs differentia uti, potiri, & gaudere, ac quoſqq; Notarios, & Tabelliones publicos extrà Romanam Curiam de licentia Epiſcopi, recepto priùs ab ejus ſolito juramento, crea- re, & inſtituere, ac eoſdem de Notariatus, & Tabellionatus Of- ficii hujuſmodi per pennam, & calamare, ut moris eſt, inveſtire, utq; prò felici iſtius Collegii regimine, & adminiſtratione ſta- tuta, ordinationes, & decreta quæcumq; Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non repugnantia, condere, & con- dita alterare, revocare, & annullare, aliaq; de novo, & quotieſ- cunq; vobis opportunum videbitur, edere, quæ poſtquam edita, & condita fuerint, ut præfertur, ex nunc pro ut, ex tunc, & è contrà auctoritate Apoſtolica prædicta tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, atq; ut prò iſtius Collegii, ejuſq; perſonarum, bonorum, privilegiorũ, & jurium quorum- cumq; defenſione unum, vel plures ex S. Rom. Eccleſ. Cardina- libus in ejuſdem Collegii Protectorem, vel Procuratores eligere, & deputare valeatis, qui ſic electus, ſeù electi ſi munus Protecto- ris hujuſmodi acceptare voluerint, ex nunc Apoſtolica Auctori- tate confirmati cenſeantur, facultatem concedimus, & indulge- mus, ac inſuper omnibus, & ſingulis Doctoribus, qui in veſtrum Collegium deinceps admittentur, ſi verè pœnitentes, & confeſſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, plenariam,

&

„ & vobis item univerſis, & ſingulis bisquolibet anno in perpetuum
„ iis diebus, quos Epiſcopus Cremonenſis pro tempore aſſignaverit, ſi collegialiter congregati ipſius Epiſcopi Miſſæ interfuiſtis,
„ & verè pœnitentes, & confeſſi, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum de manibus ipſius Epiſcopi ſumpſeritis; plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer
„ in Domino concedimus, & elargimur, commeſſationes autem,
„ quæ die admiſſionis alicujus Doctoris in d.um Collegium fieri conſueverunt, omninò improbamus, ac ſub pœna nullitatis præſentium gratiarum penitùs tollimus, & prohibemus; munera verò,
„ ſeù nexiola, quæ Doctoribus dari ſolent, permittimus, non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Provincialibus, Synodalibusque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & d.ti
„ Collegii Statutis, & conſvetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia firmitate roboratis, cæteriſque contrariis, quibuſqq;
„ Dat. Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 22. Junii MDLXXXXI. Pontificatus noſtri Anno primo
Subſcr. M. Veſtrius Barbianius, à tergo dilectis filiis Abbatibus, &
„ Collegio Judicum Cremon. & ſigill.ta cum Annulo Piſcatoris.

Eod. Anno.

PAula Antonia Sfondrata, Angelica, more ſui Inſtituti prænominata, genium Patris Franciſci, & Fratris Gregorii XIV. nec non aliarum Sororum in literis exercendis ſecuta, quippè ab honeſtiſſimis Parentibus ſobrios, & caſtos mores à primis ebibit annis, ſanctèque viventem ſedulò imitata magiſtram Paulam Antoniam de Nigris, religioſa pietate, ac devota humilitate refertam, in cœnobio S. Pauli Mediolani Angelicæ vitæ deſiderium ſemper excitatum habuit, conſcripſit

Epiſtolas,

In quibus aliquæ extant *Bonifacii Vannocii* Piſtorienſis Presbyteri ſæcularis, à Secretis primùm Baronis Sfondrati, deindè Cardinalis Pauli ſub eodem Gregorio XIV. religioſi fervoris plenæ Reſponſiones tom. 11. epiſtolarum Illuſtrium Scriptorum *à Bartholomæo Zucchio* ſelectarum, editarumque *Venetiis apud Soc.em minimam* 1595. *in* 4. quo in Volumine legere eſt, & ejuſdem Vannocii literas Romæ datas 1593. ad Angelicam Agatham Sfondratam Paulæ Antonię neptem, ex Paulo Fratre Uallis Aſſinæ Dynaſta in eodem Cœnobio profeſſam. De iiſdem pariter eſt mentio apud *Moriggiam in Hiſt. Mediol.*

Eod. Anno XC.

BAlthaſſar Cavallus è Soncino, in amœnis Muſarum viridariis cultor ingenioſus, hoc anno ſuum edidit opuſculum inſcriptum.

Concetti Poetici, quod Ranutio Farneſio Parmæ Duci dicatum voluit. *Brixiæ per Policretum Turlinum excuſum* 1590.

Memoratur *à Jo: Baptiſta Guarguante Carmel. in ſupplemento hiſt. Soncini.*

Stephanus Fliſcus de Soncini laudibus memorat, & eximium medicinæ Doctorem Joannem Cavallum, qui floruit ſæculo decimo quinto.

Hanc familiam Cavallam Soncini floruiſſe inter primates, arguitur cum Ghibellini Cremona ejecti per Ugolinum Cavalcabovium anno 1403. adiviſſent Soncinum, & ibi in odium Fundulorum necaſſent Petrum, Joannem, & Lanfrancum de Cavallis.

Eod. Anno.

PAndulphus Sfondratus, qui quamvis *ab Abb. Philippo Picinello in ſuo Athenæo literatorum Mediolanenſium* uſurpetur, eum verò fuiſſe Cremonenſem Patritium habemus, dum in ſucceſſivis horis *Jo: Franciſci Apoſtoli à monte magno Mediol. apud Jacobum Piccaleam* 1580. *& Papiæ apud Hieronymum Bartolum* 1588. habetur Epigr. ad Authorem, hiſce notis, *Pandulphi Sfondrati Patritii Cremon.* & ad Pandulphum eumdem extat Epigr. pag. 152. fuiſſe pariter Cremon. legitur apud *Pingonium in Sindon. Evangelica pag.* 4. in qua ejuſdem nonnulla Carmina leguntur, ex quibus quantùm poeticis ſtudiis oblectaretur, argui quis facillimè poterit; philoſophicis verò valdè nitens, Anno 1590. edidit apud Benedictum Mammarellum opus inſcriptum

Cauſa Æſtus Maris, idque dicavit Summo S.R.E. Hierarchæ Gregorio XIV. ex eadem familia Sfondrata Cremonenſis.

Alex. Lamus in Somnio cant. 2.

In Libro de Cruce *Cypriani Uberti Inquiſit. Vercellenſis Imureæ &c.* legitur hujus Sfondrati Diſtichon.

MDXCI.

JUlius Loſius Canonicus Reg. Lateran. ſubtilis Philoſophus, & Theologus, edidit Cremonæ apud Baptiſtam Pellizzarium 1591. & dicatum voluit Octavio Affaitato Patritio Cremon. Marchioni Grumelli &c. Opuſculum inſcriptum

Fabrica mundi decem partibus, digeſta, ac mira Aſſertionum creatorum omnium varietate decorata.

Id dono habui ab erud.mo J. C. Lazaro Auguſtino Cotta ex Amœno Novarienſi Amico meo humaniſſimo, qui decies in ſuo elocubratiſſimo Novarienſi Muſæo hoc anno 1701. typis edito Mediolani noſtrum nomen commemorat.

Eod. Anno.

PEtrus Martyr Ponzonus ex Comitibus Caſtelletti Inſignis in agro Cremonenſi Feudi, mellita, & gravi eloquentia, ſi eum reſpicis Oratorem, & declamantem in Academia Animoſorum, cujus ex Inſtitutoribus emicuit ann. 1560; multiplici, & ſolida doctrina, ſi Juriſperitum legibus doctiſſimè operam navantem. Ex celebri Judicum Patriæ Collegio ad laureatas Mediolanenſis Au-

læ

læ dignitates, virtutis aura alliciente, non ambitionis reflante vento evolavit. Vicarius in primis Pauli Foſſæ Cremonenſis ibi Capitanei Juſtitiæ, Prætor exindè magnæ illius Urbis, Quæſtor in Magiſtratu ordinariorum redituum nuncupato, Regius Ducalis Senator, Ticinenſi Prætura fungitur, & apud Philippum II. Potentiſs. Hiſpaniarum Regem in ſupremo, ut ajunt, Italiæ conſeſſu Regens ſiquidem, & à Secretis conſiliis conſtituitur. Sæculi tandem fugiens illecebras, ut Presbyter ſe Deo voveret, vix ab oculis Mundi delituit, quum Gregorius XIV. S.P. cui ignota haud erant nobiliſſimi Concivis merita, Novariæ perſpicuum Epiſcopatum eidem adſtituit, quem ingreſſus eſt die 9. Octobr. 1591. die verò decima Novembris ſubſequentis anni Mitram cum vita depoſuit. Ad Purpuram vocatus exoptabatur, niſi & Summus ille Hierarca intempeſtiva fuiſſet morte correptus. Quantum in literis præſtiterit, ſunt teſtes

Conſultationes in Utroque Jure, quæ crebrò in noſtro Foro allegantur.

Oratio in Aſſumptione Nicolai Sfondrati ad Epiſcopatum, Cremonæ babita in Epiſcopali Palatio die 5. Julii 1560.

Epiſtolæ, dum eſſet Matriti, quæ leguntur in collectaneis *Marcobruni*.

Alia opera Ponzoni deſiderantur. quantus verò hìc homo fuiſſet, dilucet ex Inſtructione ipſi à Decurionibus Cremonen. tradita (eſt penès me in Volum. paginarum 125) quando Patriæ negotia apud Hiſpanum Regem expedienda, eidem commiſſa eſſent.

Laudib. ipſum extollunt *Carolus à Baſilica Petri in Eccleſ. Novarienſ. lib.* 2 *pag.* 593.

Ant. Campus in hiſt. Cremon. lib. 3.

Lud. Cavitellus in Annal. quorum volumen Ponzono dicavit Cæſar Cavitellus Ludovici nepos anno 1588.

Joſeph Breſſianus in Roſ., & Violis, & in Coll. J. C.

Franciſcus Breſſianus in Via Lactea Familiæ Ponzonæ.

Alex. Lamus in Somnio cant. 2.

Horatius Landus de Senatu Mediol. lib. 5.

Carpanus in Nuncupat. tit. de Jure, & Privil. Fiſci.

Franciſcus Redenaſchus Senator Senior in libro Conſil. conſ. 29. *n.* 34.

Ughellus in Ital. Sacra Tom. 4. *de Ep. Novar.*

Hier. Faballus in Orat. 2. *in Controverſia Gymnaſiarchiæ.*

Lazarus Auguſtinus Cotta Amicus meus doctiſs. in Muſæo Novar. ſæpiùs allegato pag. 258.

Franciſcus Zava in Carmin. Tom. 2. *rerum Illuſtrium Cremonæ apud Draconium* 1585., *& alii.*

Eod. Anno.

CÆſar Specianus Joannis Baptiſtæ Senatoris, ac Supremi in Inſubria Juſtitiæ Præfecti ex Magdalena Sacca F. primùm Novariæ, mox Patriæ Epiſcopus infulæ Majeſtatem tanta cùm

doctrina, tùm prudentia, & integritate ſuſtinuit, ut non modò Cremonenſium ſed, & totiùs Inſubriæ ornamento factus videretur. Natus ille anno 1539. Patrem ſexennis amiſit, ſed ſuperſtite exemplorum ipſiùs luce excitatus ingenuas artes ità Puer excoluit, ut vel in prima juventa doctoralia meruerit inſignia. Cumq; parem doctrinæ morum pietatem prçſeferens Clericalis optionem vitæ feciſſet inter acceptiores S. Carolo Borromæo fuit; à quo, & Canonicus Ordinarius Mediolani inſtitutus eſt, & Romam miſſus graviſſimorum Procurator negotiorum maximè ſpectantium ad Eccleſiaſticam Juriſdictionem, & ad Concilia Provincialia à S. Archiep. celebrata. Magnum per hæc prudentiæ, & dexteritatis in agendo nomen conſecutus, Referendarius Apoſtol., & Sacræ Cardinalium Congregationis Secretarius adlectus eſt, & inde à Pio V. Sanctiſs. cum Cardinale Alexandrino Nepote in Hiſpaniam Legatus; Mox laborum in præmium à Greg. XIII. ſub finem ſui Pontificatus anno ſcilicet 1585. Novarienſibus Paſtor datus eſt. Eò conceſſit Kal. Martii; & Diæceſi perluſtrata Synodum celebravit, magnificus, & in Eccleſiæ ſuæ ornamentum eam pretioſa ſuppellectili donavit, & ædes Epiſcopales inſigniter auxit. Sex annos gregis illius impendit curæ, ſemper præſens niſi quantum à Sixto V. ſtataria Sedis Apoſtolicæ legatione apud Philippum II. in Hiſpania detentus eſt univerſalis Eccleſiæ beneficio. Reverſum, Gregorius XIV., qui antea fuerat Nicolaus Sfondratus Card., & Ep. Cremonenſis ſibi ſuffectum à Novarienſe ad Patriam Sedem tranſtulit anno 1591. tertio Kal. Febr. Urbem itaq; Cæſar ingreſſus eodem anno 4. nonas Jul. ut ovium ſibi concreditarum ſaluti meliùs conſuleret de Synodo cogitare cæpit. Sed eam non niſi penultimo ejus ſæculi anno celebrare potuit ob novam Clementis VIII. juſſu initam Legationem ad Rodulphum Imp. apud quem Sedi Apoſtolicæ utiliſſimus ſexennium tranſegit. Inter cætera, quæ pro Chriſtiana Republica peregit ibi negotia mirum, quam enixè contrà Hæreticos earum partium Principes, fidem catholicam, & Eccleſiaſticam Juriſdictionem defenderit; Quin, & ſingulari ejus prudentia factum, ut Huſſitæ in Regno Boemiæ ſub utraque ſpecie, Hæreſiarchæ Joannis abiurarint errores, & ad Sum. Pont. miſerint Procuratorem opportunam impetraturum abſolutionem, ut ex voto ſucceſſit. Anno demum 1598. Eccleſiæ ſuæ reſtitutus optatiſſimus Præſul eam, & Deiparæ in Cœlum Aſſumptæ conſecravit, & inſignibus ornavit S. S. Lipſanis ex Boemia delatis, quæ ſolemni proceſſionis ritu oblatæ ad Altare S Joannis aſſervantur. Secundam quoque Synodum habuit; Palatium item Epiſcopale veteribus reſtitutis, & novis adiunctis Ædibus commodiùs effecit. in quo tandem, ſacra purpura dignus celeſte conciſtorium adivit die 20. Auguſti 1607. Ejus doctrinæ teſtimonia poſteris exhibent.

Synodus Diæceſana habita anno Domini 1590. *Idus Maii,*

Nova-

Novariæ. Ibid ex typis Hæred. Franc. Sexali 1591:

Statuta Collegii Parochorum Civit. Cremonæ confirmata, & aucta. Ibi apud Chriſtoph. Draconium 1591.

Ordines circà ſolutiones faciendas in cauſis Fori Epiſcop. Cremonæ 1592.

Dum eſſet in Germania, vulgavit aureum Invictiſs. Catholicæ Religionis Propugnatoris libellum, cui tit.

Edmundi Campiani Londinenſis Soc. Jeſu Theologi, qui non ità pridem pro Catholica religione in Anglia mortem opetiit oblati certaminis in cauſa fidei, rationes decem redditæ Academicis Angliæ &c. Pragæ typis Michaelis Peterla 1592.

Opera omnia Campiani exindè edidit P. Sylveſter Petraſancta Soc. Jeſu, ut ex *Allegambe in Bibl.* nec non vitam Edmundi Paulus Bombinus ex Jeſuita Somaſchenſis, ut notat *Labbe in Bibl*.ª *Biblioth.*ʳᵘᵐ

Articuli concordiæ inter RR. Paulum Albertum Scholaſticum, & Corradum Vaybellum Cancellarium Eccleſ. Uratislavienſis cum Ven. Capitulo ejuſdem Eccleſ. &c. initi die 21. *Septembris* 1593.

Index librorum prohibitorum cum regulis confectis per PP. à Tridentina Synodo delectos auctoritate Pii IV. primùm editus &c. inſtructione adiecta de exequendæ probibitionis, deque ſincerè concordandi, & imprimendi libros ratione Pragæ 1596. *typis Vvenceslai Marini à Genezic.*

Decreta, & Acta edita, & promulgata in Synodo Diœceſana Cremon. prima. Ubi apud Baptiſtam Pellizzarium 1599.

Decreta Provinciæ Mediolanenſis ſub B. Carolo Borromæo Card. Archiep. diverſis temporibus in ſex Conciliis, totidemq; Voluminibus edita &c. juxtà illius B. Cardinalis, & Archiep. mentem ad inſtar decretalium Gregorii Papæ Noni in unum Codicem collecta. Brixiæ apud Societ. Brixienſem 1603.

Synodus Cremon. ſecunda, cui acceſſere Synodi duæ Mediolanenſis Provincialis una, altera Cremonenſis Diœceſana à trecentis jàm annis Cremonæ habita (fuit illa Rainerii Epiſc. ex Nobiliſs. familia Rubea Parmenſi Ep. annis 1293) *Cremonæ impreſſa* 1604.

Regole della Compagnia della Dottrina Chriſtiana 1604. *Cremonæ, & recuſa ibidem per Paulum Pueronum* 1670. juſſu Franciſci Vicecomitis Illuſtr.ᵐⁱ Cremonæ Epiſcopi.

*Regole della Compagnia delle Figliuole della Madonna Santiſs., typis traditæ per Ill.*ᵐᵘᵐ *Jo: Baptiſtam Brippium Cremonæ Ep. anno* 1616. *apud Hæredes Barucini de Zannis.*

Propoſitioni Chriſtiane, e Civili ſubalternate à Dio, quarum MS. in fol. extat Cremonæ in Bibliotheca PP. Societ. Jeſu.

In Cathedrali ſepultus ante aram Divo Petro nuncupatam, hoc à Soc. Jeſu, quam hæredem inſtituerat, Epitaphium obtinuit.

Cæſari Speciano Epiſcopo Cremonæ, Parenti optimo, & Fundatori Collegium Soc. Jeſu Hæres Poſ. Obiit 12. *Kal. Septembris MDCVII.*

Et

Et apud idem Altare è ſiniſtro latere ſub ejus effigie ad vivum penicillis relata, altera inſcriptio legitur heraclio lapidi, literiſque auratis exarata, quæ cùm plura noſtri Herois geſta recenſeat, hìc ſubdo.

Cæſari Speciano Epiſcopo Cremonæ vigilantiſſimo, nobilitate, doctrina, rebus geſtis clariſſimo, qui Romam à B. Carolo Cardinali S.ᵗᵃ Praxedis pro cauſa pub. miſſus, cum minores honores ante meritus eſſet, & adeptus, Ep. Novariæ à Greg. XIII. P. Max. creatus eſt. Mox Nuncius ad Philippum II. Hiſp. Regem à Sixto V. Legatus, tùm à Gregorio XIV. ſibi in hoc Epiſcopatu ſuffectus. Nuncium item Clem. VIII. juſſu apud Rodulphum II. Imp. egit, quibus muneribus ſumma fide, prudentia, conſtantiaq; perfunctus, cum ſe, ſuamq; induſtriam Pont. M., ac Principibus, tùm Religionis liberalitatem, virtuteſq; omnes omnibus probavit; de utraque Eccleſia benemeritus, Epiſcopiis amplificatis, Templis, argento, pretioſaq; ſuppellectili exornatis, de Cremonenſi prætereà ſacrario fundis donato, Seminario ædificato, novis Religioſorum Virorum, ac Fœminarum ordinibus in Urbem inductis, qui denique Colleg. Soc. Jeſu in Avita Domo redempta, aliiſque circumjacentibus collocatum, ut incboatum Templum perficeretur, inſtituit Hæredem, & amplioribus dignus, ac proximus honoribus majora meditans, in commune bonum annis LXVIII gravis, defletus ab omnibus ceſſit è vita xii. Kal. Septembris MDCVII. Idem Collegium hæres grata memoria Parentis optimi benevolentiam, & Fundatoris merita proſequens, ad perennitatem P.

De eodem aliæ quàmplures Inſcriptiones diverſis in locis Civitatis leguntur; cùm Nuncius Apoſtolicus eſſet Madriti anno 1585. die 10. Octobr. Ordinem Monialium à Diva Thereſia inſtitutum confirmavit, ut per *Petrum Thomam Saracenum in Menolog. Carmel. in vita S. Thereſ. ſub num.* 20.

Auctores de eo ſcribentes ex profeſſo ſunt,

Carolus à Baſilica Petri Ep. Novarienſis in ſua Novaria Eccleſiaſtica pag. 590.

Blaſius Rubeus in dyptica Epiſcoporum Cremonæ.

Joſeph Breſſianus in Roſis, & Violis.

Hieronymus Parolus Med. Cremon. de Specianorum Familia Elogia ad Cæſarem Specianum.

Franciſcus Zava. Gratulatio pro ejuſdem adventu ad Epiſcopatum Cremonæ 1591. *apud Chriſtophorum Draconium.*

Jo: Vida Piſenattus de eod. Oratio Canonicis Ampliſs. Eccleſiæ Cathedralis dicata, Cremonæ per Draconiũ, & Zanniũ 1608.

Gulielmus Labentius Rotopienſis. Deploratio in obitu ejuſdem, Mediolani apud hæredes Pontii, & Joannem Baptiſtam Picaleam 1607. in qua Cæſarem totum Mediolanenſem appellat, ut Paulus Moriggia in Hiſt. Mediolan. lib. 4. cap. 25.

Camillus Ballianus in oratione de Relig. ad Cives Novarienſes.

Innocentius Eccleſia in vita Caroli à Baſilica Petri. pag. 177., 181., 246.

Abbas

Abbas Ughellus in Italia Sacra Tom. 4. ubi de utraque Eccleſia, Cremonenſem apertè fatetur eſſe Specianum.

Lazzarus Auguſtinus Cotta J. C. de Amœno Novarienſi Amicus meus eruditiſs. in ſuo Muſæo Novarienſi, cujus editionem expetente univerſa literatorum Reſpublica, tandem hoc anno 1701. obtinuimus; *P. Daniel Bartolus in Hiſt. Angliæ lib.* 1. *cap.* 12. narrat Cardinali Morono, ſubſtitutum fuiſſe Specianum Protectorem Angli Collegii in alma Urbe.

Sequens Epiſtola ſcripta fuit à Speciano Nobiliſſimis Cremonæ Decurionibus in ejus promotione ad Epiſcopatum, poſt aſſumptionem Nicolai Sfondrati ad ſupremi Pontificatus faſtigium, extracta ab archetypo in archivio Civitatis ſervato.

Molt' Illuſtri Signori.

NElla traslatione, che hà piacciuto à noſtro Signore di fare della perſona mia dalla Chieſa di Novara à coteſta di Cremona, non ſolamente mi trovo obbligato à S. B. per havermi honorato ſopra ogni mio penſiero, e merito di così inſigne Chieſa, e di governo d'anime tanto ben diſciplinate da Sua Santità; mà mi trovo anche particolarmente tenuto alla benignità ſua, per havermi dato occaſione di ritornare alla Patria mia antica, che tale veramente ancora tengo io, e tengono tutti i miei di coteſta Città di Cremona, la quale ſe pure in queſta occaſione hà qualche ragione di rallegrarſi, deve particolarmente haverla per vedere, che haveranno uno del ſangue loro Veſcovo di coteſta Città, il quale e per obbligo dell' Officio ſuo, e per particolare affezione verſo coteſta Città, ſi sforzerà di corriſpondere alla ſua vocatione, ed all' opinione, che N. S. hà moſtrato, e le SS. VV. moſtrano della perſona ſua. Reſta ſolamente, che io preghi le SS. VV. come quelle, che io sò, che mi amano, à voler tener memoria di me nelle loro orazioni per impetrarmi dal Signore il ſuo S. ajuto, & à valerſi dell' opera mia à queſta ſorte per quei pochi giorni, che mi ci fermerò, certificandole, che ſi come niuna perſona è obbligata ad amare le VV. SS. più di quello, che ſon' io, così ancora nelle coſe di commodo, e ſoddisfazione loro comune, e particolare, non laſcierò, che habbiano mai da deſiderare in me ſorte alcuna di volontà, e deſiderio buono, e per fine prego Dio Sig. N. che concedi alle SS. VV. ogni vera contentezza, e proſperità.

Di Roma 26. *Febraro* 1591. *delle SS. VV. MM. Illuſtri.*

Per ſervirle ſempre. C. *Veſcovo di Cremona.*

Anno 1588. Mediolani vivebat inter Canonicos illius Metropolitanæ Cæſar Specianus noſtri Epiſcopi Nepos, *ut ex ſtatu Eccleſiæ præcitatæ ejuſdem anni, relato à J. C. Camillo de Sitonis in Sylva rerum Mediolanenſium apud eruditiſs. J. C. Joannem ejus filium.*

Non eſt hìc etiam omittendus Marcus Antonius Specianus in Romana Curia notiſſimus, à Leone X. S. P. legatione germanica decoratus anno 1515., ut narrat *Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr.* lib. 1. p. 3. erat hic noſtri Cæſaris Epiſcopi Propatruus.

Eod.

Eod. Anno.

HOmobonus Redenaſcus Collegio Juriſconſultorũ addictus die 21. Novembris 1591. in legibus interpretandis optimus, in Politiæ negotiis cordatus, pluriès apud Supremos Inſubriæ Miniſtros pro patria vigilantiſſimus Orator, cui ſi nihil in eo glorioſum eſſet, ſufficeret ſibi filium genuiſſe Franciſcum Reg. Duc. Mediol. Senatorem ſapientiſſimum, ut dicam ſua ſede; verùm propria luce clariſſimus, plura in Jure degeſſit, & præcipuè *Conſilia tàm MS.* quàm typis conceſſa, quæ in manibus Juriſprudentum paſſim circumferuntur.

Allegantur ejus opera à *Paulo Bellono J. C. lib. 1. de Poteſt. eorum, quæ fiunt incontinenti. cap. 172. num. 2. & 9.*

Joſeph Breſſianus in Coll. J. C.

Eod. Anno.

MArcus Antonius Amidanus præclariſſimus J. U. D. non tàm virtutibus, quàm dignitatibus percelebris, Abbas omnium Sanctorum in Agro Cremon. Canonicus Eccleſiæ majoris, à Gregorio XIII. Sum. Pont. Utriuſque Signaturæ Referendarius, Laudæ Vicarius à Sede Apoſtolica deputatus, abſente Ep. Taberna apud Hiſpaniarum Regem Legato, interfuit Concilio Mediolanenſi Sexto ſub S. Carolo Borromęo, cui etiam ſubſcripſit. Gregorii XIV. Cubicularius, & intimus Familiaris ab eodem ad Epiſcopatus Melphienſem, & Rapollenſem deligitur, verùm ætate gravis, & Gregorio defuncto ante munus conſecrationis ſuſceptum, Epiſcopatui ceſſit, retenta ſibi annua penſione, ac obtenta Præpoſitura Inſignis Collegiatæ S Agathæ in Patria, ad eam remigravit, ubi die 22. Auguſti 1598. ſenio, non gloriæ ceſſit. Scripſit *Allegationes diverſas in Utroq; Jure*, ex quibus nonnullas ego vidi in Collectaneis Sap.mi Senatoris Perſichelli

Item *Volumina Votorum in cauſis S.ti Officii*, cùm eſſet Conſultor, quæ pluribi allegat *Cæſar Carena in ſuo aureo libro de S. Officio, & præcipuè P. 2. tit. 1. de Hæreſi &c. §. quinto num. 31.*

Ante Sacellum S.mo Chriſti Corpori dicatum, in Eccleſia Divæ Agathæ hoc pro eo elogium extollitur, heraclio lapidi notis aureis exculptum.

D. O. M.

Marco Antonio Amidano J. U. D. celeberrimo Utriuſq; Signaturæ S. D. N. Referendario, Sanctæ Inquiſitionis in totam Chriſtianam Religionem Conſiliario, uni ex Aſſiſtentibus Congregationi Sacræ Conſultæ negotiorum Status Eccleſiaſtici, Romana Civitate donato, Epiſcopo Melphienſi deſignato, eoq; Epiſcopatu ultrò, & ſpontè depoſito. Huic D. Agathæ Fano Præpoſito, Sacer. doctrina, & integritate incomparabili. Nicolaus, & Carolus Fratres Filii Pientiſs. Patruo benemerenti P. P. Vixit ann. LXVIII. obiit 10. Kal. Septembris MDXCIIX.

Et ſuper tumulo hæc proſtant carmina.

Quid ſpectas? Marcus ſitus hìc Antonius ille eſt
Gentis Amidanæ ſplendor, & Urbis honos;
Egregia hunc Virtus Mitram deduxit ad uſque,
Quam ſprevit terris, hanc tenet ille Polo.
MDXCIIX.

Eumdem laudant *Cavitell. in Annal. ſub annis* 1583.
Tabula Epiſ. Eccleſiæ Malpienſis.
Lamus in Somnio cant. 2.
Breſſianus in Corona &c. & Roſis, & Violis.
Joſeph Hieronymus Sementius Cler. Reg. Somaſch. eruditiſſimus, nobis indicavit opuſculum, cujus eſt Titulus.
Jo: Bap. Vicecomitis ad M. Antonium Amidanum Juris utriuſq; peritiſſimum, ac Eccleſiæ Laudenſis Vicarium diſticbor. libellus. Mediolani ex typographia Pacifici Pontii 1585.
Præter Amidanum in eo memorantur alii Cremonenſes.

Eod. Anno.

MArcus Antonius Salomonius anno natus 1540 non minùs doctrina, quàm cultis moribus inſignis, de eo quippè dicere ſufficeret, probum Aulicum fuiſſe S.mi Card. Caroli Borromæi, multoſque annos Mediolani ſub ejus incorrupta diſciplina, & in illo Sanctitatis Seminario floruiſſe, ſingulari laude in nonnullis Eccleſiaſticis muniis approbatus, à Sum. Pont. Gregorio XIV. Urbis Soræ in Latio Epiſcopus creatus eſt, & à Sum. Pont. Clemente VIII. Romæ Viceſgerens, dignitatibus demùm, & annis gravis, ut Deo, & ſibi viveret, patriam revocavit, ubi ægritudine oppreſſus, veram Patriam appetiit die 15. Octobris 1615. humatur in Eccleſia S Luciæ culta per Ven. Cler. Congr. Somaſchenſis ſub ſaxo, in quo legitur

Marco Antonio Salomonio Cremon. Soræ Epiſcopo, pietate in Deum, beneficentia in homines, atque in rebus agendis prudentia ſingulari, Collegium S. Luciæ Cler. Congr. Somaſchæ benè de ſe merit. Poſ. Obiit Id. Octobris MDCXV.

In Eccleſia SS. Donini, & Caroli, ad cujus ampliorem conſtructionem proventus annuos è ſuis bonis reliquit, ad aram Divi Caroli in heraclio lapide, notis aureis habetur.

Marcum Antonium Salomonium
Cremonæ civem, Soræ Paſtorem,
Virtutes Virum, dignitates ornamentum,
Obiiſſe, vel abiiſſe
Lachrymantur;
Qui dum in divitiis pauper,
Pauperibus Dives,
Vivus aliis, ſibi mortuus
E' morte naſcitur immortalis.

Clarus in D. Carolum pietate,
Amicitia charus
Ad Templum hoc perficiendum, ac ornandum
Ex legato conſpirat
Ornantem ornantes
Grati Fabricæ moderatores
Anniverſarium Epiſcopale Officium,
Duodecimque Sacra ſponte conſtituentes,
Doloris oculis, honoris ore, amoris arte
Heroem D. CAROLI imitatorem,
Conſtantia Salomone majorem
Terra ademptum, adeptum cœlo
Lamentantur, Lętantur.
Obiit Idib. Octob. MDCXV. *ætate ann.* LXXV.

Eod. Anno.

CORnelius Compagnus inſignis Baſilicæ S. Mariæ majoris de Urbe Canonicus hac præcipua dignitate, & virtutibus clarus innotuit, nàm ſub die 3. Octobris 1691. memoratur in opere, ad pag. 47. lib. 3. inſcript. Baſilicæ S. Mariæ majoris de Urbe à Liberio Papa V. uſque ad Paulum V. Pont. Max. deſcriptio, & delineatio, *Authore Abb. Paulo de Angelis lib. XII. Romæ ex Typographia Bartholomæi Zannetti* 1621. *in fol.*

Eod. Anno.

GEorgius Ferrarius inſignis Bibliographus in Alma Urbe inter alios edi curavit librum, cui tit.

De Birreto Rubeo dando S. R. E. Cardinalibus Regularibus. Reſponſa Prudentum Divini, humaniq; Juris ab Antonio Scappo J. C. Bononienſi in Romana Curia Advocato collecta, uno etiam ejus addito reſponſo Romæ 1592. librum nuncupavit S. R. E. Cardinalibus Michaeli Alexandrino, Hieronymo Aſculano, Conſtantio Sarnano, Gregorio Montelparo, & claudit Epiſt. nuncupatoriam hiſce verbis, *optimè autem cecidit, ut hæc ſcripta vobis ab homine Cremonenſi dentur, quando & à Gregorio Summo Pont. Cremonenſi olim Epiſcopo, rem ipſam accepiſtis.* huic libro connectuntur *della Beretta roſſa da darſi a' Cardinali Religioſi. Diſcorſo di Girolamo Catena. Lettera del R. P. M. Tomaſo Gratiani all' Illuſtriſs. Card. Aleſſandrino.*

Editio ſeptuaginta Interpretum Græca, Romæ ex Typograghia Franciſci Zannetti 1587. in hac paritèr legitur Privilegium eidem à Sixto V. die 8. Octobris 1588. conceſſum; in quo. Ne quis librum hunc venderet, abſq; conſenſu, & licentia Georgii Ferrarii Bibliopolæ Cremon., & Civis Romani.

Romæ in Ædibus B. V. M. de Populo nuncupatæ, videtur Georgii ſepulchrum cum inſigniis Gentilitiis, & hac inſcriptione.

Georgius Ferrarius Cremonenſis ſibi poſteriſq; ſuis MDXXCII.

Roma.

MDXCII.

ROmanus Burgus, non ille quidem, qui Equeſtrium Dux Turmarum multa præclarè geſſit ſub Franciſco Picinino, ut refert *Cavitellus* ad annum 1433., ſed alter ejus Pronepos, non majorum ſuorum magis, quàm proprio ſplendore præclarus, qui, elapſo inclinante ſæculo, & ſuam, & Patriæ famam variarum ſcientiarum cognitione extendit. Hìc politioris literaturæ poſſeſſionem adeptus, cùm proſa, tùm verſa oratione ità excelluit, ut cum præcipuis Oratoribus, & Poetis locum meruerit Nec minùs pietate, quàm eruditione præſtans, nobile utriuſq; monumentum ad poſteros tranſmiſit ex veteri exemplari latino in vernaculum ſermonem elegantiſſimè transferens, nec non compluribus optimæ frugis meditationibus paſſim illuſtrans, Hiſtoriam Vitæ, Mortis, & Miraculorum B. Geroldi Martyris Colonienſis, cujus corpus Cremonæ in Eccleſia ſui nominis maxima cum veneratione colitur. In vulgum autem proceſſit liber Cremonæ 1581. apud Chriſtophorum Draconium, nuncupatus Gerardo Truchſeſio Colonienſi Archiepiſcopo, ſed poſtquam Truchſeſius à Catholica fide defecit maximo totius Orbis Scandalo, Burgus novam opuſculi editionem curavit anno 1592. iiſdem typis, & donavit Celſiſſimo Principi utriuſque Bavariæ Duci Erneſto Colonienſi paritèr Archiepiſcopo. Hoc titulo

Vita, Morte, e Miracoli del B. Geroldo, cavati dal ſuo antico latino officio, ordinati nella noſtra lingua Italiana, & accreſciuti con alcune ſpirituali Meditationi,

Cui ſubnectuntur

Eſortatione à patienza.

Rime in diverſe materie.

Præter enuntiatos rhytmos, qui ſanè ſuaviſſimi ſunt, ſcripſit & alios pleroſque, ex his autem Decatetraſtichon præfixum legitur Hiſtoriæ Ant Campi; aliud itidem ſubſtructum occurrit compendio Rerum à Philippo II. Hiſpan Rege geſtarum. In Sacrario Ædium S. Geroldi ejus tumulo inſcriptum legitur.

Romano Burgio Natali, Amore in Remp., & eloquentia inſigni, Joannes Burgius Patri Benemerito, & ſibi, & poſteris ejus. ann. MDXCVI.

Nobilem ejuſdem mentionem faciunt

Cavitellus ad ann. 1583.

Campus lib. 3. *ad ann.* 1584.

Alexander Lamus in Somnio cant. 2. *ogd.* 55.

Matthæus Cattaneus ſummè commendat opuſculum pro D. Geroldo.

Fertur etiam reliquiſſe ad manus Ludovici Cellani ex Decurionibus, & ordinum Civitatis Conſervatoris MS. opuſculum.

Memorie ſingolari del P. Giovanni Scoto della Congregazione di Somaſca.

Ut mihi innuit eruditiſſimus P. Joſeph Sementius ejuſdem Congr. in

quo quidem laudatur Petrus Amidanus literis, & pietate illuſtris.

Horatius Albaſius hoc anno inter Cremonenſes Poetas efflorebat, cujus cum viderim duo erudita epigrammata ad Sereniſs. Mantuę Ducem Vincentium in lib. P. Conſtantii Lardæ Brix. cui tit. Vita, e Miracoli del B Gio: Buono, Mantuæ per Oſanam 1592. nomen ſuum hìc recenſeri expediens duxi.

Eod. Anno.

CORnelius Guarguantus è Soncino Congr. Mantuanæ Carmeliticæ Alumnus, Philoſophiæ, ac Theologiæ Magiſter, & præclari nominis Concionator, obiit Mantuæ anno 1602. edidit opuſcula inſcripta

Oratio de laudibus S. Petri Thomæ, habita Bononiæ apud Jo: Roſſium 1575.

Oratio de laudibus lucidiſſimi Candelabri S. T. S. Hieronymi Theologorum Bonon. Protectoris habita ad Sapient.[mum] *S. Coll. Theol. in Cathed. Eccl Bononiæ apud Fauſtum Bonardum* 1592.

Oratio pro Capitulo Generali Congr. Carmel. in Conuent. Nuvellariæ 1571. hæc MS. ſervatur in Bibl. S. Mariæ Gratiarum Soncini. de eo

P. Daniel à Virgine Maria Carmel. in ſuo libro Vinea Carmeli inſcripto Antuerpiæ 1662. *num.* 37. 32.

De eodem *Falconius in Chron. Carmel. ſub anno* 1592.

P. Felina in Muſæo Carmel. Congr. Mantuæ ſub anno 1589.

Joannes Baptiſta Guarguantus in Litera nuncupatoria opuſculi inſcripti, Luctus Soncinenſis, de eo ſcribit, tàm celebrem Concionatorem Cornelium floruiſſe; ut Firmenſes Cives ejus laudum conſulere perennitati volentes, ipſi marmoream tabulam inſcripſerint

In Orationem ad Divum Hieronymum plures modulationes ediderunt nonnulli Muſarum Amatores.

Eod. Anno.

JOannes Baptiſta Bertutius Philoſophus, ac Medicus Colleg. in arte celeberrimus, cujus doctrinæ monumentum exhibet opuſculum Sebaſtiani Moroni Med. Placentini appellatum *de Venæ ſectione in febri peſtilenti Retractatio*, eidem Bertutio inſcripto, & pluriès atq; pluriès laudato, licèt Medicorum Cremonenſium, & ipſius Bertutii contrariam ſententiam ſentiret. Sic enim librum claudit *Hæc autem habuimus, doctiſſime Bertuti, quæ pro veſtra oppugnanda, noſtraq; roboranda ſententia de venæ ſectione in febre peſtilenti aptiora putavimus, quæ cùm ſint ſcripta, ut in calamum venerunt, ſi tibi fortaſsè Viro acuto non ea lima, atq; doctrina perpolita videbuntur, quàm & ſumma eruditio tua, & ingenii, atque Judicii tui magnitudo poſtulat, id cogita &c.*

Opus eſt Cremonæ excuſum 1592. apud Chriſtophorum Draconium, & ampliſs. Cremon. Decurionibus dicatum.

Eod.

Eod. Anno.

VIncentius Calcius, quem alii vocant de Bonettis ex Oppido inſigni Soncini Ord. Prædicatorum S. Dominici, Philoſophus, Theologus, & Poeta, divinaque prædicatione excellens, Provinciæ Hieroſolimitanæ Prefectus Socius Magiſtri Generalis Beccariæ, & à Gregorio XIV. die 18. Feb. 1591. ad paſtoralem dignitatem in Venuſino Epiſcopatu primò promotus, quem ſumma rexit vigilantia ad diem 3. Maii 1598. quo perrexit ad Superos.

Edidit.

Methodos in octo libros Phyſicorum in quibus ob Lectorum commoditatem multorum ſententiæ recenſentur. Neapoli ex Typographia Cacchii 1592. Ex MS. habentur.

Super tres libros de anima

Super duodecim libros Metaphyſicæ Ariſtotelis Aliaq; plura opuſcula valde digna, & præcipuè *Vitam B. Stephanæ de Soncino.*

P. Rovetta in Bibl. Chronologica Lombardiæ.

De eodem *Ferd. Ughellus in Ital. Sacra Tom.* 7.

Alphonſus Fernandez lib. 9. *de Roſario cap* 30 *num.* 102.

Ambroſius Altamura in Bibl. Dominicana ſub anno 1592.

Thomas Maluenda in Annal. Sacr. Ord. Præd. p. p. pag 319.

Ambroſius Gozæus de Vir. Illuſtr. Ord. Præd.

Plodius in Vita Hom. Illuſtr. p. 2.

Fontana in Sacr. Th. Dominic. p. p tit. 625. *t.°* 4.

Franciſcus Seghizzius in Epiſt. Nuncupatoria Vitæ B. Stephanæ de Soncino inſcripta Petro Verro Soncinati S. T. M. ex Ord. Prædicatorum Viro celebri, Nepoti memorati Vincentii.

MDXCIII.

SIgiſmundus Brumanus Græci, & Latini idiomatis peritia perfectè in Patria inſtructus, Patavium exindè annum circà 1555. Philoſophicis, & Medicis ſtudiis inhians profecit, & quidem ſub optimis Præceptoribus diù, noctuq; operam dedit, nilque illi ſuaviùs erat, quàm Antiquorum reſponſa librare, Galeni, & Hippocratis Aphoriſmata omni diligentia excutere, contrariaſvè ſententias enodando acerrimo juditio recondita medicinæ penetralia reſerare; Indutaq; toga, quod cum illi ſumma omnium admiratione contigiſſet ad Patriam reverſus in Clariſſimum Phyſicorum Collegium cunctis ſuffragiis cooptatur, in cujus Albo adſcripti jàm fuerant, ex ejus Gentilibus Chriſtophorus, quem publicum Phyſicæ profeſſorem habuit Peruſia, Odoardus, in quo Patria novum Æſculapium fuit admirata, Joſeph quem Aula Saxonica maximum Medicum obtinuit, penès affines, & neceſſarios cum per annum conſtitiſſet à Cœlo Romano allectus Urbem perrexit, & ibi non modica pecuniarum erogatione ruſticum, & frugiferum fundum emit; ſicquè in illa primaria Orbis Patria tot virtutibus, & meritis effulſit, ut non tantum Romanus

Civis,

Civis, & Medicus Nobiliſſimo in illo Collegio 1567 adſcribi obtinuerit, at ipſius Clementis VIII. Sum. Pont. Phyſicus, Familiaris, & continuus Commenſalis, nec non totius Eccleſiaſtici Status Generalis Archiater, meruerit declarari.

Deſiderantur ejus Opera, quæ, ut monet Joſeph Breſſianus in libro MS. cui tit. Virtù ravvivata &c. ſunt

De modo componendi Theriacam.
De Encomiis Medicinæ lib. 2.
De Generatione, & Corruptione lib. 2.

Apud *Cavitellũ in annal.* ergà finem eſt de eodem honorifica mentio.

Franciſcus Zava inſignis Orator Cremonenſis in ſuis Operibus, ſæpè ſæpiùs de Sigiſmundo noſtro ejus Leviro memoriam agit, eumq; commendat, & præcipuè in epiſtola nuncupatoria *tom. ſec.di verum Illuſtrium* Matthæo Brumano Abb. Can. Regul. Nicomedienſi primùm, & Melphienſi Epiſcopo directa, ubi plura adnotantur de nobilitate gentis Brumanæ.

Fratres habuit Chriſtophorum, Tiburtium, Camillum, & Ludovicum, & Sorores Barbaram, & Hortenſiam.

Chriſtophorus J. C., & Cauſidic. Collegiatus, Sacris exindè initiatus, fuit Eccleſiæ Divæ Luciæ Præfectus, morum integritate, legum cognitione, Judicii acumine, reſponſorum prudentia maximè laudatus.

Tiburtius miles fortiſſimus, qui à S.mo Pio V. vocatus fuerat, verùm morte correptus, cœptum rei militare munus perficere non potuit, ingens quidem gloriæ ſpecimen, & laudis avitæ in lucem, & omnium aſpectum protuliſſet.

De Camillo, & Ludovico nil memorabile mihi reſultat.

Barbara nupta fuit Franciſco Zavæ, quam in ſecundo Tomo Epiſt. Familiarium lib ſexto extinctam deflet die 10. Junii 1572. ut in Epiſtola ad eumdem Sigiſmundum, & inter alia habet. *Barbaram Sororem veſtram nullo genere modeſtiæ, pudicitiæ, temperantiæ, frugalitatis ulli veterum matronarum ceſſiſſe, quæq; vel apud Romanos, vel apud exteras nationes claruerit.*

Hortenſia fuit uxor Joannis Baptiſtæ Cropelli Viri Patritii.

Cæſarem Brumanum Apoſtolicæ Cameræ Clericum, & Abbreviatorem de Parco majori, aliiſque titulis refertum, de quo fuit ſermo, habuit Patruelem

De ejus obitu nil certi habeo, ſed eum Romæ adhuc vixiſſe ultrà annum 1593 mihi conſtat, nàm ipſo anno, ut Patriæ Collegas medicos Comitali, & Equeſtri titulo inſigneret, à Clemente VIII. Privilegium exempli ſequentis impetravit.

Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Veſtra ſingulari pietate, ac religione, ac præcipuè in Nos, & Apoſtolicam ſedem devotionis affectu meritò inducemur, ut vos ſpecialiter gratiæ, & prærogativæ titulis libenter decoremus.

Vos igitur, veſtrumq; Collegium ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volen-

volentes ſupplicationibus Sigiſmundi Brumani Phyſici, ac familiaris continui commenſalis noſtri, Prothomedici Generalis totius Status Eccleſiaſtici nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, vos univerſos, & ſingulos, & quaſcumque veſtri Collegii perſonas præſentes, & futuras in perpetuum ex nunc Sacri Palatii, & Aulæ Lateranenſis Comites, & Auratæ militiæ Equites, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſine tamen alicujus perſonæ, vel Collegii præjudicio creamus, facimus, & deputamus, ac aliorum Palatii, & Aulæ prędictorum Comitum, & Auratę militiæ Equitum hujuſmodi numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, ità ut vos ex nunc futuri Collegiales, veſtri Collegii, eo ipſo, quo in Collegium hujuſmodi admiſſi fuerint, Palatii, & Aulæ hujuſmodi Comites, & Equites auratę Militię veri, & non ficti in perpetuum exiſtatis, ac omnibus, & ſingulis privilegiis, pręrogativis, exemptionibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus alii Palatii, ac Aulæ Comites, ac auratæ militiæ Equites hujuſmodi de jure, & conſuetudine, aut aliàs quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum citrà tamen facultates, & exemptiones à Concilio Tridentino ſublatas, pariformitèr ſine ulla prorsùs differentia uti, frui, potiri, & gaudere, nec non ut modernus, & pro tempore exiſtens præfati Collegii Abbas in perpetuum, ejus officio durante, torquem aureum cum inſigniis Pontificiis, ac Gentilitiis Domus noſtrę ſinè paritèr cujuſcumque Collegii, vel perſonę pręjudicio deferre licitè valeatis auctoritate, & tenore præſentis concedimus, & indulgemus non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, & in provincialibus, ac Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus ſtatutis quoquè, & conſuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cęteriſque contrariis quibuſcumq; &c.

Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 27. *Novembris* 1593. *Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Subſcripta M. Veſtrius Barbianus.

De eodem Sigiſmundo mentio extat in opere poſthumo Baldi de Baldis Medici P. M. Innocentii X. inſcripta, *Diſcorſo Apologetico del vero Opobalſamo Orientale pag.* 107.

Eques Proſper Mandoſius in ſuo Tract. de Medicis Pontificiis, multa de noſtro Brumano, ubi ad literam, quæ nos ſuprà expreſſimus, ad noſtræ favendum eruditioni, refert.

Eod. Anno.

SYlveſter Picenardus in ſæculo Jacobus anno 1586. ad cœtum inſigne Canonicorum Reg. Lateranenſium in Patriæ Monaſterio receptus ſeptem annorum ſpatio ſtudium naturalis Philoſophiæ, ac ſacræ Theologiæ cucurrit, non modicè etiam circà mathematicas, aſtronomicaſq; poſitiones verſatus. edidit ex officina Joannis Bazachii Placentiæ 1593., & Hieronymo Bernerio S. R. E. Cardinali Aſculano, & Cremonenſi Civi direxit

Diſ-

Diſputabilis Sphera libri duo, in quibus diſcutitur, quicquid ferè apud Theologos, & Philoſophos in diſputationem venit.

In hoc probat ſcientias ſupernaturalem, Phyſicamq; ſphericas eſſe, neutram tamen ſe ipſa ſpheram integram conſtituere, ex utriſque coaleſcere demonſtrat. Prout enim ſphera ex ætherea, & elementari parte conſtituitur; ità ſphera intellectualis ex Theologia, & Philoſophia compaginata remanet. Quòad elementarem quidem partem inferiora philoſophica continet; quòad æthercam verò ſuperiora Theologica, hoc ordine mirabiliter applicato, ut Eccleſia univerſalis ſtet pro orbe Lunæ, Pontifex pro orbe Mercurii, Gratia pro orbe Veneris, Chriſtus, qui in Zodiaco movetur, qui ſolſtitia, nec non æquinoctia terminat pro orbe Solis, tres Angelorum Hierarchiæ pro tribus aliis orbibus conſtituuntur; Maria verò, quæ Angelorum omnium ſpheras eſt ſupergreſſa, meritò in ſtellato Cœlo collocatur: pro immobili verò Cœlo ponitur Deus unus, & trinus ex rationibus inibi per quamdam ſimilitudinem adductis. Potentia, & Sapientia in tali ſphera Coluria erigunt: lex, & præcepta meridianum componunt: Fides locum tenet Axis: Puncta verò Axem terminantia ſunt Vetus, & novum Teſtamentum; in minoribus autem circulis à Sole remotiſſimis ea peccatorum genera collocantur, quæ hominem frigidiſſimum, atq; à Deo remotiſſimum reddunt. Horizonta autem à tali ſphera rejiciuntur, ut quæ ſpheræ potiùs extrinſeca, quàm intrinſeca eſſe conſpiciantur. In brevi autem opere egregiam ipſe eruditionem declaravit, intellectuſq; volucris acutam promptitudinem maximè applicatis rebus, & ſolidiſſimis materierum pertractarum aſſertionibus firmatis. Id verò maximè in ea parte, quæ de Chriſto Domino Sole Juſtitiæ diſſerens, illum per omne Zodiaci ſignum tranſeuntem demonſtrat, acta unicujuſq; ſigni applicatione ad aliquod rerum ab illo geſtarum myſterium. Ità *Celſus de Roſinis in Lycæo Lateranenſi pag. 2. lit. S. pag. mihi* 295. Obiit Juvenis, cùm undetrigeſimum ætatis annum vix expleviſſet, & Philoſophiæ magiſter in Patriæ Monaſterio poſt lauream Doctoralem Placentiæ reportatam, electus fuiſſet.

Eod. Anno.

JOannes Jacobus Turreſinus Hieronymi Inſignis Cauſarum Patroni, ac Margaritæ de Crottis F. in Vicinia S. Vincentii Cremonæ nobili loco natus, in Collegio Judicum Patriæ receptus die Lunæ 22. Novembris 1563. ad cujus laudes repetam, quæ *Franciſcus Zava* de eo ſcripſit in *Epiſt. Famil. lib. unico de ſuo Crem. diſceſſu*. *Quem te alium* (ſcilicet Turreſinum) *inveni, & expertus ſum, quem totum candidum, ſyncerum, bonum, ſimplicem, prudentem, qualem juris Civilis cognitionis peritum eſſe decet? Quo fit, ut tantò frequentiùs ad te adeam, quantò mihi in omni ſcientiarum genere probatior, & mirabilior cognitus comendaris. Quæ res in monumentis antiquorum ſivè noſtra-*

noſtratium, ſivè aliorum tàm recondita, quæ tibi maximè cognita non ſit? Ex cujus arcanis, ſi aliquando in antiquitate hæreo, diſrumpar, ſi non à reconditis theſauris tuis repetere ſoleo? Nec mirũ, ſi te toties adeam, cùm te ſemper muſis comitatum videam, cui Apollo ipſe Phæbus vatum, & J. Conſultorum Pater auxilium, & ſplendorem ſuum, quo unus pollet, cùm in omnibus tùm in poetica facultate, & juris ſcientia non invitus præſtet. Nihil ædepol in legibus Cæſareis, & Pontificiis ſanctionibus adeò eſt difficile, & inextricabile, ut tibi vel longo uſu exercitatiſſimo, vel incomparabili doctrina prædito, ſtatim planum non fiat. Is tu, & ego te non adibo? Cujus ampliſſimæ ædes bonis omnibus patent? Tu ille pretereà, cujus omnibus affabilitas jucunda, & oratio grata eſt &c.

Ex ſuis Operibus multa deſiderantur, & præcipuè carmina, quæ tantùm ſparſim leguntur in aliorum libris.

Ex editis tantùm habentur

Additiones nonnullæ Liberculo inſcripto italicè. Ordini fatti in diverſi tempi ſopra il governo della fabrica della Cathedrale di Cremona, ibi excuſi 1637. & in quibus egregiis auctoritatibus probat jura regendæ ipſius fabricæ ad Laicos, non autem ad Eccleſiaſticos pertinere

Ex MS. extant

Fraganiſcorum Nobilitas, ubi & quamplures Urbis noſtræ notiones habentur.

De Melite Inſula Jo: Baptiſtæ Maynoldo ab Auctore dono data, cujus in initio carmina ejuſdem leguntur, adhuc ſervatur MS. in Bibl. Maynolda Cremonenſi.

Laudàtur ab *Ant. Campo hiſt. lib. 3. & à Cavitello in Annalibus* recenſente J. C. de Collegio per hæc Verba. *Jo: Jacobus Turreſinus antiquitatum Cremonenſium diligens ſcrutator, & peritus &c.*

Eod. Anno XCIII.

ALexander Picenardus, Canonicus Primicerius Eccleſię inſignis Collegiatæ S. Andreæ in Urbe Mantuana, hortatu F. Julii Picenardi Ord. Serv. B. V. M. ſcripſit librum

De Vita B. Eliſabeth de Picenardis Cremonenſis Tertii Ordinis Servorum B. V. M.

Id eruimus ex annotationibus ad Annales ejuſdem Ordinis *Archangeli de Gianiis cent. 3. lib. 2. cap.* 16. ubi de hac Virgine plura congeſſit.

De hac paritèr tractarunt Scriptores omnes ejuſdem Ordinis.

Hyppolitus Doneſmondus in hiſt. Eccleſiaſt. Mantuana lib. 5. tom. 1.

Peregrinus Merula in libro de Cremon. Sanctitate inſignibus, &

Joſeph Breſſianus in Corona lib. p. p. 1. verùm circà ejus mortem hallucinantur; nam ambo eam memorant anno 1408., & verè ſecuta fuit anno 1468. die Veneris 19. Febr. ut narrat idem *Gianius*, anno namq; 1467. die 15. Menſis Julii ſuum condidit teſtamentum, ut vidimus, ubi de Leonardo ejus Genitore in Tomo 1.

In Conſtitutionibus Synodalibus Ven. Epiſcopi Fr. Franciſci Gon-

zaghæ. Mantuæ per Oſannas 1610. pag. 206. hæc verba leguntur.

Nel Convento di S. Barnaba dell' Ordine de Servi, è ſepolta la B. Eliſabetta de Picinardi Gentildonna Cremoneſe, che fù del Terzo Ordine de Servi, e fù Donna di ſanta Vita, che fece molti miracoli, della quale ſi dice, che nella ſua morte ſi ſentirono cantare gli Angeli &c.

Eod. Anno.

PHiloteus à Cremona, ejus Patria, vocatus, ex ordine Auguſtin. Theologus, & Sac. Scripturæ Interpres, in ſuggeſtibus admirabili eloquentia Clarus.

Anno 1594. Socius Vicarii Generalis in Comitiis Cremonenſibus electus, cujus in Bibliotheca Conv. Auguſtin. Cremonæ cuſtodiuntur opera inſcripta.

Concionatoria P. Philotei à Cremona.

De eod. *P. Calvus in Mem. Hiſtor. ſub eodem anno.*

Eod. Anno.

JOannes Baptiſta Stanga, Comes Caſtri Novi Buccæ Abduæ, ex Patriæ Decurionibus Vir optima nobilitate, labore, induſtria, ſummarumq; artium ſtudio non incelebris, quanta in rerum agendarum habilitate præſtiterit, legantur

Epiſtolæ permultæ, quas ejus nomine edidit Joannes Antonius Peranda: *Brixiæ per Franciſcum Thebaldinum 1623. in 2. parte.*

Non ſunt omittenda epitaphia, quæ ad tumulos Genitorum inſcripſit in Eccleſia Parochiali ſui memorati Feudi.

D. O. M.

Camillo Stanghæ Comiti
Generis Nobilitate, morum
Præſtantia, ac liberalitate
Priſcis illis, illuſtribuſq;
Viris adnumerandus. Clara
Brivia Uxor Mœſtiſſima Viro
Incomparabili Poſuit.
MDLXI.

Claræ Brippiæ Stanghæ Comitiſſæ
Generis ſplendore Claræ,
Omniq; matronali virtute clariſs. cum priſcis omnibus, & Illuſtribus Fœminis comparandæ. Jo: Baptiſta Stangha Comes Fil. Matri optimæ, ac benemerenti Poſuit. Vixit ann. XLVIII. dies XV. Obiit XVIII. Kal. Januarii MDLXXXIV.

Eod. Anno.

MAtthæus Brumanus magnus Theologus, & Orator, de quo in Tabula Epiſcop. Melphienſium adiecta Synodo Cardinalis Scaliæ &c. habetur. *Fuit Can. Reg. Lateran. à Sixto V. Sum.*

Pont.

Pont. creatus Ep. Nicomed., & Suffraganeus Mantuæ, ac reditibus Eccleſiaſticis ditatus, cùm apud Sedem Apoſtolicam legatione fungeretur pro Duce Mantuæ, ab Innoc. Nono Pont. Max. Epiſcop. Melphienſis, ac Rapollenſis declaratur, & poſteà à Clemente VIII. confirmatur. Melphium acceſſit, ubi ſtatim Epiſcopale Palatium ampliavit, ac Sacriſtiam paramentis auxit. Verùm dum Eccleſiam à fundamentis reædificare deſignavit, & neceſſaria omnia paraſſet, improviſa morte deceſſit anno 1594. 19. *Auguſti, eod. Clem. VIII. Sum. Pont. ætatis ſuæ anno* 49. *ſepultus in Cathedrali tanto cum bonorum omnium gemitu, & lacbrymis, quanto nunquam anteà quiſquam ſepultus fuerit. Adhùc etiam extat de eo Melphiæ gratia, & celebris memoria.* ſcripſit

De Eccleſiaſticorum redituum juribus, & origine lib. 2.

De Matrimoniorum validitate, & invaliditate jure, praxiq; indaЀa penès omnem ætatem, & gentes lib. 2.

Orationem habitam in Dieta Romæ congregata, dum ad Epiſcopalem Cathedram translatus, officia ſuæ fidei, curæq; commiſſa reſignavit, quam MS. teſtatur vidiſſe Celſus de Roſinis apud Placidum Blancardum Cremonenſem, virum probum, & eruditum, Ferrariæ Abbatem.

Idem Roſinus de eodem latiſſimè *in Lyceo Lateranenſi Vol.* 2. *lib.* 11. ad quem remitto legentem.

Pennottus lib. 3. *cap.* 54. qui tamen errat, ubi dicit obiiſſe anno 1596.

Franciſcus Zava inſignis Orator, & Poeta Cremon. eidem, dum eſſet Abbas S. Petri de Pado, dedicavit ex ejus Operibus tom. ſecundum, cui tit. *Rerum Illuſtrium &c. Cremonę apud Chriſt. Draconium* 1585. & ibi eum ſummè cum ejus familia commendat.

Archangelus Rubeus Can. Reg. Lateran., & Carinulæ poſtmodùm Ep. de quo ſuo loco quammulta compoſuit carmina Italica ad laudem Matthæi Brumani, edita *Regii Lepidi per Herculianum Bartolum, Conſilio Petri Gennarii Cremon. Bibiliopolæ* 1585.

MDXCIV.

MArgarita à Turre, ad ſæculorum, & hominum invidiam Matrona piiſſima, cujus ſimile nomen, & cognomen non ſine arcano Dei Myſterio ſortita eſt. *Hæc ſicut Margaritum fulgens, quæ arguit ſapientem, ut in Prov.* 25. *num.* 12. ac uti *pretioſa illa Margarita Evangelica* Cremonæ Literatæ lucem in ævum duraturam attribuet. Hæc fuit *Turris excelſa in media Civitate, ut in lib. Jud. cap.* 9. *num.* 51. *Hæc Turris fortiſſima nomen Domini, ut in Prov.* 18. *num.* 10 quæ ſanctiſſimam, ac doctiſſimam Societatem, Jeſu nomini dicatam, primùm Cremonæ ſuſcepit, ex cujus indè uberrimis, & eruditiſſimis Lyceis, quibus die ſecunda Novembris anni 1599. datum fuit initium, continua jam unius ſæculi ſerie, præſtantiſſimos in bonarum artium ſtudiis adoleſcentes, ac viros prodire viſum fuit. Hæc igitur, quæ noſtris Literis tot opere ſuo præſtitit beneficia, meo in libro non ultimam meruit habere ſedem. Hinc

Literatorum Turritæ Urbis noſtræ monumenta, quiſque ex hac Turri proſpiciet, cùm Regio Propheta canere poterit: Patriæ glorias narrate in *Turribus* ejus.

Tantæ rei teſtis eſt *Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonæ*, ſcribens de Eccleſia SS. Petri, & Marcellini *pag.* 146.

Verùm ex ſubnectendis epiſtolis ab Archivio noſtro deſumptis, ex literis anni 1594. clariùs id elicietur, pro ut qua humanitate P. P. Soc. Jeſu à Cremonenſibus excepti fuere.

Ill.mo, & Rev.mo Sig.

RAllegrati, & innanimati noi dalla fondatione d' ùn Collegio de PP. Geſuiti, ſtabilita dalla noſtra Sig.ra Margarita Torra, honoratiſſima Matrona di queſta Patria, e ſanto ſpecchio di pietà eſemplare, habbiamo voluto moſtrar la noſtra conſolatione à V. S. Ill.ma per sì notabil gratia, conceduta al ſuo deſiderio tanto inclinato all' errezione di queſta ſalutifera Caſa nella ſua Cura Epiſcopale, & inſieme ci è parſo di pregarla per la confidenza dello Spirito Santo ripoſata nel ſuo zelantiſſimo animo, che ſi degni d' impiegar tutta l' auttorità, & forza ſua per ridur' à perfezione queſta pregiata ſcola di dottrina Chriſtiana, e di ſanti coſtumi; poiche il viril penſiero di una Donna neceſſita l' eccellenza dell' huomo à ſuperar sì degno principio con digniſſimo fine, & maſſime chiamando Dio con sì chiaro argomento ogni concorſo di diligenza, che poſſa giovare, e promettendo con sì ſegnalato invito ogni facilità, che poſſa guidar bene queſto negotio. Veramente ſe bene ci dà contentezza grave l' evidenza del preſente ſucceſſo; non ce ne dà però minore la ſperanza de' futuri effetti, che aſpettanſi da V. S. Ill.ma & inchinandocele umilmente preghiamo N. S. Dio, che la faccia altretanto feliciſſima nell' eſecutione de' buoni progreſſi, quanto è ſtudioſiſſima negli accreſcimenti delle opere ſpirituali; Di Cremona li 29. Genaro 1594.

Molto Ill.ri Sig.ri

LA pietà, & buona inclinatione, che hò conoſciuto generalmente in coteſta Città, & particolarmente in molti gentilhuomini, con i quali piu volte mi è accaduto di trattare, mi rendeva certo della conſolatione, che era per ſentire ogn' uno del principio, che hà dato coteſta buona Signora dei Torri, ad un Collegio dei Padri della Compagnia di Gieſù, ma queſta lettera delle S. S. V. V. dei 28. del paſſato, m' hà rappreſentato tanto al vivo il contento publico, e particolare, che hà in coteſta Città per queſta ſanta opera, che n' hò ſentito io grandiſſima, & duplicata conſolatione, parendomi di poter giuſtamente ſperare, che le S. S. V. V. come quelle, che conoſcono già il frutto, che ſi può aſpettare da così buoni Religioſi, in benefizio della Gioventù particolarmente, & che poſſono promovere queſto ſanto principio, ſiano per fare opere degne della pietà loro, della nobiltà della Città, e del biſogno della Gioventù ſudetta. Di me poſſono pro-

no promette ſi le S S. V. V. tutto quello, che dipenderà dalle deboli forze mie, & ſe piacerà al Signor' IDDIO, & al ſuo Santo Vicario, che io ritorni preſto à vedere, godere, & ſervire le S S. VV. come pur confido, & deſidero ſommamente, conoſceranno, che non laſciarò deſiderare in queſto negotio l'opera mia, ne qualſivoglia ajuto, che poſſa procedere da me; frà tanto prego le S S. VV. con ogni efficacia, che durando l'aſſenza mia, vadino penſando di ajutare l'inſtitutione di quello, che una Gentildonna loro hà cominciato, & fare in modo, che io intenda preſto il frutto dell' allegrezza, che hora mi rappreſentano eſſere in coteſta Città; la quale ancorche carica d'altre gravezze, ſpero ch' abbracierà ancora queſt' occaſione di meritare da Dio N. S. eterno premio, & dal Mondo ancora continuatione di gloria, & tutto ſarà conforme al loro antico deſiderio, che hanno moſtrato di haver coſtì un Collegio, & alla ſperanza, che già diedero alla ſanta Memoria di Gregorio noſtro Padre, e Padrone, e poi ancora à me fatto coſtì ſuo ſucceſſore, benche indegno. Et col fine prego Dio N. S. per la Città tutta, & in particolare alle S S. VV. concedi vera felicità con la ſua ſanta gratia

Di Praga li 22. di Febraro 1594.
Delle S S. VV. M. Ill.ri
Aff.mo per ſervirle ſempre
C. Veſcovo di Cremona &c.

Non parùm ſiquidem erectioni Collegii præfuerunt Chriſtophorus Fundulus, Paulus Foſſa, ac Abbas Nicolaus Amidanus, cui poſtmodùm validiſſimam impoſuit manum, ut vidimus, Cæſar Specianus nitidiſſimum, inter Epiſcopos noſtros, Mitræ ornamentum.

MDXCV.

FRanciſcus Savareſius Seminarii Cremonenſis Alumnus, ingenio perpolito, & exculto in inveſtigandis præcipuè Philoſophiæ arcanis, adhùc Juvenis admodùm vulgavit opuſculum.

Mentis humanæ naturalis perfectio, quam publicis diſputationibus excutiendam propoſuit. Brixiæ apud Vincentium Sabbium 1595., idq; dicavit Cremonenſis Seminarii Moderatoribus.

Antonio Riccio.
Alexandro Schinchinello.
Dionyſio Somentio.
Nicolao Amidano.
Claudio Archidiacono.
Jo: Baptiſtæ Gadio.

Eod. Anno.

PAulus Æmilius Marcobrunus è Civitate Bozzuli Diœceſis Cremonenſis, à Secretis Ferrantis Gonzaghæ, & demùm Comitis Octavii de Affaitatis Cremonenſis Patricii, edidit *Venetiis apud Petrum Duſinellum* 1595. *in* 4. librum attitulatum.

Rac-

Raccolta di lettere di diverſi Principi, ed altri Signori, che contengono negotii, e complimenti in molte gravi, & importantiſſime occorrenze.

In eodem volumine memorant ipſum multo cum honore Veſpaſianus Gonzaga Dux Sablonetæ, nec non Principiſſa Molfettæ in epiſtola ad Carolum Borromęum tit. S. Praxedis Cardinalem, exinde inter Sanctos relatum, & alii.

Ex eadem ſtirpe fuerunt celebres Nicolaus, & Melchior Viris Principibus admodùm grati, inſignibus indultis, ac privilegiis aucti, ut ex eodem volumine.

MDXCVI.

RAphael Stanga adoleſcens adhuc in ſtrictiorem, ſcilicet Capuccinorum Divi P. Seraphici familiam adſcriptus, mollis illius ætatis, ſuæq; nobilis domus illecebras perfugiens, totum Deo ſe vovit, præter regularem diſciplinam in unico doctrinarum genere exercitus, optimè illuxit, ut Vir conſiliis, & prudentia inter ſuos Conſodales præclarus extiterit. In comitiis provincialibus Lugdunenſis Provincię Primarius Miniſter eligitur, tandem ſanctimonię fama deſiit eſſe mortalis. Ejus Opera deſiderantur, cùm eſſet homo doctiſſimus; ac Evangelicæ veritatis egregius Concionator, ut ſcribit *Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr. lib.* 1. *p.* 3 ejuſdem, & meminit cum laude *P. Zaccharias Boverius in Annal. Capuc. tom.* 2. *p.* 2. *pag.* 87. Ibi etiam *p.* 1. *p.* 264. memoratur Benedictus à Cremona, cujus progeniem me latet, totius Regularis diſciplinæ præclarum exemplar.

Eod. Anno.

LAzarus Piovanus, ſeù de Plebanis, non modicæ eruditionis vir, dum eſſet Mediolani, prompto calamo digeſſit, & excudi curavit Opuſculum

Breve Narrazione della ſolenne, & univerſale allegrezza, e trionfo fatto dalla Città di Milano, nell' Entrata dell' Illuſtriſſimo, e Reverendiſs. Cardinale Federico Borromeo, Arciveſcovo di Milano. Ibid. per Franciſcum Paganellum 1596.

MDXCVIII.

JOannes Antonius Sertorius in poeticis intimè doctus, unitim non quidem, ſed vellicatim nonnulla ejus carmina latina mihi videre contingit, & ſingillatim.

Ad Didacum Salazarium ſupremum Med. Cancellarium in libro Decretorum, ſeù Ordinum, Conſtitutionumq; declarationes. Mediol. 1598., &

In Opuſculo Alexandri Rubini.

Ad Herculem Sfondratum Montis Martiani Ducem, & alia habita ab humaniſſimo Cotta.

Eod.

Eod. Anno.

LUcas Burgus bonarum literarum facundiſſimus Cultor à Secretis celeberrimi Præſulis Joannis Franciſci Bonhomii, de quo ſcripſimus, Vercellenſis Epiſcopi, tempore ejus inſignium legationum ſemper intimus, & familiaris præter alia ſyncero calamo ſcripſit hoc Opuſculum, *Brevis Commentarius rerum à Bonhomio præclarè geſtarum inter Carmina ejuſdem Bonbomii*, ut vidimus excuſus *Mediolani apud Jacobum Picaleam* 1598. cura ejuſdem Burgii, qui totum librum Principi Guilelmo Comiti Palatino Rheni, utriuſque Bavariæ Duci dicavit.

MDXCIX.

CArolus Marianus Vir in omni eruditionum cultura verſatus, & in Geometricis artibus admodum excellens. anno 1599. Cremonæ in Typographia Barucini de Zannis excudere fecit

De Circuli Quadratura demonſtrativum opuſculum, ejuſdemq; inventum.

Ante ipſum ſcripſerunt in ſimili materia M. Jacobus Chriſtmannus Tract. Geometr. de Quadratura Circuli. Francofurti per Zachar. Palthenium 1594.

Jacobus Falconus. Antuerpiæ 1591., & alii poſt ipſum.

Thomas Gephyrandrus. Tremoniæ apud Jo: Vvelthovium 1610., & alii.

Item ſcripſit.

De Inventione lateris Heptagoni in circulo dato

Hujus opuſculi notionem perhibuit mihi Doctiſſimus Guido Grandus Camald. Hac epiſtola in quà cum pro Mariano ſubtiliſſimè ſumat apologemata contrà P. Clavii cenſuras eum ſubnectere ſatius duxi.

*P. Chriſtophorus Clavius in ſua geometria poetica lib.*8. *prop.* 30. Qui ſic habet.

Inventionem lateris Heptagoni in dato circulo non rectè à quibuſdam tradi demonſtrare.

CArolus Marianus Cremonenſis totum unum libellum edidit *de Inventione lateris Heptagoni in circulo dato*, in quo probare conatur latus Heptagoni reperiri hac ratione. Sit circulus *a b c*, cujus centrum *d*, diameter *c a*, in qua producta capiatur *a e* æqualis quartæ parti ſemidiametri *a d*, ità ut *a e* quinta pars ſit rectę *d e*. Deſcripto autem ex *e*, ad intervallum ſemidiametri *a d* circulo ſecante datum circulum in *b* jungatur recta *a b*, quam dicit eſſe latus Heptagoni; Quod eſſe falſum ità oſtendemus &c.

Hactenus Clavius exponens inventionem Mariani, quam benè confutat, ſed neque adducit, neq; directè ſolvit demonſtrationes, quibus Marianus uſus erat in tali deſcriptione; imò poſt expoſitam & confutatam aliam Franciſci Candallæ inventionem ſic concludit Paralogiſmos tùm Caroli Mariani, tùm Candallę, quos comittunt,

non

non eſt hujus loci manifeſtare: ſatis nobis eſt, indicaſſe eos non rerectè deſcripſiſſe Heptagonum æquilaterum, & æquiangulum.

Summa hæc ſit. Ego diligenter examinavi hanc Mariani inventionem, & ſi ea eſt, quam Clavius exponit, certè licèt ſit admodùm proxima vero lateri Heptagoni, ità ut ſepties replicata linea *a b* per circuli peripheriam abſq; ſenſibili errore Heptagonũ æquilaterum mechanicè in Circulo deſcribatur, eaq; in praxi tutò uſurpari poſſit, ut praxis Alberti Dureri jam recepta, quæ dat latus omninò æquale ipſi lateri *a b* per Marianum invento, ut ipſe Claudius oſtendit; Tamen certum eſt, eam Mariani praxim non eſſe præciſam, ità ut Marianus non omninò geometricè ſit aſſecutus intentum; eſt enim ſolidiſſima Clavii confutatio, quamquam nobis acutè inquirentibus non potuit non evidens apparere; eſt autem talis, ut ad ſtrictiorem formam illam ex me reducam ſine erroribus, quos per incuriam Impreſſorum habet Figura Clavii. Ducatur *b e* ſecans datum circulum in *f*, junganturq; *db d*, *f*. Si *a b* latus eſt Heptagoni; continebit angulus *a db* $\frac{2}{7}$ hoc eſt $\frac{4}{4}$ duorum rectorum (cùm debeat arcus *a b* eſſe ſeptima pars circumferentiæ, & $\frac{1}{7}$ duorum rectorum ſubtendere, ſi angulus in peripheria ſit, adeòq; $\frac{2}{7}$ ſi in centro ſit, ubi angulus debet duplus eſſe per 20. 3. Eucl..) ergo duo reliqui anguli *d b a*, *d a b*; qui debent cum ipſo *a db*. continere ſumma duorum rectorum per 32. 1. Eucl. $\frac{10}{14}$ duorum rectorum ex ſe continebant; ſunt autem æquales per $\frac{5}{5}$ 1. Eucl. quod latera *da*, *db* æqualia ſint; ergo unuſquiſque illorum continebit $\frac{5}{14}$ duorum rectorum. Cùm igitur *da b* $\frac{5}{14}$ duorum rectorum continent, & hìc per 32. 1. æqualis ſit duob. internis *a e b*, *e b a* duo iſti anguli $\frac{5}{14}$ duorum rectorum pariter continebunt; ſed *a e b*, qui per 5. 1. æqualis eſt ipſi *a db* eò, quod *db*, *b a* æquales lineæ ſint, continet $\frac{4}{14}$ duorum rectorum, ſicut dictum eſt, ipſum *a db* continere; reliquæ igitur *e b a* $\frac{1}{14}$ duorũ rectorum habebit. Eſt autem *adf*, qui in centro duplus ipſius *eba* per 20. 3. Eucl. habebit *a df* $\frac{2}{14}$ duorum rectorum, ſed totus *a d b* $\frac{4}{14}$ continebat; eſt igitur *a db* duplus ipſius *a df*, quo circa linea *df* bifariam dividit angulum *a d b* igitur per 3.6. Eucl. ut *b d* ad *b a* ità *bf* ad *f e*, & componendo, ut *b d a* ad *d a*, ità *b e* ad *f e*, cum autem *b b* ſemidiameter ſit 4. & *de* 5. erit *b da* ſimul ad *da* ut 9. ad 5. eſt verò *b e* æqualis ſemidiametro circuli 4. ergo *b e* ad *f e* ſe habet ut 4. ad 2 $\frac{2}{9}$ ut eamdem proportionem habeat, quàm 9. ad 5. & cùm *dc* æqualis ſit ipſi *b D* erit C *e* 9. & *a E* 5. quod autem fit ex *c e* in *a e* æqualis eſt, (per coroll. 36. 3. quoniam utrumque rectangulum æquale eſt uni, eidemque quadrato tangentis ex puncto *e* ductæ deſcripto) ei, quod fit ex *b e* in *f e*; igitur quod fit ex 4. in 2 $\frac{2}{9}$ æquale erit ei, quod ex 9. in 1. nempe ipſi 9. hoc eſt 9. æqualis erit 8. $\frac{8}{9}$ quod eſt impoſſibile ductum ex hypoteſi, quod *a b* foret verum latus Heptagoni in circulo inſcripti ex inventione ipſius Mariani; Undè ipſa inuentio non erit mathematicè præciſa.

Si igitur à P. Clavio fideliter relata eſt Mariani noſtri inventio, non

dubium

dubium, quin etiam ſit ſolidè impugnata, neq; tergiverſationibus locus patere poteſt contrà Mathematicas demonſtrationes. Cæterùm qui Mariani ipſius lucubrationem legere poſſet, ejuſq; rationes examinare, fortaſsè haberet in quo redargueret Clavium, ſi nempè, vel non fidelitèr ejus verba retulerit, vel argumentum Mariani, fortaſsè non de geometricè acurata Heptagoni deſcriptione Agentis, ſed de mechanica delineatione ſenſibiliter tuta differentis, in ſenſu nimis rigoroſo acceperit, quem noſter auctor numquam intenderit &c. Itaq; hoc tantum colligere debes, quod praxis illa quamquam non mathematicè exacta ob demonſtrationem ex Clavio allatam, ſit tamen, & valdè expedita, & in praxi admodum tuta, quippè quæ verò lateri proximum latus inveniat; undè excuſari poterit ipſe Marianus, ſi non defendi. Secundo habes Marianum ſcripſiſſe opuſculum illud *de inventione lateris Heptagoni in circulo dato*, quod diverſum eſſe debet à *Circuli Quadratura*, niſi fortè cum ipſa loco appendicis editum ſit. Certè alius eſt labor unius, ac alteriùs argumenti, neque unum per ſe confert ad aliud. Laudandus in utroq; labore Marianus, quod conatus ſit opera iſta quæ tot Geometrarum ingenia hactenùs per tot ſæcula fatigarunt, & ut puto, ad hanc diem inanitèr, ipſe fortitèr aggredi, quæ ſi conſequtus non eſt

Magnis tamen excidit auſis.

Neſcio enim quàm felicitèr Circuli quadraturam ipſe conſequtus ſit in eo, de quo mones, opuſculo; certè ſi inveniſſet quomodo ejus gloria inter Mathematicos adhùc in Circuli Tetragoniſmo laborantes latere poſſet; ſi autem ſe inveniſſe putavit, ſocios habet magnos viros Albertum Durerum, Nicolaum Cuſanum, Orontium, alioſq; quorum tamen paralogiſmos rejectis illorum inventis, inſignes viri poſtmodum confutarunt; neq; enim abſq; lineæ quadratricis auxilio hactenùs potuit Circuli area in quadratum æquale commutari; Videndus eſſet tamen ipſe auctor in fonte, ejuſq; demonſtrationes examinandæ an verè in geometricum punctum colliment &c.

Eod. Anno.

OFfredus de Offredis Legum Doctor aliiſq; titulis clarus Præfectus à Cubiculis Gregorii XIV. ſubindè à Clemente VIII. Epiſcopus Melfetenſis, & ad Celſiſſimam Rempublicam Venetam Apoſtolicus Legatus ibi debitum naturæ perſolvit menſe Junio 1606.

Tanti Viri eſt commemoratio apud *Hiſt. Venetam Sanſovini in Additionibus Martiniani lib. 1. pag.* 55 in ſequenti Epitaphio Venetiis exiſtenti ad ædes Divi Franciſci de Vinea nuncupati.

Joanni Mariæ Offredo Patritio Cremonenſi ſummæ ſpei adoleſcenti, qui cum xvi. annum attingeret, Equitum coborti in Gallia ſumma cum laude præfuit, & in ætatis ſuæ xviij. imma-

tura, *&* *acerba morte Venetiis occubuit. Offredus Epiſcopus Melfetenſis Legat. Apoſtolicus Fratri Amantiſs. mærens P. obiit die* 19. *Januar.* 1599.

Abbas Ughellus in Ital. Sacra tom. 1. perperam, ut ſolet de multis noſtrum Offredum vocat Florentinum.

Ejuſdem meminit *Breſſianus in Roſis*, *&* *Violis* non facta quidem mentione eum fuiſſe Epiſcopum, ut vidimus.

Eod. Anno.

BLaſius Rubeus J. U. D. Jo: Baptiſtæ F. Præpoſitus Eccleſiæ SS. Ægidii, & Homoboni Vir apprimè in hiſtoriis ſedula eruditione ſtudioſus vulgavit *Opuſculum*, cui tit.

Tabula dyptica Epiſcoporum Eccleſiæ Cremon. juſſu Illuſtriſſimi, *&* *Rev.mi D. D. Cæſaris Speciani*. Eamque dicavit Rev.mo Capitulo Cathedralis Eccleſiæ, quæ circumfertur in fine Synodi primę ejuſdem Ep. Speciani *Cremonæ apud BaptiſtamPellizariū* 1599.

Notandum eſt Rubeum incipere hiſtoriam à Stephano Romano, qui fuit decimus Ep. Cremon. anno 320. quo fuit celebratum primum Concilium Nicenum, ibi electus à Sylveſtro Magno Sum. Pontif., & in Epiſtola nuncupatoria promittit è tenebris eruere reliquos Epiſcopos, qui ante memoratum Stephanum adfuere.

Epiſcopi Eccleſiæ Cremon. uſq; ad hanc diem fuere num. octuaginta quatuor, quorum poſtremus eſt Alexander Cruceus Mediolanenſis Patritius Antiſtes ornatiſſimus; inter quos unus Summus Pontifex ſcilicet Gregorius XIV. &

Undecim ex S. R. E. Cardinalibus nempè

Anno 1290. Bonitius de Narnis Cremon.
1317. Ægidius de Madalbertis Cremon.
1485. Aſcanius Maria Sfortia Vicecomes Cremonæ natus Franciſci Sfortiæ Ducis Mediol. filius.
1508. Galeottus Franciottus de Rupere Julii II. Pont. Max. ex Sorore Nepos.
1523. Petrus de Acoltis Aretinus.
1524. Benedictus de Acoltis nepos ejuſdem Petri, & celeberrimus Scriptor.
1548. Franciſcus Sfondratus Cremon.
1550. Federicus Cæſius Romanus.
1560. Nicolaus Sfondratus Cremonenſis exindè Gregorius XIV.
1607. Paulus Sfondratus ex Cremonenſi familia.
1621. Petrus Camporeus Mutinenſis.

Memoratur Rubeus *ab Ughello in Ital. Sacra etiam Balladorio in Vita S. Homoboni pag.* 521.

Eod.

Eod. Anno.

JOannes Stephanus Chizola Cremon. Diœceſis Carmelita in literis eminentiſſimus, de quo Vir ille numquam interituræ memoriæ *Carolus Cartarius* à me ſemper dulciſſimè relatus in ſuo *Athenæo Rom.* ut ipſe nobis indicavit MS. habet, *Joannes Stephanus Chizola Cremonenſis Diœceſis ſacro Carmelitarum Ordini addictus. Grates iterùm Biſcareto rependo, cujus calamus in mox indicata MS. Hiſt. pag.* 135. *Profeſſorem hunc celeberrimum nedum mihi exhibuit, de quo in Tabulario ſtudii altum ſilentium (nec mirum; Catalogi quippè profeſſorum, qui annis, quibus Chizola ibidem docuit, in eodem Archivio non aſſervantur, & hinc aliorũ quampluriũ notitia evanuit) ſed ipſius geſta, ea, qua perleges diligentia, fuſiſſimè enarravit. Iterùm, ac tertiò grates. Jo: Stephanus Chizola à Riparolio Diœc. Cremon. Carmelita inſignis, qui in ſuo Monaſterio Cremonæ humaniores literas, Philoſophiam, ac Theologiæ partem, aliam verò Papiæ didicit, evaſitque Doctor non vulgaris æſtimationis; erat enim acutus in diſputationibus, in concionibus conceptuoſus, & gratus, in omni denique ſcientiarum genere verſatiſſimus, & in regenda Republica prudens. Pluribus in locis Regentis munus exercuit honorificentiſſimè, poſteà cum Hieronymo Aleoto per Univerſam Galliam, Germaniam, Angliam, Scotiam, Hyberniam, Poloniam, & Boemiam conſtitutus fuit Vicarius, ac Viſitator Generalis cum pari facultate, qua occaſione Pariſiis multa ſuſtinuit adverſa in componendis rebus Congregationis Albienſis, pro qua multa ſanctiſſima decreta facta fuere, illaq; approbavit Summus Pontifex Sixtus V., & in Gallia ſocios habuit Antonium Breluque in Aula Chriſtianiſſimi Regis Procuratorem, & Deſiderium Buffet, & quia Gregorius XIII. Summus Pontifex mandaverat, præfatam Congregationem Albien. extingui debere, ipſum idem decrevit, ac mandavit Sixtus V., qui eam præfatis Chizolæ, & Aleotto conceſſit Breve pro viſitandis præfatis Provinciis. Inde Procur.*[r] *Gen.*[lis] *à Jo: Baptiſta Capbardo Ordinis Gen.*[lis] *conſtitutus fuit, qua occaſione ante Summum Pontificem, & Collegiũ Apoſtolicum egregias, doctiſſimaſque Orationes habuit, ac in Sapientiæ Romanæ Gymnaſio Theologiam publicè expoſuit, hancq; ſcientiam priùs docuerat Florentiæ, nec non conſtitutus fuit Provinc.*[lis] *Provinciæ Romanæ; mortuo poſteà ipſo Capbardo, Ordinis Generalis, noſter Chizola conſtitutus fuit à Summo Pontifice Clemente VIII. Vicarius Generalis Apoſtolicus totius Ordinis, & Præſes Capituli Generalis, quod fuit celebratum Cremonæ anno* 1593. *& antè illius celebrationem poſtulavit à Sacra Congregatione Concilii Tridentini nuncupata declarari; An Generalis poſſet inſtituere Provinciales Angliæ, Hyberniæ, Scotiæ, Daciæ, Saxoniæ, & aliar. Provinciar., quæ olim in Religione verum, & reale jus, & Dominiũ, juriſdictionemq; amiſerant, ità ut potiantur gratiis omnibus, & privilegiis, tàm in Capitulis Generalibus, quàm extrà, ſicut olim de facto habebant; Sacra verò Cõgregatio quid ſentiret, reſcripſit eidem exiſtenti Vicario generali &c. in hoc Capitulo &c. Decretum inſuper*

&c. Ipſe verò adhuc Vicarius Ordinis viſitavit Provincias Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ, & Terræ Laboris, & in Provincia Lombardiæ Præſidem Provincialis, & Socior. iturorum ad Capitulum Gener.[le] *eligendorum deputatis, Jacobū Raymundum tunc Provinciam gubernantem, & nominavit pro electione &c. Indè aſſumptis Alphio Mattiolo Siculo Procuratorem Gen. in Socium, & Benedicto Siccorio Genuenſi in Secretarium receſſit ab Urbe Romana, obtento priùs beneplacito Apoſtolico, pro viſit.*[ne] *Hiſpaniarum, & dum eſſet in illis partibus, à Nuncio Apoſtolico mandatum recepit, ut ſe præſentaret pro ratione reddenda de quibuſdam ſibi oppoſitis à perverſis aliquibus, & capiti ſuo proditoribus, & interim ſibi aſſignavit alium Secretarium, Bened.*[to] *depoſito ab Officio; quare ſua jura dicere voluit, ſed non fuit auditus; nam illius Adverſarii Regias aures, & Magnatorum prævenerant, quare Romæ etiam auditis illis, multa adverſa ſuſtinuit; nàm in Arce S. Angeli aliquo tempore detentus, tandem ab Officio avocatus fuit, ivitq; in Siciliam, ibiq; apud Drepanum ex ærumnis pręſentibus exivit* 1599. *Plurima illius egregia MS. extant Romæ, Cremonæ, ut ego vidi; nempè.*

Quadrageſimale lib. 1.
Lectura in Metaphyſicam lib. XII.
In Magiſtrum ſententiarum libri plures.
Decreta à Fratribus Pariſienſibus obſervanda lib. 1.
In Primum Sententiarum Lectura Florentiæ habita lib. 1.
In tertium Senten. Lectura ibidem habita lib. 1.
In quartum Sent. Lectura in Coll.º Sapientiæ Romanæ habita lib. 1.
Lectura de his, quæ Philoſophi cognoverunt de Deo in Sapientia Romana habita lib. 1. 1587.
In Epiſtolam ad Romanos Lectura lib. III. *ibidem* 1585.
Conſtitutiones pro Provinciis Hiſpaniæ, & pro Studentibus lib. 1.
Orationes habitæ in Sacello Pontificio lib. 1.
Operis Harmoniæ Evangelicæ tomum ſecundum numeros.
Thomę Beulxampis cudi mandavit. Hęc omnia ferè extant Cremonę in noſtra Bibliotheca. Joſeph Breſſianus Cremonenſis de Viris Illuſtribus Cremo: Regeſtum, & Archivium Ordinis. Hactenus Cartarius.

Præter memorata MS. extant *Cremonę* 1593. *typis Chriſtophori Draconii. Conſtitutiones, & decreta tàm prò reformandis bonarum literarum ſtudiis, quàm pro reparanda Vitæ Regularis obſervantia Ord. Carm. in Conv. S. Bartholomęi in Capitulo Generali die* 6. *Junii* 1593. *edita juſſu ejuſdem.*

De eod. *Antonius Poſſevinus in App. Sacro.*

P. Daniel. in ſpeculo Carmel. tom. 1. *ſub num.* 583.

P. Petrus Lucius Belga eidem dicavit ſuum librum D. Joannis Trithemii Abb. de laudib. Carmel. Religionis &c. inſcriptum, & de eo plura etiam pag. 56.

P. Didacus Decoria Maldonatus Carm. in libro, hiſpano idiomate conſcripto, inſcripto, Dilucidario &c. Dellas Cronicas &c. lib. 11. *in fine.*

P.M.

P. M. Joſeph Maria Fornarius in Anno memo. Carmel. plura de eodem pag. mihi 352.

P. Joſeph Falconus Placentinus dicavit ejdem ſuum Chronicon Carmel. Placentiæ excuſum apud Jo: Bazachium 1595. ſcribendo *Al Reverendiſſimo, e Graviſſimo Procuratore M. Gio: Stephano Chizzola Cremoneſe, digniſſimo Generale de Carmelitani*, & in epiſt. nuncupat. de eo plura &c. Verùm miror, cùm iſte bonus Frater inſcribendo ſuum Opus Chizolæ Cremonenſi, tàm malè de Cremonenſibus ſentiat in recenſito Chronico, ubi de S. Franciſco Martyre Carmel. ſcriptitat; Si docto quidem, & prudentiori calamo potiùs, quàm ridiculis dicteriis hęc ſcripſiſſet, veritatem ſibi meliùs concitaſſet; Falconius Mecaſtor neſciebat, quæ ſcribit *Plutarchus in Theſeo;* reverà grave videtur cum Civitate, quæ linguam habet, & literas, inimicitias exercere.

Audiatur, quomodo veritate fultus narret hoc facinus, à plebe tantùm in Urbe noſtra perpetratum; *Idem P. Daniel à Virg Maria Carmel. in Vinea Carmeli &c. Antuerpiæ* 1662. *in Chronologia S. Simonis Sthoc. pag.* 417. *ad annum* 1257 *refert Benedictus Gononus in Chronico ſuo Mariano Martyrium B. Franciſci Cremonenſis natione, ſed Senenſis Carmelitica profeſſione, qui cum prædicaret Cremonæ contrà peſſimum blaſphemiæ vitium &c. à concitata plebe ad columnam quamdam in medio fori alligatus, ac lapidibus, ut alter Stephanus obrutus, pro lapidantibus omnibus orando, in pace quievit. Miraculis in Vita, ac poſt mortem clarus, de quibus alibi ejus corpus Cremonæ in Eccleſia S. Bartholomæi aſſervatur, & hæc diſtinguunt Franciſcum Senenſem à Franciſco Cremonenſe, uc multi confundunt.*

Terminata quæſtione cum Falconio, alteram non minoris ponderis aggredior contrà Andream Roſſottum in ſyllabo Scriptorum Pedemontii, ubi de Jo: Stephano hæc refert.

Joannes Stephanus Chizola à Riparolo Ord. Carmelitarum, Vir magnus, & doctrina, & prudentia, & pietate. Anno Domini 1593. *Cremonæ Prior Generalis electus fuit, in quo munere magno zelo ſe geſſit. A' Summis Pontificibus Sixto V. Clemente VIII., & Gregorio XIV. magni habitus; nam Sixtus Commiſſarium Apoſtolicum Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Hyberniæ, & utriuſque Germaniæ illum creavit. Clemens poſt obitum P. Caffardi Prioris Generalis Vicarium Apoſtolicum Generalem elegit. Gregorius verò Procuratorem Generalem conſtituit. Taurini, Florentiæ, & Romę publicus Regens ſtudiorum extitit. Scripſit in Magiſtrum ſentent. lib.*4. *in Philoſoph.*cis *lib.*1. *Cōciones Qudrageſ. lib.*2. *Drepani in Sicilia vitam cum morte commutavit anno* 1597. *De eo ſcribunt Poſſev. Appar. Sacr. tom.*2. *Marcus Antonius Allegre de Caſanato in Paradiſo Carmelitici Decoris, ubi de eo hoc nobile affert Epigramma.*

Carmeli murus cecidit Chizola cadente
Virtutis gladius, buccina juſtitiæ.
Judicium præceps, contrarius Ordinis error,
Et levitas morum non placuere Patri.

Quo

Quo quidem in Epigrammate, bona Roſſotti venia fateor, me nihil deprehendere, quod vel minimam ad nobilitatem aſſurgat. Imò totum pedeſtre, inſulſum, plebejum, ſemibarbarum. At hæc ommittamus; Animadvertendus hic palmaris lapſus Authoris, qui Pedemontanum facit utrumque Chizolam. Undè verò labendi cauſa illi fuerit, apparet in Indice ſecundo Patriarum, ubi hæc habentur nullo fundamento fulta.

Riparolium Marchionatus titulo illuſtre eſt, ex quo fuit Bonifacius à Riparolo Ord. S. Franciſci Vir. ſanctitatis opinione celebris, de quo ſcribunt, Angelos ipſius animam in hora obitus cæleſtibus cantibus ad Paradiſum tranſtuliſſe anno Domini 1330. *Ex eodem Oppido fuit Sixtus à Riparolo Min. S. Franciſci, qui ſeptuagenarius vitam cum morte commutavit ann.* 1533. *& Mantuæ ad ipſius ſepulchrum votivæ tabellæ ſanctitis ſigna præſeferunt. Ex eo ſunt*

Jo: Petrus Chizola

Jo: Stephanus Chizola.

Cauſæ ſuæ malè favet Roſſottus, qui nimiùm favet. Etenim Riparolum Pedemontanum Oppidum nullo ſanctitatis Alumno, aut Scriptore illuſtre duobus Chizolis auget. At quid inde gloriæ huic Oppido, quid laudis huic ſcriptori alienæ gloriæ, laudiſq; frui nulla planè venia digno? Rideant furtum, quicumque Chizolas Riparoli in Agro Cremonenſi notos novere; novere autem quotquot Biſcaretum, Cartarium, alioſque de ipſis agentes lectitarunt. Proindè ſupinus omninò in hoc lapſu dicendus foret Roſſottus, niſi ità, & in aliis hujuſmodi mendis deprehenderetur, ut meridiana luce clariùs pateret, voluiſſe ſe ipſum decipere, ut alienos Scriptores, prout vidimus etiam in Bonhomio, inter Pedemontanos trahere impunè ſibi liceret. Unum recenſebo Petrum Angelium Bargeum U. C. quem Bargæ in Pedemontio adſcribit, cùm nemo non ignoret, Bargæ nobili in Hetruria Oppido natum Angelium, qui Syriadem, eodem quo Taſſus argumento uſus, elegantiſſimũ, laudatiſſimumq; Poema cecinit, aliaq; quamplura italico, ac latino carmine conſcripſit, ut videre eſt apud *Gyraldum Hiſt. de Poet. & Laur. Craſſum de Poet. Græcis*. Inter Orationes Florentinas à *Carolo Dato U.C.* collectas, legitur Oratio Franciſci Sanleolini habita in funere Angelii, in qua Bargæ in Hetruria ortus dicitur. At quid plura? Res nota lippis, & tonſoribus. Floret ad hanc diem Gens Angelica in Tuſcia, Cardinali Jacobo de Angelis nunc illuſtrata, Piſas Barga translata. Hetruſcus quoque eſt Antonius Bargenſis Olivetanus, qui à Roſſotto pariter malè inter ſuos, & ſubdole deſcribitur.

MDC.

ALexander Guazzonus S. T. & J. U. D. Prothonotarius Apoſtolicus, Cathedralis Eccleſiæ Cremonę Archipresbyter, annuente univerſo clero Cremonenſi, unà cum Alexandro Schinchinello, & Nicolao Amidano Canonicis, Orator ad Gregorium XIV. Pont. Max.

Max. poſt ejus ad ſummi Apoſtolatus faſtigium miſſus eſt. Cæſari Speciano apud Cęſaream Majeſtatem legationem Pontificiam agenti Theologus, ac tanto Præſuli ſumma benevolentia prę-carus, bonarum artium eruditiſſimus ſcripſit

Theologica multa, & italicè pulcherrimum Tractatum, cui tit. dedit *Della Natura delle coſe humane M. S.* quem apud ejus hæredes fuiſſe teſtatur *Breſſianus in Virtu. Raviv.* præterea multa

Opera in jure, &

Edictum contrà negligentes in adimplendis legatis piis, & præcipuè circà Miſſarum celebrationem, evulgatum die 8. *Aprilis* 1592. & inter decreta Synodi ejuſdem Cęſaris Speciani excuſum Cremonæ apud Baptiſtam Pellizarium 1599.

Meminit Alexandri *Cavitell in Annal* 1583.

Floruit ex hac ſtirpe Jo: Baptiſta non modò literis, ſed & armis inſignis, de quo cecinit *Diomedes Borgheſius lib. 2. part. 3. ſuorum rhytmorum.*

Eod. Anno.

AMbroſius Cantullus Auguſtiani Ordinis profeſſus, Sacræ Theologiæ Doctor, ac præclarus Orator, repoſuit in Patriæ Cœnobii Bibliotheca ſuæ eloquentiæ numquam interituræ monumenta, quæ ſunt

Concionatoria Tom. 2.

Sermones in feriis ſextis Martii

Proſtat ibi pariter ſequens opuſculum Octaviani Cantulli inſcriptũ.

Arbore della ſua famiglia inf.

Anno 1560. fuit ex hac gente Joannes à Sanctiſſimo Pio IV. Imolæ Gubernator electus, *ut Breſſian. in Roſ.*, & *Viol.*

Eod. Anno.

ANonymi quidem Theologi, & Juriſperiti hoc anno Cremonæ apud Barucinum Zannium ediderunt opuſculum, cui inſcriptionem fecere.

Quæſtio de Re Frumentaria à Theologis, & Juriſperitis definita, in Congregatione coram Illuſtriſſimo, & Reverendiſs D D. Cæſare Speciano Dei, & Apoſt. Sedis gratia Epiſcopo Cremonen. &c.

Eod. Anno.

JOannes Baptiſta Piſo Brambilla Rector Eccleſiæ S. Matthęi Cremonæ, & S. Helenæ demùm Præpoſitus, Vir omni eruditione, græciſque literis expertiſſimus, digeſſit Opuſculum MS. aſſervatum in Bibliotheca Cler. Reg. S. Abundii Cremonæ, cui tit.

Kalendarium, ſeù Martirologium ſemeſtre, quo Græci utebantur in Sacra Sophiæ Æde Coſtantinopoli latinitati donatum.

In Baſi columnarum ante Januam Eccleſiæ S. Matthæi, cujus Piſonis operà ibi poſitæ fuerunt, legitur.

Baptiſta Piſone Brambilla Rectore MDLXXX.

Et

Et in fronte illius S. Helenæ.

Hanc ædem Divæ Helenæ Sacram, ampliore, & auguſtiore forma, Jo: Baptiſta Piſone Brambilla Prępoſito unà cum Vicinis, communi expenſa à fundamentis reſtaurandam curavit, Clemente VIII. Pont. Max. Philippo III. Hiſpaniarum Rege, & Mediol. Duce, Cęſare Speciano Cremon. Epiſcopo Anno Jubilęi MDC.

Eod. Anno.

JUlius Cæſar Mainoldus Eques SS. Mauritii, & Lazari, literis, pietate, & luſitano idiomate excellens, ut declarat paraphraſis italica nonnullorum Operum P. Hectoris Pincti Ord. S Hieronymi, duobus voluminibus comprehenſa, quæ in inſigni Bibliotheca Mainolda Cremonæ retinetur. cui tit.

Prima parte dell'imagine della Vita Chriſtiana, ordinata in dialoghi, come membri della ſua compoſitione.

Il 1. *Della vera filoſofia.*
2. *Della Religione.*
3. *Della Giuſtitia.*
4. *Della Tribulatione*
5. *Della Vita Solitaria.*
6. *Della memoria della morte.*

Seconda parte.

1. *Della Tranquillità della Vita*
2. *Della diſcreta Ignoranza*
3. *Della vera Amicitia*
4. *Delle Cauſe*
5. *Delli beni, e falſi beni.*

De eodem mentionem habent
Antonius Maria Spelta in hiſt. Ticinenſi, aliiſq; libris illius Auctoris.
Petrus Paulus Riberia Can. Reg. Later.
Angelus Baronius in Panegyr.
Ferrotius in Annagr. Illuſtr. Vir. pag. 67. deflet ejus obitum.
Lucilius Terzaghus.
Henricus Farneſius Eburo.
Jo: Petrus Creſcentius, & alii.
Gulielmus de Curſol Gallus traduxit & ipſe memoratum librum, lingua gallica Pariſiis excuſum per Guliel. Chaudiere 1580. in 8. ut legitur *in Bibl. Exotica, ſeù Catalogo Officinali, Francofurti per Balthaſſarem Oſtern.* 1625. ubi de libris Gallicis.
Fuit & italicè vulgatus à F. Zaccaria Portuenſi Capuccino, impreſs. Venetiis 1595. in 12. apud Eraſmum Viottum, & dicatus Ser.^mo Parmæ Duci.

Non-

NONNULLI SCRIPTORES
HUJUS SÆCULI,

Quorum tempus incertum nobis adhùc Hiſtoriæ reliquerunt, ordine Alphabetico diſpoſiti.

ALexander Livicellus, quem inter Viros Illuſtres recenſendum credo, cùm ejus effigies videatur expreſſa in Numiſmate ſervato in Muſæo Coſpiano Bononiæ hiſce notis circumdata, ALEXANDER LIVICELLUS CREM. ut not. *Laur. Legatus in libro* 4. *Muſæi Coſpiani cap.* 20., *& cap.* 21. de mul. Illuſtr. ſcribit ibi paritèr haberi aliud numiſma

Margaritæ Livicellæ Crem., verùm de ipſis nihil aliud nobis conſtat, quàm quòd familia Livicella in Patria floruit. Cujuſdam enim Hieronymi Levicelli Crem. Carmina leguntur in libello Jo: Jacobi Gabiani, de laudibus Euchariſtiæ inſcripto. Enituit & Gualdixius J. C. de Coll. poſitus à *Breſſiano* ſub anno 1321. *in ſyllabo J. C. de Coll.*

ALoyſius de Cremona ex inſigni Carmelitarum inſtituto, recenſetur inter Auctores variæ eruditionis à *Creſcentio in Præſidio Rom. lib.* 3. loquendo de Carmelitis.

JAcobus de Grumello Provinciæ Cremonenſis ab Urbe ad novum lapidem Ord. Min. S. Franciſci ex Provincia Brixiæ edidit, ut notat *Vvadingus* in libro de Script. Ord. Min.

Serenam conſcientiam in Regulam Minorum.

JUlius Aſcanius Tuccius Poeta, ut arbitror, ex his, quæ ſcribit *Honorius Dominicus Caramella Panormitanus* in ſuo libro inſcript. *Muſæum Illuſtr. Poetarum. Venetiis typis Omnibenii Feretti*, inquam, Julius, Aſcanius Tuccius Patria Cremonenſis carmine lyrico Scaccorum luſus conſcripſit, quod carmen habetur in deli. Poetarum.

Memoratur & Darius Tuccius in libro nono ex collectaneis Illuſtr. Poetarum Ital. per Vincentium de Conctis Caleographum Cremonenſem Cremonæ excuſis 1560.

Verùm Julium Aſcanium Tuccium eſſe Cremenſem, non Cremonenſem, inquit *Ranutius Gherus*, *ſivè Janus Gruterus tom.* 2. *in deliciis Poetarum*, *& Jo: Matthæus Toſcanus tom.* 2. *Carmin. Illuſtr. Poetarum.*

LAurentius Cremonenſis memoratur *ab Ant. Poſſevino in Bibl. Selecta lib.* 15. *cap.* 6. inter Auctores, qui ſcripſere de Muſica practica, & ſpeculativa, verùm quo tempore vixerit, quique fuerit, me adhuc latet.

MANTISSA

MUSICORUM CREMONENSIUM INSIGNIUM,

Qui hoc Sæculo floruere.

MDXVII.

JAcobus Philippus Bordigallus in Minorum Conventualium militiam adſcriptus, Muſicis artibus adeò inſignis præluxit, ut in ejus obitu die 6. Aprilis anni 1517. ſecuti, hoc epitaphio *à Dominico Bordigallo* fuerit laudatus ſuo quidem modo.

Iſte Philippus erat Venerandus in Orbe Jacobus,
Muſices hic Cantor, ſtirps ſua Bordigala.
Pulchra Cremona parens, Franciſci Servus in Æde
Dilexit Dominum Religione pia.
Moribus, ingenio clarus, Virtute coruſcans,
Pauperiem coluit, atque pudicitiam.
Mors rapuit, cœlo requievit Spiritus, Urna
Membra jacent ſurgens tempore Juditii.

MDXLIX.

DOminicus Baccus Muſicam artem tanto ſtudio profeſſus eſt, ut de eo ſcripſerit *Lud. Cavitellus in Annal.* anno præcitato per hæc verba. Dominicus Baccus quo alter non fuit præſtantior ciere Viros, turbamque accendere cantu, & ad magis graphicè ſcribendum obiit die 27. Januarii.

MDLVIII.

SEbaſtianus Manfredus Sacerdos ſæcularis ex oppido Caſtrileonis eximius Muſices profeſſor, ac pulſator organi non vulgaris, Venetiis per multos annos ſumma cum laude verſatus eſt. Ejuſdem meminit *Clemens Flammenus in Caſtillionia pag.* 152.

MDLX.

COrona de Somentiis Auguſtini Senatoris præclariſſimi Filia, inter Sacras Veſtales Monaſterii Majoris nuncupati in Urbe Mediolanenſi vitæ ſanctimonia, ac virtutibus claruit, ut Dei laudes Angelico more occineret, muſicalibus erat inſtructiſſima notis, quin & aliquid in ea diſciplina compoſuiſſe dicitur De ea *Antonius Campus in hiſt. lib.* 3. *pag.* 50. Ad ſuperos evolavit die 12. Aprilis 1609. ut *ex Regeſtis ejuſdem Monaſterii*.

MDLXVI.

JOannes Morſolinus Muſicæ excellentia toti Orbi notiſſimus, de quo ſcribit *P. Anſaldus Cotta S.I. in ſua orat. habita Cremonæ pro inſtauratione ſtudiorum anno* 1653. *ibi excuſa, cui tit. dedit. Omnia Cremonæ ſumma.* Vigeret vetuſtatis iniuriis ſubtracta ingenioſis animata vulneribus Joannis Morſolini Virtus, quem regiis planè honoribus, & Bavariæ Dux Sereniſſimus, & Maximilianus Secundus Imper. humaniſſimè exceperunt.

Laudatur etiam *ab Alex. Lamo in Somnio cant.* 3. *pag.* 54.

Eod. Anno.

ANonymi ex familiis de Chirubellis, & alter de Mayneriis laudantur in carminibus antecitati *Lami* inter egregios Cremonę Muſicos *cant.* 3. *ſtrophe* 13. ubi

I Chirubelli, & il Mainerio poi
Seguono in quella torma, che tu vedi
Di Muſici &c.

Eod. Anno.

ANna de Sinibaldis, Joannis Muſices Magiſtri lectiſſima filia; in ea muſicæ Veneres omnes, & Charites confluxiſſe videbantur; Mariæ igitur Auguſtæ Maximiliani II. Rom. Imper. Conjugis in aula diù verſata, honoribus, & muneribus plena, patriam remigravit; nupta exindè Petro Paleario Cremon. doctiſs. J. C. dum ipſe Laudæ Pompejæ Advocati Regii Fiſci munere fungeretur. Ibi fertur ad Choros Angelicos evolaſſe. *Ant. Camp. Hiſt. lib.* 3.

MDLXX.

JOannes Maria Zermignaſius perſpicuus Symphoneta; ſciebat ſanè apud græcos illum infamiæ notam inevitabilem ſubiiſſe, qui muſicam ignoraſſet, undè artem hanc nobiliſſimam ſuo exemplo, ut Inſubria Græciæ haud æmularetur, in Patria ſuaviſſimè exercuit.

Laudatur diſertè à *Lamo* cant. 3. ſtroph. 12. ubi

Il Zermignaſio poi Gianmaria tanto
Famoſo ſegue, à cui già Cinthio infuſe &c.

MDLXXVI.

MArcus Antonius Ingenierius Muſicæ Præfectus in Cathedrali Cremonæ, & artis hujus præſtantiſſimæ inter principes reputatus, edidit

Miſſarum lib. 1., *&* 2.
Reſponſoria Hebdomadæ Sanctę.

Altus

Altus Sacrarum Cantionum cum quinque vocibus.

Baſſus, Cantus. Quintus, & alia. Venetiis 1576. *apud Angelum Gardanum.*

De eo *Draudius in Bibl. Claſſica*, ubi de Muſicis.

Lamus in Somnio cant. 3. ſtroph. 11.

MDLXXIX.

MArcus Felinus Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ Canonicus, ut Deum Optimum Maximum laudaret in Chordis, & Organo, multum in Muſicalibus laboris impendit, ut excellens in arte vocatus fuerit à *Lud. Cavitello in Annal. ad annum* 1579. quo menſe Maii, ut cœleſtis Cycnus, ad Empireum convolavit.

MDLXXX.

ROdianus Barrera in rebus Muſicis laudatiſſimus apud Italos, & Germaniæ Proceres acceptiſſimus; Cremonæ tandem in Cathedrali Eccleſia Harmonicis præfuit, quoad vixit. edidit quamplura Opera Muſicalia.

Laudatur à *Lamo in Somnio cant. 3. ſtroph.* 11. ab eo appellatus Barella.

MDLXXX.

COnſtantius Porta ex Min. Conv. S. Franciſci omnium liberalium artium excultus, & Muſicorum omnium præter invidiam facilè Princeps. Magiſter Chori primùm in Eccleſia Cathedrali Auximi, ſubindè in æde Lauretana.

Edita ex ejus operibus omni admiratione rimantur, ut mihi contigit obſervare.

Muſicalia diverſi generis, Venetiis apud Claudium Coregiatum, & Fauſtum Bethanium Socios 1566.

Miſſarum liber primus in fol. magno apud Angelum Gardanum Venetiis 1580.

Alter apud eumdem Gardanum inſcriptus, Conſtantii Portæ Magiſtri Capellę almæ domus Lauretanæ quinquaginta duorum Motectorũ, dicatus Vinc. Caſalio dictę almę domus Gubernatori.

Libelli plures Muſicales diverſi, Venetiis apud Gardanum 1588.

Sacras item, & Veſpertinas aliquot Portæ modulationes collegit Octavius Ragazzonus Carmelita Parmenſis. Prodiere cum aliis *Venetiis apud Ricicardum Amadinum* 1590.

Aliaque apud alios Authores Miſcellanea, & plura ejus MS. ſervata in Bibliotheca Conv. S. Franciſci Cremonæ, ut vidimus.

De eodem laudabilem mentionem faciunt *Hieronymus Rubeus in hiſt. Ravenn. lib.* 10. *ad ann.* 1566. eum vocando adeò præſtantem, ut inter primos omni Italia Phonaſcos, Muſiceſq; Magiſtros omnium conſenſu numeretur. *Idem eodem libro ad ann.* 1568., & *lib.* 11. *ann.* 1582.

Pom-

Pomponius Spretus in opuſculo exarato in ingreſſu ad Ravennatum Legationem Cardinalis Sfortiæ die 6. Novembris 1580 ſcribit *& immantinente ſeguì una dolciſſima Muſica, compoſta dal M. R. P. M. Coſtanzo Porta Cremoneſe, primo Muſico di queſti tempi, e Maſtro di Capella del noſtro Duomo.*

Annibal Carus in Epiſt. vol. 2.

Geſnerus in Bibl. Inſtit.

Draudius in Bibl. Claſſica.

Cavitellus in Annal. 1583.

Anſaldus Cotta in Oratione pro inſtauratione ſtudiorum Cremonę, habita 1653. hæc ſcribit; Conſtantius Porta non tàm hujus Urbis, quàm Franciſcanæ familiæ decus eximium, cujus in Muſica facultate præſtantiam pleriſq; cum Italiæ Urbibus Roma potiſſimùm, omnium Regina gentium eſt admirata.

Rodulphus Toſſignanus in hiſt. Franciſc. lib. 3.

Lucas Vvadingus de ſcript. Ord. Min.

P. Jo: Franchinus eruditiſs. in Biblioſophia, ubi de Mauro Saraceno.

MDXC.

CÆſar de Zaccariis in Muſica facultate doctiſſimus, Aulam Ducis utriuſque Bavariæ virtute, & nomine ornavit; publicè oſtendit italico ſermone opus inſcriptum

Canto ſoave, e dilettevole. Canzonette à quattro Voci. Monachii 1595. *apud Adam Bergo.; item latinè.*

Intonaturæ Veſpertinarum Precum, Hymni, & alia tom. 1. *in fol. ibidem* 1594.

Hymni quinque Vocum de tempore per totum annum &c. cum regula eorumdem pro temporis varietate accipiendorum ad uſum Romanum, Bambergenſem, Conſtantienſem, & Auguſtanum. Ibidem iiſdem typis, & anno.

Citantur hæc opera in Elencho, ſeù Indice librorum; qui poſt annum 1593. uſque ad 1650. in Sacro Rom. Imperio, & Vicinis Regionibus Novi, auctivi prodierunt ſtudio Henrici Groſii excuſo Lipſiæ 1600. in 4. cap. 2. in fine operis.

Celebratur Cæſar in *Bibliotheca Exotica, & à Draudio in Bibl. Claſſica.*

MDLXXXXI.

TIburtius Maſſainus Auguſtiniani Ordinis in Congr. Inſubriæ Muſicus ſua ætate celeberrimus effloruit Vindobonæ gratiſſimus Rodulpho Rom. Imper., nec non Romæ Muſicorum Præfectus in Eccleſia S. M. de Populo nuncupata, plura ex ejus operibus admirantur excuſa Venetiis annis 1578., & 1580. item Senis, & Venetiis 1592.

Sacri modulorum concentus.

Apud me proſtat ſequens opuſculum in quinque partes diſtinctum, cui tit.

Il

Il quarto libro de' Madrigali à cinque Voci, Venetiis apud Angelum Gardanum 1594.

Muſica ſuper Threnos Hieremiæ Prophetæ quinque vocibus. Ibidem apud Ricciardum Amadinum 1599.

In Collectaneis Diverſorum per Hubertum Valerant, inſcriptis *Sinphonia Angelica* cuſa in Amurd, ſivè Amorgos 1583. plura leguntur Maſſaini opera, ex quibus liquit, eumdem Placentiæ diù vixiſſe.

Amicitiam excoluit Joannis Ant. Perandæ, ut ex ejus Epiſtolis, ex quibus apparet Tiburtium habuiſſe Fratrem, Lucam appellatum Venetorum Militum Ducem in Inſula Cretenſi.

Ejuſdem meminerunt *Draudius in Bibl. Claſs. pluries*.

P. Anſaldus Cotta in Oratione, de qua ſuprà.

In Cœnobio Auguſtiniano Cremonæ ſub ejus picta effigie legitur.

Tiburtius Maſſainus Cremon. Rodulphi Imp. Phonaſcus 1590.

MDLXXXXV.

BEnedictus Palavicinus Muſicus præter omnem laudem præclariſſimus, cujus cognomen unica tantum. l. ſcribitur, nec mirum ſi fuiſſet etiam ex nobiliſſima Pallavicinorum familia. Præcepta enim Muſicæ cum Platone Pytagoras, cum Epicuro Democritus, cum Socrate Antiſthenes, cum Heraclide Theophraſtus, cum Soteride Alcidamas, cum Laſo Halicarnaſſeus Dionyſius didicerunt.

Ex ſuis Harmonicis edita ſunt plura. Penès me ſunt.

Partes infimæ pro Organo continuato Sacrarum Dei Laudum &c. octo, duodecim, & ſexdecim vocibus. Venetiis apud Ricciardum Amadinum MDCV.

MDLXXXXV.

LUcretius Quinzanus Monachus Cyſtercienſis in ſolitudine ſui Monaſterii S. Magdalenæ Cavæ nuncupati, tertium miliare ab Urbe diſſiti canoras Angelorum ſuavitates æmulatus diù vixit, & ſcripſit opera muſicalia, quæ, ut fertur, Auditores in ſummas admirationes rapiebant. excuſi ſunt Francofurti.

Introitus Miſſarum quatuor vocum.

P. Anſaldus Cotta in Oratione præcitata habet.

Viverent in Ære vultus, & decora Lucretii Quinzani, & Tiburtii Maſſaini, quorum alter Cyſtercienſis Ordinis decus, alter Heremitarum D. Auguſtini lumen, uterque Muſicæ peritiſſimi ad omnium planè ſæculorum invidiam extiterunt.

De eo *Breſſianus in Virt. Rav.*, & *Draudius in Bibl. Claſſica*.

Abbatia Cavæ, de qua ſupra, fundata fuit anno 1231., ut ſcribit *Gaſpar Jangelinus in Not. Abbatiarum in Regnis Italiæ*.

Cy-

MDC.

CYprianus Loſius Franciſcanæ familiæ Min. Conv. addictus, cùm æquè pietatis, & liberalium artium ſtudiis excultus adoleviſſet, & præſertim notis Muſicis præ cæteris ſuo ævo exclaruiſſet, multa, & multa *Opera* in eadem facultate digeſſit, quæ ſervantur MS. in Bibl. Cœnobii S. Franciſci Cremonæ.

DEO SIT SEMPITERNA LAUS

BEATÆQUE VIRGINI

Sine labe conceptæ,

Ac Divo Seraphico S. P. FRANÇISCO

Tutelari meo.

AP-

APPENDIX

Ad Annum MDIV.

JOannes Thomas Breſſanus Vir omnium virtutum numeris abſolutus, Maximiliani Mariæ Sfortiæ Vicecomitis Mediolani Ducis Præceptor. Eximium fuiſſe virum, apparet ex diplomate ejuſdem Ducis emanato anno 1513. die 12. Aprilis, *ut in Regeſtis Archivii ſignat. A. A. fol.* 93. *t.°* in quo conſtituit Judicem Victualium Cremonæ Melchiorem de Breſſanis ejuſdem Jo: Thomæ Fratrem, ubi inter cætera legitur. *Itaque edocti de integritate, ſufficientia, & rerum uſu in rebus agendis, fideq; ſincera ergà nos, ſtatumq; noſtrum Melchioris de Breſſanis Cremon. quem intelleximus Fratrem eſſe n. qu. D. J. Thomaſii Breſſani olim Præceptoris noſtri chariſſimi, & de nobis valdè benemerenti, cujus maximè meritis attentis eumdem Melchiorem, quoad vixerit, facimus, conſtituimus, & creamus Judicem Victualium ipſius Civit. noſtræ Cremonæ &c.*

MDVII.

LAurentius à Cremona Ord. Auguſtiniani Congr. Inſubriæ, cùm primum Religionis ſpiritum hauſit, Præceptorem Ven. P. Auguſtinum Cazzulum Cremenſem ſortitus eſt. Sub tanti Viri diſciplina eò regularis obſervantiæ devenit, ut ſuis Coævis virtutum exemplar, haud ſocius videretur. In Patriæ Cœnobio Philoſophicis, ac Theologicis ſtudiis applicitus, in iis adeò præcelluit, ut primùm Magiſter, quàm diſcipulus emerſerit. Hinc ad divinæ prædicationis officium: hinc ad ſuæ Congregationis curas evocatus, & populos Dei verbo, ac Fratres in agendo dexteritate mirificè delectabat. Romam igitur à Vic. Generali cum Modeſto Pinzono itidem Cremonenſi, exindè ord. Generali Adminiſtro, ablegatus, diuturnam litem inter noſtras Sanctimoniales Ciſtercienſes S. Joannis à Columba nuncupatas, ac illas S. Monicæ Auguſtiniani Ord. maximo harum beneficio reſecavit. Mediolanum neque immeritò pro utroque Clero Cremon. apud Franciſcum Sfortiam Ducem miſſus, quicquid in ejus levamen percupiebatur, oris, & morum excellentia, qua Principes Viros etiam alliciebat, aſſecutus eſt. Inſigniores Congr. ſuæ gradus obivit; Socius enim Vic. Generalis, ſemel Procurator generalis, quater Viſitator, quater Definitor, anno tandem 1507. ad ſupremam ſuæ Congr. dignitatem in Concilio Eremitano Electorum omnium, optimè favente Kadiſco, aſſumptus eſt. Poſtremò pro Congregatione ſua cùm multis egregiis laboribus functus eſſet, ætate annorum quatuor ultrà quinquaginta Romæ obdormivit in Domino, dum ibi Prior eſſet, in Cœnobio S. Mariæ de Populo anno 1511.

Sermones Quadrageſimales, & alia opera MS. reliquit.
De eo ſcribunt *Calvus in Mem. Hiſt. Congr. Inſubriæ.*
P. Torellus in Sæcul. Auguſt. tom. 7. ad annum 1507. *num* 21.
Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr. malè Lactantium appellat: In opuſculo tamen Virt. Rav. inſcripto MS. eum vocat ex familia Maſſa.
In Monumentis Archivii Cœnobii S. Auguſt. Cremonæ laudatur Laurentius, ut Vir maximæ doctrinæ, & efficaciæ.

Eod. Anno.

HIeronymus Carenzonus Medicis, ac Philoſophicis ſtudiis clariſſimus, quibus virtutibus id ſibi apud Franciſcum II. Mediol. Ducem exiſtimationis comparavit, ut ab eo immunitate donatus fuerit, multiſq; laudibus haud immeritò elatus in diplomate hac de cauſa, & à Principis liberalitate expedito, quinimò ob Patris memoriam Leoni Filio confirmato, dum eſſet Laudæ die 6. Octobris 1528. ut habetur in Regeſtis Archivii Civit. ſignatis G. G. fol. 179.

MDXIII.

BArtholomæus Ponzonus morum, ac ſcientiarum omnium nobilitate conſpicuus, Eccleſiaſticæ diſciplinæ aſſociatus, Romæ diù vixit, inter Prothonotarios Apoſtolicos à Sum. Pont. Julio II. conſtitutus, cùm Patriam hoc anno remeaſſet, ex Reipublicæ decreto unà cum Equite Antonio Gallararo, Com. Georgio Perſico, ac Borſio Zuccho ad Maximilianum Sfortiam Mediolani Ducem ablegatur. Coram eo elegantiſſimam habuit
Orationem gratulatoriam de Victoria habita in agro Novarienſi.
Breſſianus in Corona Vir. Illuſtr. lib. 1. *p.* 3., qui de eodem loquentem affert *Bordigallum*.

MDXXXIII.

SIxtus de Riparolo Ord. Min. ſcripſit multa pro tuendo Myſterio Immaculatæ Conceptionis B.V.M.ità ut poſt mortem ejus ſepulchro affixum fuerit tale Epitaphium.

Sixtus, qui Chriſto, & Immaculatæ Conceptioni uſq; ad ſeptuaginta annos indefeſsè vigilavit.

Hæc habentur in *Appendice Bibliothecæ Marianæ Hyppol. Maracii*, allegantis Alvam in militia univerſali col. 1415.
In Martyrologio Franciſcano Arturi ad diem 17. Novembris legitur. *Mantuæ. Beati Sixti à Riparolo Confeſſoris, qui charitate, & pietate refertus, plurimis etiam coruſcavit miraculis.*
Vide, quæ diximus de Jo: Stephano Chizola pag. 446.

Ad Annum 1530.

Ubi de Ven. Ant. Maria Zaccharia addantur pag. 90. ante verba. *Ejuſdem cum Elogiis &c.*

Anno

Anno 1697. Tanti Viri Epiſtolam italicè traductam, & Florentiæ cuſam, nobis indicavit Romulus Maffus ejuſdem Congr. Alumnus, noſtri operis amantiſſimus, hoc titulo

Lettera del Beato P. Antonio Maria Zaccaria Primo Fondatore de Chierici Regolari di S. Paolo detti Barnabiti, ſcritta ad alcuni ſuoi Figli ſpirituali quindeci giorni avanti la ſua morte, cavata dall' iſtoria latina ſtampata dell' origine della ſua Religione &c.

Pag. 106. lin. 32. poſt verba captum habebat addantur.

Flevit etiam Magnus Rex Ezechias, ut habemus in Iſa. 38. 2. *Convertit faciem ſuam ad parietem, & flevit fletu magno*, & quamvis, ut refert Div. Hieron. converterit ſe ad parietem, ne lachrymas aſſidentibus oſtentare videretur, attamen flevit, licèt Vir & Rex alioqui intrepidus.

Ad annum 1541. pag. 166.
poſt ea, quæ diximus de Feliciano.

Apoſtolus Zenus clariſſimus æquè, ac doctiſſimus Vir, quem de Feliciano conſulimus, mihi, adhuc ignotis, hilce reſcripſit eruditionibus. Eas in Appendice repoſui, utpotè ad me delatas poſt illas, quæ jam de Feliciano fuerant in hoc libro excuſæ pag. 164. & ſeq.

Hic Venetus, & Cremonenſis itidem Auctor, Paduæ ſuſcepta Philoſ., & Medicinæ Laurea, publicè Venetiis literas græcas profeſſus eſt, eo fermè tempore, quo ibi vir ille celeber Jo: Baptiſta Egnatius efflorebat. Inſignes inter Auditores Nicolaum Godrollum Patavinum habuit, qui anno 1556. devixit, & cujus legimus latinam interpretationem quarumdam Tragœdiarum Euripidis, ac emendationem Græcæ Grammaticæ Urbani de Bolzano à Canonico Scardeone relata lib. 2. claſs. 10. pag. 248. Item celeberrimum S. R. E. Card. Jo: Franciſcum Commendonem, ut innuit in ejus Vita Ep. Gratianus lib. 1. cap. 3. *Magiſter illi*, ſcilicet Commendoni, *erat Bernardus Felicianus, Vir quidem eruditus, ac diligens &c.*

A' Voſſio, Vetio, & Naudeo præclaros inter græcæ elocutionis interpretes reponitur, etſi à Vetio prolixitate, & obſcuritate notetur *lib. de clar. Interpr. p. m.* 271.

Scripſit præter jam à nobis ſuo loco expoſita.

Prædicamenta, & Deſcippi defenſio Prædicamentorum adverſus Plotinum. Venetiis 1566. in fol. opus dicavit Joanni della Caſa Viro doctiſs. pro S. Sede tunc apud Remp. Legato, id opus indicavimus, ſed diverſimodè.

Arithmetica. Venetiis 1545. quam memorat idem *Voſſius de ſcientiis mathematicis cap.* 52. §. 12. *p. m.* 317.

Geometrica ſpeculativa, & practica. Ibidem 1546. *Voſs. cap.* 52. §. 12. *p.* 335.

Eum laudant ultrà allegatos.
Poſſevin. Bibl. Select. tom. 2. 2. lib. 12. cap. 22. p. m. 76.
Sanſovin. Venet. p. 600.
Superb. Triumph. Her. Venet. lib. 3. p. 127.
Simler. p. 91.
Lycoſth. p. 515.
Paſ. Gall. Bibl. Med. p. 162.
Linden Ronov. p. 541.
Reineſ. Var. Lect. p. 210.
Quenſted de Patr. Illuſtr. Vir. p. 275.

Poſt Jo: Bernardum floruit Bernardinus Felicianus ejus Nepos, Orator eloquentiſſimus, qui publicè pariter Venetiis literas docuit, de quo eruditiſſimus Zenus in ſuis Venetis Scriptoribus agit

Ad annum 1551.
Poſt ea, quæ de Georgio Oldovino

Ex iis, quæ nuperrimè ad me detulit ſuis literis prid. Kal. Auguſti 1704. Humaniſs. Apoſtolus Zenus credo Gregorium non Georgium Oldovinum eſſe nominandum, & propterea exculpandum jure quidem merito Gavitellum noſtrum.

Scribit profectò Zenus in Bibliotheca Triviſana ſervari ad num. CXLIX. Gregorii Oldovini Poema perbelle in paginis hedinis manuſcriptum, ac holoſerico tegmento munitum, Petro Lando tunc Venetorum Duci dicatum, cujus in fronte Landorum ſtemmata auro, minioq; linita, cui tit.

De Primordio, & fauſto eventu Urbis Venetæ, opuſculum carminibus elegiacis compoſitum, incipit.

Adriacæ memoranda cavo primordia gentis,
finit
Et pacem, & grates ſemper habete Dei.

Ad annum 1571. pag. 330.
Poſt ea, quæ dicta ſunt de Octavio Affaitato addantur.

Laudatur Octavius à Filiberto Campanili Neapolitano in ſuo libro italicè inſcripto *L'armi, overo inſegne de Nobili*, ubi plura de familia Affaitata florenti in Regno Neapolitano, & præcipuè ex relatu Comitis de Benevento, qui Regis Vices ibi anno 1605. gerebat hæc Hiſpano idiomate leguntur.

Los Affatatos ſon nobiliſſimos en la Ciudad de Bari à donde fue Rugero Affatati Conſejero de Eſtado del Rey Luys III. y de Jvanna II. Reyna de Napoles, y fue tambien Virey en la Provincia, y Tierra de Bari, y e nel tiempo moderno lo fue Ivaniacovo Affatati Teſoriero general de Bona Reyna de Polonia, an ſido Señores de Carbonara, de Binetto, y de otras Tierras, y oy ay dos Cavalleros de Malta, Fray Pablo Comendador di Melfi, y Fray Geronimo ſu Sobrino, y dichos Affatati ſon naturales de Cremona Ciudad de la Lombardia,

donde

donde ſon Señores del Marqueſado de Grumelo, y del Contado de Romanengo, las quales Tierras ſe poſſeen oy de Ottavio Affatati con los dichos titulos.

Ad annum 1590.

Poſt ea, quæ dicta ſunt de Gregorio XIV. ponantur fol. 417. Qui cupit permulta ſcire de hac Sfondrata Cremonenſi familia, legat Orationes Octaviani Picenardi, ac Didaci Milliani Lectorum in Univerſitate Ticinenſi, quas habuerunt, dum Abbas Gregorius, & Jo: Baptiſta S. P. Nepotes legalem lauream indepti ſunt. Fuerunt cuſæ Ticini anno 1618. injunctæ Carminibus latinis ea occaſione editis, cui titulus *Muſarum Sertum, quod Illuſtriſſimis Abbatibus DD. Gregorio, & D. Jo: Baptiſtæ Sfondratis fratribus laureatis, Joſeph Landus civis Mediolanenſis Sfondratæ Familiæ obſervant.^mus intexuit, & Excellentiſſimo Marchioni Franciſco Laureatorum Patri DD.*

Addantur pag. 454.

Poſt ea, quæ dicta ſunt de Conſtantio Porta Franciſcus Gonzaga *de orig. Seraph. Relig. Franciſc. ad ann.* 1578. noſtrum Conſtantium vocat Conſtantinum.

FINIS.

INDEX

INDEX ALPHABETICUS NOMINUM LITERATORUM

Cum adnotatione Anni, & Paginarum.

A	Anno	Pagina
Academia Animoſorum.	1560.	258.
Agathus Cremonenſis.	1518.	20.
Alexander Ariſius.	1551.	224.
Beſatia.	1515.	49.
Botta	1588.	404.
Guazzonus	1600.	446.
Lamus	1572.	330.
Levicellus	in app.ce	449.
Picenardus I.	1571.	328.
Picenardus II.	1593.	433.
Rhodophilus	1525.	71.
Schinchinellus.	1555.	235.
Alfonſus Ojeda.	1579.	345.
Aloyſius à Cremona	in app.ce	449.
(Dovaria	1561.	272.
Ambroſius Cantullus	1600.	447.
Andreas Burgus	1532.	117.
(Guarna Salernus	1511.	29.
(Piperarius	1508.	21.
Angelus de Cremona	1541.	162.
(A' Piceleono	1541.	162.
(Ziampus	1540.	161.
Angelus Maria à Vitelliana	1577.	343.
Anonymus Cremonenſis I.	1583.	383.
Anonymi Cremonenſes II.	1600.	447.
Anonymus ex familia Cambiagâ	1524.	66.
Anſelmus Tintus	1549.	213.
Antonia Maria Sfondrata	1572.	330.
Antonius Campus	1585.	389.
Melius	1517.	50.
De Mondinariis	1537	159.
Moreſcus	1589.	408.
(Maſſus	1567.	317.

Per-

	Anno	*Pagina*
| Perſichellus	1526.	69.
| Plebanus	1506.	18.
| Robertus	1544.	185.
| Trecchus I.	1504.	16.
| Trecchus II.	1581.	367.
Antonius Maria de Auguſtis	1550.	221.
| Baſſus	1587.	401.
| Fodrius	1512.	33.
| De Zaccaria	1530.	88.
Antonius Marius Caballus	1590.	410.
Archangelus Auguſtinianus	1519.	55.
Aſcanius Botta	1526.	73.
Auguſtinus Fogliata	1533.	138.
(Lugarus	1518.	50.
(Somentius	1514.	46.

B

BAlthaſſar Cavallus	1590.	417.
(Cuppus	1541.	162.
Bartholomæus Fabagroſſa	1589.	405.
| Ghiſulphus	1537.	153.
| Malumbra	1570.	324.
| Ponzonus	1513.	in app.ce
| Scalvus	1569.	318.
| Silvius	1558.	237.
Baſilius Zava	1575.	339.
Benedictus Accoltus	1523.	63.
(Ala	1560.	253.
(Lampridius	1531.	95.
Benignus de Abiatis	1582.	376.
Bernardinus Alierius	1513.	35.
| Bologninus	1504.	18.
| Campus	1584.	384.
| Cremonenſis	1532.	100.
| Soncinas	1502.	1.
Bernardus Felicianus. Vide Jo: Ber. Regazola.		
Blaſius Rubeus	1599.	442.
Bonaventura à Cremona	1572.	331.
Bonus Chieſa	1582.	379.
(Cremonenſis	1534.	139.
Brocardus Perſicus.	158[illegible].	409.

C

CÆſar Brumanus	1576.	342.
(Chizzolus	1588.	391.
(Dulcius	1580.	347.
(Gerenzanus	1556.	236.

Pol.

	Anno	Pagina
(Pollitius	1583.	383.
(Porta	1583.	385.
(Specianus	1591.	419.
Cajus Ortalus Crottus	1564.	300.
Camilla Capitanea Stanga	1540.	160.
Camillus de Auguſtis	1526.	77.
(Beccara	1570.	325.
(de Bernardis	1570.	320.
(Porrus	1567.	308.
Canonici Cathed. Cremonæ	1570.	321.
Carolus de Alfenis	1532.	100
(Marianus	1599.	439.
(Ponzonus	1560.	256.
(de Stephanis	1555.	235.
Chriſtophorus Fondulus	1580.	347.
(Guazzonus	1560.	256.
Clemens Porrus	1575.	337.
(Puſterla	1549.	211.
Collatina Trecca	1530.	93.
Colombanus Ballettus	1565.	305.
Colombinus Raparius	1567.	308.
Cornelius Compagnus	1591.	426.
(Guarguantus	1592.	428.
Coſmus Cazaniga.	1516.	49.
D		
DAniel Barbovius	1563.	98.
(Conradus	1526.	81.
(de Tolentinis	1563.	292.
Dantes Burgus	1571.	327.
Deomiſſus Guazzonus	1587.	401.
Dioneus Muſonius	1588.	405.
Dioniſius Somentius	1559.	237.
Dominicus Bordigallus	1532.	137.
(Legatus	1564.	300.
(Summus	1558.	236.
(Urgnanus	1573.	334.
E		
ELias Carnevalius	1588.	404.
Elius Julius Grottus	1545.	187.
F		
FAbritius de Aligeris	1549.	212.
(Burgus	1580.	346.
Fauſtinus Barbovius	1550.	215.
Federicus Cæſius	1550.	216.
(Covus	1540.	160.

Feli-

	Anno	Pagina
Felicianus Conradus	1554.	233.
Felix Manna	1526.	77.
Ferdinandus Bonettus	1583.	386.
(Riparius	1526.	80.
Filiberius Lauda	1544.	186.
Fortunius affaitatus	1548.	207.
Franciſcus Bellintendus	1513.	35.
Concoregius	1526.	81.
Locadellus	1584.	388.
Manfredus	1541.	163.
Marianus	1526.	84.
Oriolius	1551.	227.
Perſicus	1537.	153.
Petranigra	1559.	237.
de Sagitta	1502.	2.
Savareſius	1595.	437.
Sfondratus	1544.	169.
de Soncino	1540.	161.
Tintus	1579.	345.
Torreſinus	1570.	327.
Zava	1568.	310.

G

GAbriel Faernus	1561.	274.
Galeatius Melius	1570.	321.
(Pallavicinus	1571.	328.
(Riccavus	1524.	71.
Gaſpar Marianus	1560.	256.
Geneſius Roſanus	1570.	326.
Georgius Ferrarius	1591.	426.
(Fondulus	1545.	186.
(Gazzus	1529.	87.
(Oldovinus	1551.	225.
GREGORIUS XIV.	1590	411.
Gregorius Oſcaſalius	1576.	343.
Guido de Zappis	1501.	1.

H

HEliodorus Oldrovandus	1508.	19.
Henricus à Cremona	1580.	340.
Hercules à S. Petro	1528.	87.
Hieronymus de Ardenis	1524.	72.
de Baris	1545.	187.
Bernerius	1586.	398.
Burgus	1583.	379.
Carenzonus	. . .	in app.ce
Claravaceus	1530.	91.

	Anno	Pagina
Clocius.	1561.	273.
Cremonenſis.	1583.	382.
Faballus.	1563.	276.
Fondulus.	1535.	139.
Maleſta.	1564.	298.
Menghus.	1587.	402.
De Nicolis.	1573.	334.
Oliva.	1550.	214.
Pinzonus.	1554.	234.
Politius.	1575.	356.
Ponzonus.	1504.	13.
Putheus.	1565.	307.
Regazzola.	1564.	302.
Tarteſius	1572.	330.
Treccus.	1518.	52.
Treviſanus.	1508.	20.
Vida V. Marcus Hier.		
Hilarion Tadinus	1580.	346.
Himerius de Anſelmis	1501.	1.
Hippolitus Cattaneus	1550.	216.
Homobonus Offredus I.	1551.	227.
(Offredus II.	1573.	335.
(Redenaſcus.	1591.	424.
Horatius Paternus	1581.	368.
(Treccus	1564.	303.
Hortenſius Caſalorcius	1513.	16.
Hyacinthus Covus.	1550.	214.
I		
JAcobus Alierius	1528.	86.
Cremonenſis	1544.	185.
Gadius I.	1532.	98.
Gadius II.	1550.	217.
De Grumello		449.
Picenardus	1521.	60.
Redenaſcus	1524.	58.
Jacobus Antonius Mutius	1561.	271.
(Riccius	1529.	87.
Jacobus Philippus Saccus	1527.	78.
Jaſon Picenardus	1509.	28.
Joannes Bedullus	1566.	307.
Botta	1568.	311.
à Cremona	1520.	57.
Cremonenſis	1518.	51.
Crottus	1567.	315.
Malumbra	1570.	325.

Muc-

	Anno	Pagina
Muccius	1560.	255.
Muſonius	1550.	217.
Offredus	1550.	217.
De Romanis	1520.	58.
Theriſenghus	1557.	236.
Zanebellus	1580.	348.
Joannes Andreas Magnonus	1560.	254.
Milius	1530.	95.
Jo: Antonius Delfinus	1559.	239.
De Honoratis	1581.	368.
Sertorius	1598.	438.
Jo: Auguſtinus Pellicius	1580.	347.
Jo: Baptiſta Bertutius	1592.	428.
Boccolus	1564.	300.
Buſſetus	1554.	231.
Caſalis	1575.	358.
Corbanus	1525.	72.
à Cremona	1583.	380.
Ermenzonus	1553.	231.
Macagnus	1576.	341.
Mainoldus	1549.	210.
Olivus	1571.	327.
Picenardus	1553.	230.
Piſo Brambilla	1600.	447.
Ragatius	1560.	254.
Schitius	1545.	192.
Sfondratus	1578.	344.
Specianus	1535.	140.
Stanga	1593.	434.
Tolentinus	1564.	302.
Jo: Bernardus Felicianus Reg.	1541.	164.
Jo: Clemens Schitius	1584.	384.
Jo: Franciſcus Bonhomius	1581.	349.
Faernus	1525.	72.
Marianus	1589.	408.
Perſichellus	1541.	191.
Terzanius	1586.	397.
Valvaſorius	1538.	86.
Jo: Jacobus Cipellus	1524.	65.
Crottus	1514.	36.
Gabianus	1563.	292.
Putealis	1550.	219.
Siſſa	1520.	57.
Turreſinus	1593.	432.
Jo: Ludovicus Ariſius	1509.	27.

	Anno	Pagina.
Jo: Maria Capella	1545.	204.
(Gabianus	1518.	53.
(Parolus	1584.	385.
Jo: Paulus Ariſius	1551.	226.
(Gulferammus	1564.	301.
Jo: Petrus Chizzola	1589.	406.
(Gibertus	1507.	19.
(Nazarius	1564.	303.
Jo: Stephanus Chizzola	1599.	443.
(Facinus	1560.	255.
Jo: Thomas Breſſanus	1504.	in app.[ce]
(Muſconius	1570.	320.
Joſeph Bonſius	1550.	229.
Lauda	1524.	68.
Niger I.	1540.	160.
Niger II.	1582.	369.
Oliva	1570.	320.
Ottolinus	1570.	325.
Joſeph Maria Brumanus	1514.	47.
Iſabella de Luna	1589.	406.
Iſidorus Picenardus	1559.	242.
Julia Sfondrata	1560.	255.
Julianus Marianus	1582.	369.
Julius Bagarottus	1573.	335.
Cambiagus	1572.	332.
Clarus	1561.	268.
Faroldus	1577.	343.
Ferrarius	1575.	338.
Loſius	1590.	418.
Paternus	1535.	166.
Supertus	1505.	18.
Tarteſius	1589.	408.
Julius Aſcanius Tuccius		449.
Julius Cæſar Maynoldus	1600.	448.
Junipera Barbovia	1550.	215.
Juſtinianus de Guarrinis,	1521.	62.
Juſtus Schitius	1520.	60.

L

LActantius Ramſoldus	1588.	403.
Laura Melia	1540.	161.
Laurentius à Cremona	1507.	in app.[ee]
(Cremonenſis		449.
(Gazius	1552.	228.
Lazarus Plebanus	1594.	438.

Leo

	Anno	Pagina
Leo Picenardus	1511.	29.
Lombardinus Burgus	1515.	49.
Lucas Burgus	1598.	439.
(Seriagus.	1508.	19.
Lucretia Ala Crotta	1540.	161.
(Picenarda Crotta	1548.	209.
Ludovicus Aymus	1582.	375.
Capellanus	1558.	236.
Cauccius	1528.	82.
Cavitellus	1580.	346.
Guarna Salernus	1572.	333.
De Marchis	1570.	323.
Stanga	1583.	381.

M

Magdalena Affaitata	1548.	209.
Maſſinus Cella	1525.	73.
Marcus Monachus	1536.	153.
Marcus Antonius Amidanus	1591.	424.
Aymus	1515.	48.
Barbovius	1561.	271.
Salomonius	1591.	425.
Marcus Hier. Vida	1532.	100.
Marcus Paulus Tarteſius	1559.	243.
Magarita à Turre	1594.	435.
(Uberta Stanga	1548.	209.
Martianus de Marchis Torniellus	1587.	403.
Matthæus Brumanus	1593.	434.
Cattaneus	1583.	480.
Multidenarius	1506.	19.
Perſicus	1524.	64.
Raparius	1575.	339.
Melchior Aymus	1530.	93.
Michael Sertorius.	1545.	187.
Minerva de Anguſſolis	1563.	300.

N

Nicolaus Amanius	1520.	55.
Aſius	1513.	34.
Botta	1524.	65.
Hemus	1585.	391.
Parma	1509.	22.
Scribonius	1585.	388.
Sfondratus V. Greg. XIV.		

Octa-

O

	Anno	Pagina
OCtavianus Crottus	1524.	67.
(Faernus	1558.	242.
(Fodrius	1550.	219.
Octavius Affaitatus	1571.	320.
Offredus de Offredis	1599.	441.
Onophrius Panvinius	1568.	312.
Otho Cremonenſis	1550.	220.
Othobonus Pozzettus	1530.	92.

P

PAndulphus Sfondratus	1590.	418.
Parthenia Gallarata Mainolda	1560.	256.
Paula Trecca	1540.	162.
Paula Antonia Sfondrata	1590.	417.
Paulus Ala	1553.	229.
Faernus	1575.	340.
Foſſa	1549.	210.
Manna	1545.	192.
De Soncino	1521.	62.
Sfondratus	1588.	369.
Zignanus	1532.	137.
Paulus Æmilius Marcobrunus	1595.	437.
Pecinus Sejanus	1572.	332.
Petrus de Baptiſta	1504.	17.
(Barbovius	1573.	333.
Bozola	1583.	380.
Ferrarius	1580.	348.
Manna	1528.	34.
Petrus Antonius Caneparius	1563.	292.
(de Lanzonibus	1570.	323.
Petrus Franciſcus de Datis	1532.	137.
Petrus Georgius Odeſcalcus	1586.	392.
Petrus Joannes Schinchinellus	1509.	23.
Petrus Maria Dulcius	1520.	58.
Petrus Martir Ponzonus	1591.	418.
Petrus Paulus Riva	1583.	379.
Philippus de Bozulo	1522.	63.
(Manna	1517.	150.
(de Nicolis	1530.	93.
(à Vitelliana	1514.	48.
Philotheus à Cremona	1593.	434.
Pontius Politius	1540.	161.
Ponzinus à Turre.	1521.	166.

Ra-

R

	Anno	Pagina
RAphael Fabagroſſa	1572.	138.
(Stanga.	1596.	438.
Raymundus de Raymundis	1526.	75.
Raynaldus Lantius	1545.	205.
Realdus Columbus	1541.	168.
Rolandus Cavagninus	1573.	333.
Romanus Burgus.	1592.	427.

S

	Anno	Pagina
SAmuel Cremonenſis	1511.	29.
Sanctinus Baptiſta	1561.	272.
Sebaſtianus Berſanus	1581.	367.
Sigiſmundus Brumanus	1593.	429.
Burgus	1503.	3.
Foſſa	1586.	400.
Guindanus	1551.	225.
Picenardus	1563.	294.
Silvius Guſpertus	1524.	66.
Simplicianus Macagnus	1526.	81.
Sixtus Divitiolus Rena	1570.	324.
(De Riparolo	1533.	in app.ce
Stephanus Alierus	1533.	138.
(Dulcinus	1502.	2.
(Guſpertus	1529.	88.
(Serva	1519.	54.
Sylveſter Picenardus	1593.	431.

T

	Anno	Pagina
TAddeus Fancianus	1528.	86.
Theodorus Gaviſius	1513.	35.
Theophilus Veggius	1518.	51.
Thimoteus de Pandino	1569.	319.
Thomas Binda	1516.	49.
(Manna	1555.	234.
(Oprandus	1513.	35.
(Somentius	1576.	341.
Tranquillus Moloſſus	1526.	76.
Tydeus Oldoinus.	1524.	66.

V

	Anno	Pagina
VAlerius à Soncino	1509.	22.
Victoria de Baroncellis	1509.	21.
Vincentius Bonettus, ſivè Calcius	1592.	429.

Fer-

	Anno	Pagina
Ferrarius	1573.	334.
Locadellus	1565.	306.
Oſcaſalius	1577.	344.
Ruglerius	1560.	253.
Vectiolus.	1561.	261.

Z

ZAccarias Araldus	1524.	71.
(Cavalcabovius.	1588.	405.

INDEX

NOMINUM MUSICORUM.

ANonymi ex Familia de Chirubellis, & (De Maynerii.	1565.	452.
Anna de Sinibaldis	1565.	ibid.
Benedictus Palavicinus	1595.	455.
Cæſar Zaccarias	1590.	454.
Conſtantius Porta	1580.	453.
Corona Somentia	1560.	451.
Cyprianus Loſius	1600.	456.
Dominicus Baccus	1549.	451.
Jacobus Philippus Bordigallus	1517.	ibid.
Joannes Morſolinus	1516.	452.
Jo: Maria Zermignaſius.	1570.	ibid.
Lucretius Quinzanus	1595.	455.
Marcus Antonius Ingegnerius	1576.	452.
Rodianus Barrera	1580.	453.
Sebaſtianus Manfredus	1558.	451.
Tiburtius Maſſainus.	1592.	454.

INDEX RERUM NOTABILIUM.

A

ACademia Affidatorum Papiæ. pag. 295.
Animoſorum Cremonæ 97. 210. celebrata, & deſcripta ab Auctore 258. & ſeq. à multis Scriptoribus laudata. 262. & ſeq. 297. 303.
Animoſorum altera Patavina 303. altera Romana ibi.
Arcadum Romæ, ubi recenſetur Auctor ſub nomine Euphemi Bathii. pag. 20.
Intronatorum Senarum. pag. 185.
Ravennatenſis antiquiſſima Informium nomine nuncupata. 383. exinde Concordium. ibid.
Sacrarum literarum inſtituta Cremonæ. pag. 376.
Achilles Bocchius V. C. pag. 372.
Affaitatæ Familiæ Cremon. laudes. pag. 460.
Albertinus Lauda Patritius Cremonenſis pro Patria Ablegatus ad Carolum IV. Imperatorem. pag. 186.
Alexander Andreaſius Epiſc. Mantuæ. pag. 407.
Alexander Ariſius Patritius, & J. C. Mediolani. pag. 224.
Alexander Bonettus Phyſicus Colleg. Academiæ Animoſorum Princeps. pag. 259.
Alexander Crottus Patritius Cremonenſis Academiæ Animoſorum Princeps. pag. 259.
Alexander Lamus Poeta Cremonenſis. pag. 110.
Alexander Manſolus Patritius Romanus V. C. pag. 371.
Alexandri Roinati Placentini Oratio in laudem Comitis Franciſci Perſici Cremonenſis, dum Placentiæ Præturam iniit. 154.
Alexander Zambeccarius Poeta Bononienſis. pag. 30.
Aloyſius Lippomanus Epiſcopus Veronenſis. pag. 320.
Aloyſius Pallatius Mediolani Senator ProPrætor Cremonæ. 310.
Alphonſus Maggius Patritius Cremonenſis Animoſorum Academiæ Princeps. pag. 258.
Amata Familia Cremonenſis. pag. 382.
Amilcar Pænus, cæſis triginta millibus Gallis ſub Cremona occubuit. pag. 12.
Andreas Roncadellus Patritius Cremonenſis. pag. 254.
Andreæ Roſſotti aſſertio impugnatur. pag. 446.
Angelus de Cremona Epiſcopus Beritenſis. pag. 162.
Anſaldus Cotta S. I. pag. 454.
Antonius Balbianus Comes Mediol. Senator Prætor Cremonæ. 67.
Antonius Gallaratus Eques Cremon. pag. 458.

Antonius Gattus nunc pub. in Ticin. Univ. legum Profeſſor memoratus. 337. & ſeq.
Antonius Magliabequius Magni Ducis Etruriꝗ Bibliothecarius. 64.
Antonius de Mondinariis Epiſcopus in Urbe Peloponeſii. 159.
Antonius Piſcius Patritius Cremonenſis. pag. 163.
Antonius Tebaldeus Ferrarienſis. pag. 97.
Antonii Campi lapſus. pag. 3.
Antonius Maria Auguſtus Patritius Cremonenſis 117. Conſervator Ordinum. pag. 221.
Antonius Maria Zaccharias Cremonenſis Congregationis Clericorum Reg. Barnabitarum S. Pauli primarius Inſtitutor, adhuc Puer ſeminudo pauperi Puero ſericas Veſtes exuens elargitur. 88. Relicto Medicinæ ſtudio, cui Patavii operam dederat, Theologiæ incumbens efficitur Sacerdos, cui primum Sacrificium celebranti, fertur fuiſſe aſſiſtentes Angelos. 89. Spiritu prophetico donatus horam ſui obitus pronunciavit, ibi. Moritur Cremonæ, ejuſque Venerabile Corpus transfertur Mediolanum, ubi in Eccleſia Angelicarum S. Pauli cultu, quo decet, honorifico ſervatur, ibi. Ob ſummam ipſius Doctrinæ præſtantiam inter Literatos Cremonenſes meritò recenſetur. pag. 90.
Appius ovum ſorbens moritur. pag. 39.
Apoſtolus Zenus Nob. Cretenſis V. C. 229. commendatur 459. 460.
Archangeli Madrignani Carevallenſis Ord. Ciſterc. Liber. pag. 2.
Archangelus Rubeus Cremonenſis Caleni Epiſcopus. 223.
Ariſia familia diverſimodè appellata. pag 227.
Armaninus Burgus Cremonenſis. pag. 13.
Arx Cremonenſis S. Crucis Nomini dicata in pro.
Aſcanius Botta J. C. Cremonenſis. pag. 48.
Aſcanius Tamburinus Abbas Vallumbroſanus. pag. 113.
Archiepiſcopi ex Civibus Cremonenſibus in pro.
Athanaſius à S. Carolo Nudipes Auguſtinianus Vir Doctiſſimus. 366.
Athila Flagellum Dei. pag. 12.
Auctor carmine elegiaco laudatur à Lazaro Auguſtino Cotta. 33. Item à Dionyſio Andrea Sancaſſano. 191. Academiæ Animoſorum à Secretis poſtmodùm ſecundus Aſſeſſor 260. laudatus à Carolo Federico Rapitia S. I. In Epiſtola P. Athanaſii à S. Carolo laudatus. 366. Academiæ Concordium adſcriptus. pag. 383.
S. Auguſtini monita Conjugatis. pag. 18.
Auguſtinus Caraccius Bononienſis Pictor Egregius, Cremona Oriundus. pag. 389.
Auguſtinus Cazzulus Auguſtinianus Cremenſis laudatus. 457.
Auguſtinus Gallaratus P. C. Genitor inſignis Partheniæ. 256. fundat Hoſpitale pro Verecundis in pro.
Auguſtinus de Novis Ticinenſis Can. R. pag. 29.

B

BAlthaſſar Stanga Abbas Cremonenſis. pag. 372.
Baptiſta Sfondratus Patritius, & J. C. Cremonenſis. pag. 42.
S. Barnabas Cremonæ verbum Dei prædicat. in pro.
Bartholomæus Areſius Senatus Mediol. Præſes memoratur. 266.
Bartholomæus Botta Canonicus Papienſis. pag. 108.
Bartholomæus à Cremona Can. R. pag. 51.
Bartholomæus Ghiſulphus Crem. Epiſc. Tripolitanus. 153.
Bartholomæus Hermenzonus Cremonenſis Rhetor eximius. 44.
Bartholomæus Sfondratus P.C. Animoſorum Academiæ Princeps. pag. 259.
Benedictus de Accoltis S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Cremonæ. pag. 159. 171.
Benedictus Lampridius Poeta Cremonenſis primus Odas Metropindaricas latinè cecinit. 96. Acceptiſſimus Leoni X. ibi. Græcas literas poſt Laſcarum Romæ docuit, inde Patavii ibid. à Federico Gonzaga Mantuæ Duce accitus, ibi moritur.
Benedictus Varchius. pag. 113.
Benedictus Victorius Medicus Faentinus. pag. 227.
Bernardinus Cazanigus Eques Hieroſolymitanus. pag. 50.
Bernardinus Covus Vir literatiſſimus. pag. 1.
De eo fit mentio in primo Volumine ad annum 1495.
Bernardinus Cremonenſis Epiſc. Beritenſis. pag. 100.
Bernardinus Felicianus V. C. Jo: Bernardi V. C. Nepos
Bernardinus Licinius Cremonenſis. pag. 18.
Bernardinus Parthenius ineptè judicat Carmina Vidæ. 105.
Bernardinus de Soncino Ord. Præd. Orator Pontificius. 62.
Bernardinus Trebatius Vicentinus. pag. 97.
Bernardus Saccus Ticinenſis M. Hieronymi Vidæ ſub nomine Scriptoris Cremonenſis acerrimus Hoſtis detegitur. 105.
Bernardus Sojarius Egregius Pictor Cremon. pag. 74.
Bernardus Taſſus Torquati P. pag. 142. 189.
Bibliotheca Ambroſiana Mediolani. 2. 105. 160. 385.
S. Andreæ Ferrariæ. pag. 138.
Angelorum Florentiæ. pag. 380.
Auguſtiniana Cremonæ. 62. 187. 376., & ſeq. 434. 447.
S. Bartholomæi Cremonæ. pag. 255.
Brixiana Cozzandi. pag. 332.
Camaldulenſis Abbatis Canneti. pag. 405.
Claſſenſis Ravennæ. pag. 320.
Claſſica Draudii. 220. 241. 275. 328. 341. 365. 412.
S. Dominici Cremonæ. 50. 161. 192. 338.
Exotica. 32. 344.
S. Gregorii de Urbe. pag. 405.

Inſtituta Genſneri. pag. 31.
Mariana Hypol. Maracii.
Maynolda Cremonæ. 210. 257. 433. 448.
Medica Inſubriæ Sancaſſani. pag. 169.
Neapolitana pag. 31.
Ordinis Prædicatorum Altamuræ. pag. 343.
S. Petri in Cœlo aureo Papiæ. pag. 29.
Regis Galliarum. pag. 139.
Romana Equitis Mandoſii. pag. 216. 274.
Sancta Sixti Senenſis. pag. 325.
Selecta Poſſevini. pag. 162.
Triviſana. pag. 460.
Vallicellana Romæ. pag. 315.
S. Vincentii Placentiæ. pag. 339.
Univerſalis Coronelli. pag. 209.
Volans Cinelli. pag. 31. 267. 305.
Blancæ Mariæ Vicecomitis Cremonæ Dominæ virilis animus. 32.
Boccacius de Boccaciis Pictor Cremonenſis. pag. 308.
Bona poſſeſſa ab Eccleſiaſticis in agro Cremon. in pro.
Bonifacii Simonettæ Abbatis Ciſtercienſis liber 2.
Brocardus Perſicus Cremon. Eques Hieroſolymitanus Vir celeberrimus Phil. II. Equitum Magiſter pro eo Militum Generalis Tribunus in Ditione Mediol., Siciliæ ProRex, ac Legatus Regius ad Pium IV. S. P. 409.
Burga fam. Cremon. ex ea Viri inſignes. 120.

C

Calamitates hominum. pag. 39.
Camillus de Auguſtis Patritius Cremonenſis Academiæ Animoſorum Princeps. 259.
Camillus de Auguſtis Junior J. C. Colleg. pro Patria Mediolani Orator. pag. 77.
Camillus Beccara Poeta Placentinus. pag. 108.
Camillus de Bernardis Cremonenſis. 108.
Camillus Schinchinellus Petri Joannis F. Patritius Cremonenſis. pag. 26.
Camillus de Sitonis J. C. Mediolanenſis. 109.
Camillus Stanga Comes Caſtrinovi Buccæ Abduæ in ſuis Ædibus Academiam Animoſorum excipit. 259.
Canonici Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ 321. ſunt vigintiquinque in pro.
Capitulum Cremonenſe poſt obitum Benedicti Cardinalis Accolti Epiſcopi Cremonenſis Hieronymum Vidam in Epiſcopum poſtulavit. 111.
Cardinales Cives Cremon. quindecim in pro.
Cardinales Epiſcopi Cremonenſes. 442.

S. Ca-

S. Caroli Borromæi mentio 205. 264. 276. 349. 364. 366. 382. 424.
Caroli Sabaudiæ Ducis Epiſtola Petro Joanni Schinchinello Cremonenſi. pag. 26.
Carolus à Baſilica Petri Novariæ Epiſcopus memoratur. 364.
Carolus Cartarius Advocatorum Conſiſtorialium Decanus 168. 336. 443.
Carolus Lauda P. C. Academiæ Animoſorum Princeps. 259.
Carolus de Magnis Cremonenſis Cauſ. Mantuanus. 134.
Carolus Magnus Imper. Eccleſiæ Cremon. benefactor in pro.
Carolus Quintus Romanorum Imper. ter adfuit Cremonæ ibi magnificè receptus in Ædibus Nobilium de Trecchis 99. 283. Ejuſdem Caroli V. Epiſtola Civitati Cremonæ ſcripta poſt obitum Franciſci II. Sfortiæ ibi.
Carolus Schinchinellus P. C. Academiæ Animoſorum Princeps. pag. 259.
Carolus Andreas Sinibaldus Patritius Faentinus Eques S. Jacobi. pag. 254.
Carolus Feder.us Rapitia S.I. Rhetoricę Pręceptor Cremonæ. 337.
Carrocii Cremonenſium mentio. pag. 389.
Cathalogus Codicum MSS. qui ſervantur in celebri Bibliotheca Auguſtiniana Cremonæ. pag. 376.
Cœnobia Regularium Cremonæ quinq; & viginti. in pro. Sanctimonialium octo, & decem ibid. in Diœceſi Regularium ſeptem, & quadraginta, Sanctimonialium duodecim ib.
Cœnobium S. Angeli extrà Cremonam dirutum. 159.
S. Auguſtini Cremonæ. 49. 319. 418.
S. Bartholomæi Cremonæ. 20. 255.
Carmelitarum Excalceatorum Cremonæ primum poſt Genuam in Inſubria. in pro.
S. Claræ Caſtrileonis. pag. 21.
Claſſenſe Monac. Camal. Ravennæ. pag. 383.
Conſolationis Ferrariæ. pag. 204.
S. Dominici Cremonæ. pag. 48. 84.
S. Evangeliſtæ Ravennæ.
Eugubii Can. Reg. pag. 55.
SS. Fauſtini, & Jovitæ Brixiæ. pag. 153.
S. Franciſci Cremonæ. pag. 28.
S. Joannis in Monte Bononiæ. pag. 57.
S. Juſtinæ Patavii. pag. 153.
S. Laurentii Cremonæ. pag. 382.
Magnæ Domus Venetiarum. pag. 168.
S. Mariæ de Populo Romæ. pag. 457.
S. Michaelis Muriani. pag. 380.
Ordinis Prædicatorum Soncini. pag. 2. 22.
Pacis Mediolani. pag. 268.
S. Pauli Mediolani. pag. 89. 255.

S. Petri de Pado Cremonæ. pag. 49.
S. Thomæ Cremonæ. 272. 382.
S. Thomæ in Torcello. pag. 20.
S. Victoris Cremonæ. pag. 204.
Cæſar Brumanus Cremonenſis Apoſt. Cameræ Clericus. 342.
Cæſar Chizzola Academiæ Animoſorum Princeps. 391.
Cæſar Specianus Jo: Baptiſtę Cremonenſis Mediol. Senatoris F. primò Novariæ, exinde Cremonæ Epiſcopus 419. acceptiſſimus D. Carolo Borromæo 420. ad Hiſpaniarum Regem, & poſtmodùm ad Rodulphum Cæſarem Ap. Sedis Nuncius ibid. Catholicæ Fidei contra Hæreticos propugnator. ibid. Cathedralem Eccleſiam Cremonæ ritu ſolemni conſecravit ibid: Sacriſq; lipſanis ex Boemia delatis ditavit. ibid. Palatium Epiſcopale ampliavit. ibid. Tres Synodos celebravit unam Novarienſem, reliquas Cremonenſes. Varia ipſius ingenii monumenta reliquit. ibid. Collegium Cremonenſe Societatis Jeſu fundavit, ac hæredem inſtituit. Ipſius inſcriptio ſepulchralis 422. Ipſius Epiſtola Decurionibus Cremonæ. 436.
Clara Calina Matrona Brixienſis Jo: Franc. Bonhomii Epiſcopi Vercell. Genitrix. pag 349.
Clauſtrales mali à Divo Bernardo deſcripti. pag. 1.
Collegium J. Conſult. Cremonæ. 415.
Collegium Phyſicorum Cremonæ. pag. 429.
Collegium Societatis Jeſu Cremonæ fundatum. 435.
Concilium Mediolanenſe. 420. 424.
Ravennatenſe. pag. 379.
Tridentinum 101. 240. 255. 308. 320. 324. 350. 360. 363. 393.
Vardaſtallenſe, tunc in Diœceſi Cremon. ſub Paſchale II. in pro.
Conſervatoris Ordinum Munus Cremonæ inſtitutum 223. Ab Auctore occupatum ibid.
Conſervatores Ordinum Cremonæ ibi nominati.
Antonius Maria Auguſtus. pag. 223.
Bartholomæus Scalvus. pag. 308.
Cæſar Politius. pag. 383.
Jo: Franciſcus de Marianis. pag. 408.
Ludovicus Cellanus. pag. 427.
Cremona Fidelis antonomaſticè dicta 3. 189. ejus Vexillum ibid. In ipſius oppugnatione Amilcar Pænus cum tribus Nobilibus Imperatoribus Gallis, cæſis, & captivis triginta hominum millibus occubuit 12. Marco Antonio contra Octavianum adhæſit ibid. A Flavianis Duce Antonio Primo ferro, & igne direpta ibid. Irruente Athila in Italiam à fide Romanorum non defecit ibid. A Longobardis

in

in odium Imperii Romani expugnata, & diruta. ibid. A Franciſco Picinino, Philippi Mediolani Ducis Præfecto Generali obſeſſa 13. Peſte crudeliter afflicta 45. 85. Elogio comendata à Celſo Roſino 100. Civitatum Italicarum gloria 42. Laudata in Epiſtola Franciſci II. Sfortiæ Med. Ducis 65. Gregorii XIV. anteà Nicolai Sfondrati Patria 279. à Philippo II. commendata 410. Arrianorum hæreſi nunquam contabuit. in pro. Epiſcopos treſdecim Sanctitate præclaros habuit. ibid. Unum Sum. Pont. & Undecim S.R.E. Cardinales habuit in Epiſcopos ibid. Locis piis uberrima ibid. Hìc numerantur ibid. Magiſtrorum excellentia ſemper floruit. pag. 281.

Natio ſemper habita fuit bellicoſiſſima. 197.

Cremonenſium Religio, & pietas. Vide in tota Præfatione Victoria contra Mediolan. deſcripta. 315.

Cremonenſis Agri Typus editus ab Antonio Campo in Orbis Terrarum Geographico Theatro relatus. 389.

D

Damianus Ala Cremonenſis Miles Fortiſſimus Faentiæ tumulatus. pag. 254.

Daniel Barbovius Ord. Pręd. Cremonenſis Petinæ Epiſcopus. 298.

Daniel Cajetanus 47. 48. 50. 75. 85. in laudem Franciſci Concoregii Orationem habuit. 82. 108.

Defendens Laudius Hiſtoricus Laudenſis. 111.

Deſiderius Ariſius Monachus S. Hieronymi Auctoris frater 28. 33 374.

Didacus Millianus Lector in Univerſ. Ticinenſi. 460.

Diœceſis Cremon. longitudo octoginta miliarium. in pro. quinque Civitates in ea conumerabantur. ibid.

Dionyſius Andreas Sancaſſanus Phyſicus, & Philologus eruditiſſimus. 169. 190.

Diſſertatiuncula Hiſtorica Auctoris Academiæ Animoſorum Cremonæ. pag. 258.

Doctores non dignitas, ſed ſcientia efficit. 28.

Dominicus Agavius Cremonenſis Abbas Camald. 405.

Dominicus de Summo Cremon. Epiſc. Briſſinianenſis. 236.

E

Eccleſiæ in Urbe Cremon. ac Suburbiis centum, & ultrà. in pro. Eccleſię Paroch. in Diœceſi Cremon. ducentum triginta. in pro.

Eccleſiæ nonnullæ Cremonenſes in hoc libro memoratæ. S. Agathæ 137. 367. S. Andreæ 344 S. Angeli 81. S. Antonini 219. 326. S. Auguſtini 235. S. Bartholomæi 93. 192. 375 Cathedralis in pro. 36. 234. 420. S. Chriſtophori 205. S. Clementis Gonzagæ 207. Corporis Chriſti 19. S. Dominici

minici 297. 367. SS. Donini, & Caroli 425. SS. Ægidii, & Homoboni 35. 66. 442. S. Franciſci 28. 298. 340. S. Geroldi 89. S. Helenæ 447. S. Joannis Novi 28. S. Leonardi 234. S. Lucæ 330. S. Luciæ 425. S. Matthæi 447. S. Michaelis 320. 368. S. Nazarii 69. 375. S. Petri de Pado 308. 117. 127. S. Victoris 335. S. Vincentii 386.

Eccleſiæ aliarum Urbium, & Oppidorum.

Caravagii B.V. 348. Caſalis Majoris S. Mariæ Aggeris 76. Caſtrileonis S. Mariæ Brixianoris 334. Mantuæ S. Andreæ 9. Mediolani S. Ambroſii 343. S. Franciſci 406. S. Pauli 89. 330. Servorum B. V. M. 60. Monticellorum ultra Padum Majoris 277. Piceleonis Majoris 65. Plebis S. Mauritii in Diœceſ. Cremon. 305. Romæ S. Laurentii in Damaſo 236. S. Mariæ in Via lata 370. S. Mariæ Majoris 216. 426. S. Mariæ de Populo 169. 187. 426. Soncini S. Jacobi 87. Tridenti S. Marci 118. Venetiarũ S. Franciſci de Vinea. 441.

Educatio mollis Filiorum nervos mentis, & corporis frangit. 256.

Elogium in funere M. Hieronymi Vidæ Cremon. Albæ Epiſcopi. pag. 104.

Elii Julii Crotti Amicorum inſignium nomina. 188.

Epiſcopi Cremonenſes præclara habent privilegia. in pro. inter Inſubriæ primos Præſules ibid. gerunt Crucem Patriarchalem ibid.

Epiſcopi quomodo ſe debeant regere. 19.

Epiſcopi centum ſexdecim ex Civibus Cremonenſ. in pro.

Epiſtola Athanaſii à S. Carolo ad Auctorem. 366.

Caroli Sabaudiæ Ducis Petro Joanni Schinchinello. 26.

Caroli V. Civitati Cremonæ. 99.

Cæſaris Speciani ad Cremonenſes Decuriones. 430.

Civitatis Cremonæ ad M. Hieronymum Vidam. 106.

Civitatis Cremonæ ad Franciſcum II. Sfortiam. 64.

Cremonenſium ad Cæſarem Specianum Epiſcopum. 436.

Franciſci Card.lis Sfondrati ad Decuriones Cremonæ. 184.

Franciſci II. Sfortiæ ad Georgium Gadium. 37.

Franciſci Card. Sfondrati ad Decuriones Cremonæ. 184.

Homoboni Piſonis ad Auctorem. 17.

Nicolai Sfondrati Epiſc. Cremon. exindè Gregorii XIV. ad Decur. Cremon. 413.

Senatus Mediol. Petro Paulo Arrigono Senatori. 244.

Epitaphia Vide Inſcriptiones.

Epitaphia lepida. 167.

Equites S. Stephani patria Cremonenſes. 273.

Erneſtus Bavariæ, depoſito Truchſeſio, Archiepiſcopus Colonienſis efficitur. 359.

Eugenius III. S. P. Cremonæ adfuit anno 1148. in pro.

S. Euſebius Civis Cremonenſis Academiæ Animoſorum Prot.r 258.

Fabri-

F

FAbritius Guarna Salernitanus Epiſc. Marſicenſis. 32.
Facies hominis ſpeculum Divinitatis ab anima in corpus emanantis. 374.
Familiæ nonnullæ Neapolitanæ memorantur. 158.
Federicus Corradus Phyſicus Cremonenſis. 42.
Federicus Marianus Cathed. Eccleſiæ Cremonæ Canonicus. 101.
Federicus Meninus eximius Medicus, & Poeta Neapolitanus 111.
Federicus Card. Borromæus memoratur. 438.
Fœminarum comercia periculi plena. 407.
Ferdinandus Bonettus Cremonenſis linguæ Hebraicæ peritiſſimus 386. Senatus literis Mediolanum accerſitus, ut Hebreorum libros diligenter excuteret. 387.
Ferdinandus Ughellus Scriptor Italiæ Sacræ in pro. 113.
Filiberti Campanilis Neapolitani liber. 460.
Filii educandi in diſciplina, & in correptione domini. 88.
Franciſca Carbona Neapolitana Genitrix Comitis Franciſci Perſici Cremon. 154.
Franciſcani Ordinis Convent. Viri inſignes. 340.
S. Franciſcus Tutelaris Auctoris. 379.
Franciſcus Gazius inſignis Aſtronomus, & Medicus. 229.
Franciſcus Colombanus Ord. Min. 36.
Franciſcus Marianus Phyſicus Cremon. ~~ibid.~~ 84
Franciſcus Manfredus J. C. Cremonenſis. 164.
Franciſcus Sfondratus Cremon. S. R. E. Card. Patriæ Epiſc. Orator, & Poeta 169. Danielis Cajetani, & Nicolai Lucari diſcipulus in literis humanioribus 170. in legibus Jaſonis Mayni, Decii, Ruini ibid: In Patriæ Collegio recipitur ibid. Legum Profeſſor in Ticinenſi, Bononienſi, Romano, & Taurinenſi Gymnaſio. ibid. Caroli III. Alobrogum Ducis Senator. ibid. Ad Carolum V. Orator. ibi: Mediolani Senator ibid. Annæ de Vicecomitibus Vir, ex qua liberos ſex ſuſcepit ibid. inter quos Nicolaum, qui fuit Gregorius XIV. ibid. Mortua Conjuge ab Imper. Senas mittitur ibid. à Paulo III. Romani accerſitus poſt Eccleſiaſticas dignitates S. R. E. Card. eligitur 171. ac Patriæ Epiſcopus ibid. moritur anno 1550., & ſepelitur in ſua Cathedrali cum Epitaphio ibid. ejus opera 172. Auctores de eo loquentes 173. Mediolanenſis malè vocatus ibid. & 174. Oratio pro eo habita à Jo: Jacobo Crotto qua die in Coll. J. C. Patriæ aſcitus fuit ibid. ejus Epiſtola ad Decuriones Cremonæ in electione ad Patriæ Epiſcopatum. 184.
Comes Franciſcus Perſicus Cremonenſis. 47. 119.
Franciſcus Gulferamus P. C. 163.
Franciſcus Zava Franciſcum Concoregium laudat. 81. 112.

Franciſcus Monarius, ſivè P. Camillus Hectoreus. 111.
Franciſcus de Nichino Ferrarienſis Gemmarum Sculptor eximius. 20.
Franciſcus Denalius Poeta Regienſis. 235.
Co: Franciſcus Lemene J.C. Colleg. Laudæ Poeta eximii nominis. 293.
Franciſcus Picininus Philippi Ducis Med. Præfectus Generalis Cremonam obſidet. 13.
Franciſcus Gadius Cremonenſis Mediolani Senator. 24.
Franciſci II. Sfortiæ Mediol. Ducis Epiſt. ad Georgium Gadium 37. memoratur. 257.258.
S. Franciſcus Xaverius ex Protectoribus Cremonæ in pro.
Franciſci Zavæ ejus Amicorum literatorum nomina. 311.
Franciſcus Tintus ad Margaritam Auſtriacam legatus. 345.

G

GAbriel Melius Patritius Cremonenſis. 163.
Gabriel Falloppius inſignis Medicus Mutinenſis ipſius Opus Anatomicum dicat Petro Mannæ Medico, & Philoſopho Cremonenſi, eumq; laudibus ſummoperè extollit. 84.
Gabriel Paleottus S. R. E. Card. Bononiæ Archiep. 407.
Gabriel Penottus Can. Reg. Later. 112.
Galeatius Maravilia Cremonenſis. 162.
Galeatius Ponzonus Comes Academiæ Animoſorum Princeps. 259.
Galeatius Marchio Pallavicinus P. C. L. T. Generalis, & Gubernator Cremonæ. 329.
Gaſparis Aviati Cremonenſis Carmina in laudem Andreæ Guarnæ. 31.
Gelardus Truchſeſius Coloniæ Archiepiſcopus excommunicatus, & à Sede depoſitus. 357.
Gelelmus Vida Pater celebris M. Hieronymi Epiſ. Albenſis. 100.
Generales Ordinum Regul. ex Civibus Cremon. ſexaginta. in pro.
Geneſius Summus Patritius Cremonenſis. 163.
Georgius Anſelmus Nepos Parmenſis. 73.76.
Georgius à Caſſano Diœc. Cremon. Ord. P. antiquus, & inſignis Scriptor. 404.
Georgius Fundulus inſignis Med., & Phil. Cremonenſis. 85.
Georgius de Gadio Præpoſitus S. Abundii Cremonæ. 134.
Georgius Lauretanus P.V. pag. 6.
S. Geroldi M. Colonienſis Vita à Romano Burgo Cremon. deſcripta. 427.
Ghiſulphorum familia Cremonenſis. 153.
Glaucus mel comedens moritur. 39.
Grammaticalem ſcientiam profiteri commendabile. 225.
Grammatici ab Imperatore Antiſtites appellati. ibid.

Gra-

Gravitas eſt animi conſtantia, ac ſeveritas in rebus agendis. 200.
Gregorius XIV. anteà Nicolaus Sfondratus F. Franciſci memor. Med. Sen. & exindè S. R. E. Card. 411. natus Septimeſtris in Oppido Somæ, cæſo Matris utero ibid. ætatis annorum undeviginti Abbatia inſignitus: in Ampliſſimo Mediol. Senatu excipitur ibid. Cremonæ Epiſcopus deſignatur ibid. Sacro Concilio Trident. interfuit. ibid. S.R.E. Card. creatus ibid. ad Pontificatus apicem evectus 412. Virginitatem ſervaſſe creditur ibid. ipſius ingenii monumenta ibid. Non eſſe ortum Cremonæ, nec ibi baptizatum in Eccleſia S. Andreæ, ut ab Auctore Neoterico aſſeritur 113. eſſe quidem ex Familia, & Genitore Cremonenſem. ibid. ipſius Epiſtola ad Præſides Civitatis Cremonæ, ubi ſe Cremonenſem aſſerit. ibid. Opera ipſius nomini nuncupata. ipſius Breve Apoſt. Collegio Judicum Cremonæ 415. aliud, quo ipſius Collegii J. C. Comites Sacri Palatii, & Aulæ lateranenſis Equites declaravit, aliiſque Privilegiis inſignivit. ibid.
Guido Grandus Cremonenſis Mon. Camald. Vir. doctiſſimus. 405.
Ipſius Apologia pro Carolo Mariano contra P. Clavium. 439.
Gymnaſium Bononienſe 41. 166. 170. 183. 369. 372. 385.
Cremonenſe. 272.
Ferrarienſe. 20. 41.
Londinenſe. 20. 207.
Pariſienſe. 183.
Parmenſe. 374.
Patavinum 17. 41. 163. 168. 177. 182. 216. 242. 317. 349.
Peruſinum 41. 183. 411. 182.
Piſanum. 168.
Romanum. 168. 170.
Senenſe. 41.
Taurinenſe. 180.
Ticinenſe. 19. 41. 170. 180. 196. 342. 349. 369. 409.

H

Hadrianus Damman Gandavenſis damnatæ memoriæ Auctor impiè, & ſcandalosè de Inſtitutoribus Religionum ſcribit. pag. 91.
Helena Anguſſola Cremon. Pictitrix. 331.
Henricus Farneſius Eburo in M. Hier. Vidam cenſor maledicus. pag. 108.
Hieronymi Funduli Cremon. Carmina in laudem Andreæ Guarnæ. pag. 31.
Hieronymus Amidanus Cathed. Eccleſiæ Canonicus. 101.
Hieronymus Balladorius Cremonenſis. 108.

Hieronymus Baruffaldus Ferrarienſis Auctoris eruditiſſimus amicus. 21.53.138.
Hieronymus Bernerius S. R. E. Card. Cremonenſi Civitate donatur. 398. 431. Cremonenſes ſumo amore proſequitur. 398.
Hieronymus Donatus P. V. Prætor Cremonæ. 10.16.
Ædes Prætorias inſtaurat. ibid.
Hieronymus de Emilianis P. V. Cler. Reg. Congr. Somaſchę Inſtitutor. pag. 85.
Hieronymus Faballus Laudenſis. 109.
Hieronymus Ghillinus Hiſtoricus Alexandrinus. 78. 110.
Hieronymus Gilius Patritius Senenſis Intronatorum Academicus. pag. 185.
Hieronymus Triviſanus P. Venetus Epiſc. Cremonenſis. 19.20.
Hieronymus Lugarus Medicus Cremonenſis. 85.
Heronymus Manna Cath. Eccleſiæ Cremonæ Canonicus. 77.
Hieronymus Mazza Caſalis Major. Præpoſitus primus Mitratus S. Mariæ Scalenſis Mediolani. 241.
Hieronymus Pallanterius Epiſc. Biſontinus. 218. 243.
Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ. 94. 112.
Hieronymus de Pinzonibus Cathedralis Cremonę Canon.cus 101.
Hieronymus Politius Cremon O. P. Epiſcopus Trivici. 336.
Hieronymus Rangonus Animoſorum Academiæ Princeps. 259.
Hieronymus Rota Patritius Ravennatenſis Academiæ Concordium Princeps. 383.
Hieronymus Schinchinellus P. C. Proth. Apoſt. de num.o Part. Academiæ Animoſorum Princeps. 259.
Hieronymus Sfondratus Cremon. Decret. Doct., & Prot. Apoſt. 177.
Hieronymus Novellus Vicentinus Somaſchenſis ſcripſit de familia Crotta. pag. 190.
Hieronymus Stanga P. Crem. 163.
Hieronymus Ugolanus Marchio J. C. Coll. Comes, & Eques Academicus Animoſus. 260.
Hieronymus Vida Juſtonopolitanus alter à M. Hier. Vida Cremon. pag. 104.
S. Himerius Ep. ex Protectoribus Cremonæ. in pro.
Homines de Patriæ dignitate gloriari ſolent. in pro.
Homobonus Piſo Cremonenſis Art., & Med. publicus Profeſſor Patavii. 17. 267.
S. Homobonus Cremonenſis perperam relatus Ordini Humiliatorum à F. Marco Boſſio ejuſdem Ordinis. 80.
Ejus Vita ſcripta à Canonicis Eccleſiæ Cath. Cremonæ Nicolao Sfondrato dicata 322. Item à Cæſare della Porta 386. plura de eodem in pro.
Homobonus Offredus Med., & Phil. celeberrimus Cremonenſis. pag. 85.

Homo-

Homobonus Offredus alter J. C. Coll. Animoſorum Academiæ Princeps 259. ad Gregoriũ XIV. à Patria Ablegatus. 335.

Homodea familia Mediolanenſis ditiſſima, & antiquiſſima. 178.

Honorius Dominicus Caramella 77. ineptè judicat de Lampridio. pag. 96.

Horatius Albaſius Poeta Cremon. pag. 428.

Horatius Paternus Cremon. Aſſertiones Med., & Philoſ. octocentum diſputandas proponit in Templo Majori Cremonæ. pag. 368.

Hoſpitales domus S. Alexii Cremonæ initium. pag. 319.

Hoſpitales domus inſigniores Cremonæ novem. in pro.

Hoſpitale Gallaratum pro Verecundis in pro.

Humanitatis conditio miſerabilis. 38.

I

JAcobus Alerius Medicus Cremonenſis. pag. 85.

Jacobus Colla Archipresbyter Parmenſis. pag. 51.

Jacobus Gadius Florentinus. pag. 92.

Jacobus Gadius Hiſtoricus Cremonenſis. 73. 110.

Ipſius Hiſtoria alieno nomine circumfertur. pag. 98.

Jacobus Sadoletus S. R. E. Card. pag. 63. 112. 141.

Jacobus Franciſcus Pat. Venetus. pag. 6.

Jacobus Zappus I. C. Coll. Comes, & Eques. pag. 260.

Jacobus Philippus Novarien. Can. Reg. Later. pag. 55. 57.

Jacomatius Guarna Salernitanus Militum Ductor ſtrenuus Franciſci Sfortiæ familiam Salernitanam Cremonæ fundavit. 32.

Janellus Turrianus inſignis Mathematicus Cremonenſis. 186.

Jaſon Maynus Juris Conſult. Anteſignanus. 28. 170.

Jaſon Picenardus J. C. Cremonenſis Torque aureo, & equeſtri dignitate à Maximiliano Sfortia Mediol. Duce decoratus. pag. 28.

S. Ignatii Loyolæ exenteratio mirabilis. 169.

Innocentius Maria Floravantus Bononienſis. 231

INSCRIPTIONES.

Alexandri Bottæ. 404.

Alexandri de Schinchinellis. 235.

Angeli Zampæ. 161.

Auguſtini Pinzoni. 234.

Benigni de Abbiatis. 376.

Bernardini Crotti. 236.

Eliodori Oldroandi.

Facii Trecchi. 305.

Franciſci Fabagroſſæ. 406.

Geneſii Roſani. 326.

Hieronymi Donati. 16.

Hieronymi Pinzoni. 234.

Homoboni Offredi. 336.

Jo: Baptiſtæ Maynoldi. 211.

Jo: Baptiſtæ Piſonis Brambillæ. 447.

Joſephi Nigri. 375.

Juliæ Chizzolæ. 392.

Marci Hieronymi Vidæ. 113.

Octavii Affaitati. 329.

Petri Barbovii. 334.

Raymundi de Lantiis. 205.

INSCRIPTIONES SEPULCHRALES.

Adriani Sexti. 77.
Andreæ Burgi. 118.
Andreæ Milii. 95.
Andreæ Somentii. 237.
Antonii Perſichelli. 69.
Auguſtini Somentii. 47.
Benedicti Alæ. 253.
Benedicti Fodri. 34.
Camilli Stanghæ. 434.
Cæſaris Speciani. 442
Chriſtophori Funduli. 347.
Corneliæ Mannæ. 85.
Damiani Alæ. 254.
Danielis Conradi. 81.
Dominici de Summo. 236.
Dorotheæ Tuonæ. 118.
Familiæ Salernæ. 32.
Federici Cardinalis Cæſii. 216.
Franciſci Cardinalis Sfondrati. 171. 397.
Franciſci Fabagroſſæ. 406.
Franciſci Mariani. 84
Galeatii Campi. 391.
Galeatii Ricavi. 71
Georgii Cropelli. 348.
Georgii Ferrarii. 426.
Hieronymi Nicolæ. 334
Hieronymi Regazzolæ. 302.
Homoboni Offredi. 227.
Jacobi Antonii Mutii. 272.
Jacobi Antonii Riccii. 84.
Jacobi de Barbobus. 271.
Jacobi Picenardi. 60.
Jo: Angeli Pelitii. 348.
Jo: Baptiſtæ Macagni. 341.
Jo: Baptiſtæ Nigri. 375.
Jo: Baptiſtæ Picenardi. 230.
Jo: Baptiſtæ Schitii. 193.
Jo: Baptiſtæ Sfondrati. 344.
Jo: Baptiſtæ Speciani. 142.
Jo: Franciſci Bonomii Epiſc. Vercell. 362.
Jo: Franciſci Perſichelli. 197.
Jo: Franciſci Valvaſorii Argentæ. 86.
Jo: Ludovici Ariſii. 28.
Jo: Mariæ Offredi. 441.
Jo: Offredi. 217.
Jo: Petri Giberti. 19.
Joſephi Renæ. 324.
Laurentii Gazii. 228.
Leonis Picenardi. 29.
Lombardini Burgi 49.
Ludovici Aymi. 376.
Ludovici Trecchi. 52.
Marci Antonii Amidani. 424.
Marci Antonii Barbovii. 271.
Marci Antonii Salomonii. 425.
Margaritæ Spinetæ. 326.
Martiæ Julianæ. 196.
Melchioris Aymi. 93.
Mercadini Locadelli. 388.
Nicolai Aſii. 34.
Nicolai Botræ. 66.
Octavii Affaitati. 330.
Paſqualis Zachariæ. 91.
Pauli Alæ. 230.
Petri Georgii Odeſcalchi. 393.
Petri, & Jo: Franc. de Bonominibus. 366.
Pontii Politii. 168.
Realdi Columbi. 169.
Romani Burgi. 427.
Sebaſtiani Berſani. 367.
Sigiſmundi Burgi. 3.
Theodori Gaviſii. 35.
Tydei Oldovini. 67.
Jo: Antonius Cattaneus Soncinas Advocatus Mediol. peritiſſimus. 187. 215.
Jo: Antonius de Honoratis Cremon. Epiſcopus Interramnenſis. 368
Jo: Baptiſta Ægnatius Venetiis publicè docet. 459.
Jo: Baptiſta de Grandis Phil., & Med. Doctor amicus Auctoris. 390.

Jo:

Jo: Baptiſta Guarguantus Ord. Carmel. Soncinas. 62.
Jo: Baptiſta Lucinus P. Anconitanus Acad. Arcadiæ. 21.
Jo. Baptiſta Maynoldus J. C. Coll. ex Inſtitutoribus Academiæ Animoſorum. pag. 258.
Io: Baptiſta Picenardus J. C. Coll. Academiæ Animoſorum Princeps. pag. 259.
Io: Baptiſta Schitius P. C. Med. Senator laudatur oratione funebri. 194., & ſeq.
Io: Baptiſta Sfondratus Patritius Cremonenſis Academiæ Animoſorum Princeps. 259.
Io: Baptiſta Spadius à Florentiola Ord. Prædicatorum. 267.
Io: Baptiſta Trottus Cremon. nuncupatus Maloſſo Pictor egregius. pag. 330.
Io: Carolus Affaitatus Cremonenſis Giſtellę apud Flandros Dominus. pag. 209.
Ioannes della Caſa Vir doctiſſimus apud Remp. Venetam Legatus. pag. 459.
Ioannes Cinellus laudatus. 31. 267. 365.
IO: FRANCISCUS ALBANUS S.R.E. Cardinalis ad Summi Pontificatus Apicem nunc evectus nomine Clementis XI. Academiæ Concordium Ravennæ adſcriptus. 383.
Io: Franciſcus Bohomius Bononienſis literatus celeberrimus. 108.
Io: Franciſcus Bonhomius Cremonenſis Epiſc. Vercell. 349. S. Carolo Borromæo acceptiſſimus, in rebus arduis ejus adjutor, & Socius ibid. Nonantulæ inſigni Abbatia proviſus ipſam poſtmodum ſic optante Borromæo cum Vercellenſi Epiſcopatu permutavit. ibid. Sollicitudine Paſtorali commiſſum ſibi Gregem per quinquennium præſens gubernavit, ipſa Eccleſia magnificentiſſimè, & religiosè aucta, & illuſtrata. 351. reliquum tempus uſque ad annum decimum quartum ſui Pontificatus Legationibus Apoſtolicis explevit. ibid. Tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus Novocomenſem Diœceſim luſtravit. ibid. Ad Elvetios Nuntius electus inſidias, minaſq; Hæreticorum pluries evaſit. ibid. Ad Rodulphum Cæſarem Legatus Conventui Auguſtæ Vindilicorum interfuit 356. Paleologum Hereſiarcam victum Romam miſit. ibid. Gherardum Truchſeſium Archiepiſcopum Colonienſem tamquam Hæreticum à Sede depoſuit, ipſiq; Erneſtum Bavariæ ſubſtituit 359. Apud Flandros Apoſtolicus Nuncius moritur Leodii 361. Ejus Cadaver Vercellas advectum ibid. Sepelitur in Sepulcro Sibi, & Succeſſoribus parato 362. Ipſius ſcripta recenſentur 363. S. Carolus ejus pretioſiſſima MSS. ad Conciones pertinentia Bonhomio legavit. pag. 364.
Io: Frãciſcus Cõmendonus Card. Jo: Bernardi Feliciani Audit.[r] 459.

Io: Franciſcus ex Comitibus Covi Cremonenſis Trib. Militū. 214.
Io: Franciſcus S. R. E. Card. de Gambara. 367.
Io: Franciſcus Quintianus Stoa Brixienſis Poeta laureatus. 36.
Io: Maria Cattaneus Novarienſis Vir doctiſſimus. 21.
Io: Marius de Creſcimbenis Vir doctiſſimus Cuſtos Academiæ Arcad. Romæ. pag. 21.
Io: Paulus Bertius Mediol. Senator Prætor Cremonæ. 213.
Io: Paulus Stortus è Caſali majori Epiſc. in Inſula Baleari. 241.
Io: Petrus Creſcentius Romanus Nob. Placentinus. 265.
Ioannes Planerius de Quintiano. 112.
Io: Stephanus Chizzola Cremon. Ord. Carmel. Generalis. 443.
Io: Thoma Odeſcalcus Med. Senator Cremonæ Prætor. 395.
Ioannis Ciampini Præſulis in Aula Romana Viri doctiſſimi mentio honorifica. 343.
Io: Crotti Oratio in laudem SS. Marcellini, & Petri. 315.
Ioſeph Aurelius Niger J.U.D. Auctoris Avunculus 22. 112. 137. 218. 369. in pro.
Ioſeph Breſcianus Hiſtoricus Cremonenſis. 31. 50. 108.
Ioſeph Cattaneus Marchio Animoſorum Acad. Princeps. 260.
Ioſeph Hier. Somentius Cremon. Reg. Mediol. Dominii Chronographus. 107. 139. 294. 425.
Ioſeph Lauda Bononiæ Prætor. 186.
Ioſeph Lauda alter J. U. D. Coll. Cremonenſis. 134.
Ioſeph Maria Ciria Cler. R. Somaſchæ. 110.
Ioſeph Nerius J. C. Peruſinus V. C. 375.
Ioſeph Niger Proavunculus Auctoris. 112. 173. 258.
Ioſephi Falconii Carmelitæ opinio refellitur. 445.
Iſabella Gonzaga Marchioniſſa Piſcariæ Sanctimoniæ fama obiit in Opp. Caſalis Majoris. 207.
Iſabella Pallavicina Lupa Marchioniſſa Soraneæ. 406.
Iulianus Caetanus Cremon. Ord. Conv. S. Franc. Commiſs. in Iſtria. pag. 212.
Julius Campus Cremon. Pictor inſignis. 389.
Julius Cęſar Porrus J.C. Acad. Animoſus Amicus Auctor. 267. 337.
Iulius Cæſar Scaliger in Vidam infenſus 107. eumdem laudibus extollit ibid.
Iulius Clarus Alexandrinus Mediol. Senator celeberrimus Civis Cremonenſis efficitur. 269.
Iulius Paternus Cremon. Archiep. Manfredoniæ. 166.
Iulius Schinchinellus Petri Ioannis F. Patr. Cremon. 27.
Iunipera Pallavicina Bentivola Matrona Bononienſis. 73.
Iuriſconſulti ex familia Lauda.
Iuriſconſulti quindecim Cremon. à peſte ſublati 40., & ſeq.
Iuriſperitos è mundo tollere, Solem ſuſtuliſſe videtur. 44.

L

LAtinus Juvenalis Romanus. 97.
Laurea Ferrea Ammanata Poetria Florentina. 219.
Laurentius Gambara Poeta Brixien. 372.
Laurentius Legatus inſignis Medicus, & Phil. Cremon. 92. 111.
Laurentius de Mozzanica Cremon. Ducalis Comiſs. Generalis. 88.
Lauretanæ familiæ P. V. laudes. 7.
Lauretus Matthæjus Nob. Reatinus Poeta clariſſimi nominis. 238.
Lazarus Auguſtinus Cotta Muſæi Novarienſis Auctor Auctoris amicus eruditiſſimus 17. 21. 33. 109. 258. 349. 368. 403. 418. 423.
Lazarus Bonamicus Boſſanenſis.
Lectores Gymnaſii Ticinenſis Patria Cremonenſes in hoc libro memorati. Cæſar Brumanus 342. Colombanus Balettus 305. Geneſius Roſanus 326. Franciſcus Sfondratus 170. Io: Baptiſta Gibertus 19. Jo. Bernardus Felicianus 164. Julianus de Marianis. 369.
Leona Oſcaſala Genitrix M. Hieronym. Vidæ Albæ Epiſc. celeberrimi Poetæ. 100.
Leonardus Fioravantius ſugillatur. 169.
Leonardus Lauretanus Venetorũ Dux 3. panegirico comẽdatur. 4.
Leonis X. Pontif. Max. Diſticon in laudem Vidæ. 108.
Lucas Seriagus Cremon. Epiſc. Dunenſis in Hybernia. 19.
Lucæ Olchinenſis Canonici Epiſt. ad Jo: Mariam de Gabianis. 53.
Lucia de Baroncellis Avia Paterna Auctoris. 22.
Ludovicus Antonius Muratorius Auctoris amicus. 160.
Ludovicus Areoſtus celeberrimi nominis Poeta Ferrar.ſis 55. 108.
Ludovicus Barbovius Marchio Sorexinæ Academiæ Animoſorum Princeps.
Ludovicus Barbovius P. Cremon. Acad. Animoſorum Princeps.
Ludovicus Cavitellus Hiſtoricus Cremonenſis. 109. 119.
Ludovicus Galliæ Rex inter Subſellia Jaſonis ſediſſe legitur. 29.
Ludovicus Guiciardinus Hiſtoricus Florentinus.
Ludovicus Madius Cremon. Mediol. Senator. 409.
Ludovicus Panizza Medicus Mantuanus. 227.
Ludovicus Stanga Comes Animoſorum Acad. Princeps.
Ludovicus Stanga Cremonen. Ord. Prædicat. Poeta laureatus. 381.
Ludovicus Taberna Epiſc. Laudenſis. 330.

M

MAlateſta Garuffius Abbas Ariminenſis. 267.
Maleſtæ familiæ Cremonenſis Genealogia. 298.
SS. Marcellinus, & Petrus Cremonę Defenſores 315. Protect.res in pro.
Marcus Antonius Ala Medicus Cremonenſis. 85.
Marcus Antonius Amidanus Cremon. Epiſc. Melphienſis deſignatus. pag. 424.

Marcus Antonius Caymus Mediol. Sen.[r] Cremonę P. Prætor. 270.
Marcus Antonius Fabagroſſa Cremon. celeb. Cohortum Dux venenum exuxit ex vulnere Franc. Sfortiæ II.
Marcus Antonius Maurocenus P.V. 14.
Marcus Antonius Salomonius Cremon. Soræ Epiſc. 425.
Marcus Antonius Specianus Cremonenſis Leonis X. Legatus in Germania. 423.
Marcus Hieronymus Vida Albę Epiſc. Poeta celeberrimus, Elogio comēndatus à Celſo Roſino 100. Somnium ipſius Matris. ibid. optimis diſciplinis imbutus. ibid. Leoni X. Pont. Max. acceptiſſimus 101. ipſius hortatu Chriſtiadem cecinit. ibid. à Clemente VII. Epiſcop. Albæ electus. ibid. poſt obitum Petri Card. Accolti à Capitulo Cremonenſi in Epiſcopum inauguratus. ibid. ipſius libros Bononiæ in publico Gymnaſio facultas facta legendi. ibid. Albam ab Hoſtium aggreſſione defendit. ibid. plurimas Sacras Ædes Senio confectas reſtituit, vel magnificè decoravit. ibid. ætatis anno nonageſimo ſexto obiit. ibid. à Cremonenſibus ſumptu publico parentatus. ibi. ipſius Staturę qualitas. ibi. Facies in totum Virgilio ſimilis. ibid. Opera ab ipſo edita. ibid., & 100. Elogium in ejus Funere 104. ipſius Numiſmata 105. Bernardus Saccus Ticinenſis Vidæ ſub nomine Scriptoris Cremonen. accerrimus Hoſtis. ibid. aliorum injuſtæ contrà eum cenſuræ 106. Leonis X. Diſticon in ipſius laudem. ibid. Scriptores ordine Alphabetico, qui Vidam commendant 108. 109. 110. 111. 112. 113. ipſius Epiſtola qua Poeticam Patriæ tranſmittit 114. ipſa ſumptu publico Cremonæ excuſa 115. alia ejuſdem Epiſtola ad Præſides Civitatis Cremonę 117. laudatus à Marco Paulo Tarteſio. 245. & ſeq.
Margarita à Turre Societat. Jeſu primùm Cremonæ ſuſcepit. 435.
Martyres pro Chriſti Fide Cremonenſes Cives in Civitate Brixiæ ducentum, & unus in pro.
Maſſonerius de Burgo Vexillifer Populi Cremonenſis. 128.
Matthæus Brumanus Cremon. Epiſcopus Nicomedienſis, mox Epiſcopus Melphienſis. 435.
Mathilda Comitiſſa in Eccleſiam Cremon. benefica. in pro.
Maximilianus Maria Sfortia Mediol. Dux. 25. 46. in Præceptorem gratiſſimus. 457.
Mayna familia Cremonenſis. 28.
Maynus de Mayno Patritius Med. Gubernator Cremonæ. 65.
Melchior Triviſanus Pat. Venetus. 14.
Michael Ghislerius S.R.E. Card. mox nomine Pii V. Sum. Pōtif. 320
Modeſtus Pinzonus Cremon. Auguſtin Gener.[lis] Adminiſter. 437.
Monaſteria Monachorum Caſſinenſium Cremonæ olim undecim in pro.

Mo-

Monaſterium S. Alexii de Urbe. 60. 72.
Angelicarum S. Marthæ Cremonæ. 89.
S. Dominici Cremonæ. 84.
S. Evangeliſtæ Ravennæ. 57.
S. Mariæ Magdalenæ Cavæ. 236.
Mortis neceſſitas. pag. 39.
Mulieres veſtibus virilibus indutæ, ut Platonem Philoſophantem audirent. 162.
Muſæum Magni Ducis Hetruriæ. 105.
Montalbanum Bononiæ. 397.
Septalianum Mediolani. 64. 85.
Muſicam ignorantes apud Græcos erant infames. 452.
Muſicam Viri Nobiles, & docti didicerunt. 455.

N

Naturales unius Urbis verè eſſe, & diei, qui nati ſunt in ea. 392.
Nicolaus Angelus Cafferius. 108.
Nicolaus Fodrius J. C. Coll. Cremonenſis. 34.
Nicolaus Godrollus Patavinus V. C. 459.
Nicolaus Grudius Poeta Belgicus. 110.
Nicolaus Lucarus Cremon. Orator facundiſſimus. 52.
Nicolaus de Paſſeribus Genua Patavinus. 34.
Nicolaus Ponzonus Comes Caſtelletti Animoſorum Acad. Princeps. pag. 259.
Nicolaus Sfondratus Cremon., qui fuit Greg. XIV. oratione Hieronymi Faballi laudatus in ſuo Cremonenſis Diœc. adventu 267. Puer adhuc Mediolano Cremonam miſſus ſtudiorum cauſa. 281. cætera vide, ubi de Gregorio XIV.
Nicolaus Sorexina Pat. Cremon. Academiæ Animoſorum Princeps. 259.
Numerus Septennarius quid indicet. 55.
Numiſma Petri Mannæ celebris Medic., & Phil. Cremon. penès Auctorem 85. aliud ejuſdem Mannæ in Muſęo Septaliano. ibid. Marci Hier. Vidæ. ibid. aliud ejuſdem ibid. Alexandri, & Margaritæ de Livicellis. 449.
Nummus Caſtrenſis cuſus durante obſidione Cremonæ anno. 1526. 74.

O

Octaviani Vineati Laudenſis Ode in laudem Hier. Claravacei. 92.
Octavius Affaitatus Cremon. Marchio Grumelli. 329. 418.
Octavius Farneſius Pauli III. Nepos Militum Præfectus in expeditione Germaniæ. 193.
Octobonus Foſſa J. C. Cremonenſis. 211.
Offredus de Offredis Cremon. Epiſc. Melphitenſis. 141.
Onuphrius Panvinius Veronenſis graviſſimus Scriptor Cremona oriundus. 312.

Onus ſupra vires nemo aggredi debet. 36.
Oppidorum Inſignium in Diœceſi Cremon. nomina in pro.
Oratio Alexandri Roinati Placentini in laudem Comitis Franciſci Perſici. 154.
Hieronymi Faballi in laudem Nicolai Sfondrati. 277
Jo: Baptiſtæ Maynoldi in Funere Jo: B. Schitii. 194.
Jo: Jacobi Crotti prò Franciſco Sfondrato. 174.
Jo: Jacobi Crotti, qua deflet Quindecim Juris Conſultos Cremonen. pag. 37.
Marci Pauli Tarteſii in Funere Jo: B. Speciani. 142.
Sigiſmundi Burgi in laudem Leonardi Lauretani Venet. Ducis. pag. 3.
Otium fons omnium ſcelerum. 407.

P

Paganus Ponzonus Cath. Cremonæ Can. Prior. 85. 139.
Paleologus Hæreſiarcha victus Romam mittitur. 356.
Paracelſi opinio. Peſtem ex Regione in aliam per imaginationem traduci. pag. 86.
Parthenia Gallarata Cremon. Matrona literatiſſima. 256.
Paula Antonia de Nigris latinis literis eruditiſſima. 330. 417.
Paulus Bombaſius Bononienſis. 97.
Paulus de Calliariis Veronenſis Pictor celeberrimus. 168.
Paulus Cæſius J. C. Romanus exindè S. R. E. Card. 29.
Paulus Datus Patritius Cremonenſis. 163.
Paulus III. Farneſius P. M. 193. 370. & ſeq.
Paulus Jovius Hiſtoricus celeberrimus. 110. 173.
Paulus Piſanus P. V. Cremonæ Præfectus. 10.
Paulus Sarpus Venetus Jo: Mariæ Capellę Cremon. diſcipulus. 205.
Paulus Sfondratus Greg. XIV. Frater plurimum gratiæ iniit apud Carolum V., ejuſq; Filium Phil. 396.
Petrus de Accoltis S. R. E. Card. Epiſcopus Cremon. 442.
Petrus Bembo S. R. E. Card. 119. 108. 97.
Petrus Cannetus Abbas Camald. Amicus Auctoris memoratur. 3. 109. 320. 374. 380. 383. 405.
Petrus Franciſcus Scarabellus. 85.
Petrus Franciſcus Trecchus Marchio Animoſorum Academiæ Princeps in pro. 260.
V. Petrus Georgius Odeſcalcus primus Alexandrinus, inde Epiſcopus Viglevanenſis Cremonæ natus. 392. & ſeq.
Petrus Joannes Schinchinellus P. C. Mediol. Senator. 24.
Petrus Landus Venetorum Dux. 460.
Petrus Lauretanus Pat. Venetus. pag. 6.
Petrus Marcellinus Oraſus Abbas Olivetanus. 266.
Petrus Martyr Ponzonus Comes Cremon. Mediol. Sen. ex inſtitu-

inſtitutoribus Academiæ Animoſorum, exindè Epiſcop. Novarienſis. 258. 346.
S. Petrus Martyr ex Protectoribus Cremonæ in pro.
Petrus Paulus Arrigonus Cæſareus Senator, ac Prætor Cremonæ. pag. 244.
Petrus Paulus Pariſius J.C. celeb. S.R.E. Card. 170.
Petrus Somentius Cremon. Vir. doctiſſimus. 44.
Petrus Victorius Gabr. Faerni Cremon. admirator. 276.
Petrus Vidonus P.C.S.R.E. Card. 260. 266.
Philiberti Pedemontium Princeps Epiſtola ad Ferrantem Gonzagam. pag. 27.
Philippus II. Auſtriacus Hiſpaniarum Princeps, deindè Rex Cremonæ receptus. 214.
De Cremona optimè ſentit 410. memoratur. 193.
Eidem Antonius Campus dicat Hiſtoriam Cremonenſem. 390.
Picinelli Abbatis in Atheneo Mediol. lapſus. 2. 173. 418.
Pii IV. Breve Apoſt. Præſidibus Civitatis Cremonæ. 400.
B. Pius V. ex Ordine Prædicat. Prior Cœnobii Soncinenſis. 2. 255.
Platonis ſententia, Juriſconſulti Medicis præferendi. 44.
Privilegium Ampliſſimo Juriſtarum Coll. conceſſum à Franciſco II. Sfortia. pag. 82.
Civitatis Cremonæ Camillo Porro Patritio, & Senat. Mediol. 309.
Fabritio de Aligeris. 212.
Hieronymo Card. Bernerio. 398.
Jacobo Philippo Saccho Alexandrino Med. Senat. 70.
Jo: Thomæ Odeſcalcho Med. Senat. 395.
Julio Claro Med. Senatori. 269.
Nicolao Amanio Cremenſi. 56.
Clementis VIII. Collegio Phyſicorum Cremonæ. 430.
Franciſci II. Sfortiæ Antonio Perſichello. 69.
Gregorii XIV. Coll. Juriſconſultorum Cremonæ. 415.
Immunitatis conceſſum Philippo Nicolæ. 94.
Immunitatis Jo: B. Buſſeti. 231.
Imunitatis ob duodecim liberos Franciſco Petranigrę. 238
Marci Paulo Tarteſio. 244.
Maximiliani Cæſaris Andreæ Burgo. 119. 135.
Maximiliani Mediol. Ducis Petro Jo: Schinchinello Mediolani Senatori. 23.
Oeconomatus Dominii Mediol. conceſſum Jacobo Picenardo. 60.
Sigiſmundi Picenardi Senatoris Mediol. 295.
Prodigium SS. Marcellini, & Petri. 315.
Puer ex ſuis ſtudiis intelligitur. 88.

R

RAphaelis Placentini Carmina excuſa Cremonæ. 52.
Ratio legum conſervatrix, & emendatrix. 200.
Raynutius Farneſius S. R. E. Card. memoratur 370., & ſeq.
Realdus Columbus Cremonenſis Anatomicus celeberrimus lapides penè innumerabiles invenit in Pulmonibus, & Jecure S. Ignatii Fundatoris Societatis Jeſu. 169.
Religio primum obtinet locum inter ea, quæ obſervatione digna ſunt: in pro. eſt Veri Dei cultus. ibid. unde dicta. ibid.
Robertus Robertinus Brixienſis. 163.
Rodulphus Pedrezzanus Cremonenſis Epiſc. Tergeſtinus. 365.
Romanus Burgus Cremon. Equeſtrium Dux ſub Franciſco Picinino. pag. 427.
Romualdi à S. Maria Excalceati Auguſtiniani livor, & error 105.
Romulus Amaſæus hum. liter. in Archigym. Bononienſi Profeſs. primarius 272. exindè Julii III. à Secretis ibid.
Romulus Maffus Cremon. Cler. Reg. Barnabita memoratur. 458.
Roſſotti Andreæ lapſus. 446.

S

SAlernæ familiæ Cremonenſis Origo. 32.
Sanctimonia Venerabiles Viri, & Mulieres Cremonenſes in hoc libro memorati præter alios in Proemio deſcripti.
V. Amadeus de Anteniato Capucinus. 331.
V. F. Ambroſius Stampa de Soncino Capucinus. ibid.
V. Andreas Muſſus Capucinus. 318.
B. Antonius à Cremona Ord. Min. de Obſerv. S. Franc. 159.
V. Antonius Maria Zaccharias Congr. Cler. Regul. S. Pauli primarius Inſtitutor. 88.
V. Archangelus de Gallarate. 55.
B. Benedictus à Cremona Ord. Min. Obſerv. S. F. 159.
V. Bonaventura à Cremona Capucinus. 331.
V. Bonus, ſivè Homobonus Lizarius Cremonen. 139.
S. Ciria V., & M. Cremonenſis. 34.
V. Conſtantius Cazaniga Congr. S. Hieronymi Generalis. pag. 50.
V. Damianus Patavinus in Eccleſia S. Angeli Cremonæ Min. Obſ. S. F. 159.
V. F. Felix à Caravagio Capucinus. 331.
B. Franciſcus Carmelita. 445.
S. Geroldus M. Colonienſis, cujus Corpus Cremonæ ſervatur. 427.
B. Heliſabeth Picenarda. 433.
V. Hieronymus Affaitatus Mon. S. Hier. 329.
V. Honeſta de Piſcarolis. 215.
B. Jacobus è Caſtroleone Min. Obſerv. S. F. 159.

V. Joan-

V. Joannes Rubeus Ord. Min. de Obſerv. S. F. 159.
V. Iſabella Gonzaga Marchioniſſa Piſcariæ obiit in Oppido Caſalis Majoris. 207
V. Margarita Spineta Virgo Cremonen. Ord. Carm. 326.
V. Marius à Piceleone Capucinus. 331.
V. Pacificus de Soncino Min. Obſer. S. F. 62.
V. Petrus Georgius Odeſcalcus Pat. Novocomenſis Epiſcopus Viglevan. natus Cremonæ. 392.
V. Raphael Stanga Capuc. 438.
B. Stephana de Soncino. 429.
B. Syxtus à Riparolo. 446. 450.
V. Ventura Laycus de Soncino. 331.
Sanctorum exterorum nomina, qui Cremonæ adfuere. in pro.
Schizza familia Cremonenſis. pag. 385.
Scipio Vegius Laudenſis Med., & Phil. præſtantiſſimus. 103.
Scriptores centum decem, & octo alphabeticè relati, qui Vidam laudant. 108. 109. 110. 111. 112. 113.
Sebaſtianus Berſanus Phyſ. Coll. Acad. Animoſorum Princeps. 259. 367.
Sebaſtianus Conradus Orator Regienſis laudatur. 370.
Senatus Mediolanenſis anno 1526., & 1527. ſedit Cremonæ 78. laudatur. pag. 283.
Seraphinus Firmanus Can. Reg. egregie laudat Ven. Virum Antonium Mariam Zacchariam primarium Inſtitutorem Cler. Reg. S. Pauli. pag. 90.
Servorum B.V. ex ordine Viri inſignes Cremon. 205.
Sfondrata familia Cremon. 460.
Sfortia Marchio Pallavicinus Acad. Animoſorum Patriæ Princeps. pag. 259.
Sigiſmunda Eſtenſis Pauli Sfondrati Uxor. 397.
Sigiſmundus Brumanus Cremonenſis Archiater Clem. VIII. Protomedicus Generalis totius Eccleſiaſt.cæ ditionis. 430. & ſeq.
Sigiſmundus Burgus J. C. 3. ad Venetam Remp. Orator. ibid. Eques creatus. ibid. Epidemia correptus obiit. ibid. Ejus Panegiricus ibid., & 4. Alterius Sigiſmundi Burgi Epiſt. ibid.
Sigiſmundus Picenardus Mediol. Senator ex Inſtit. Acad. Animoſorum. pag. 258.
Sigiſmundus Ponzonus Comes Acad. Animoſus. 260.
Sigiſmundus Trecchus Academiæ Animoſorum Princeps. 258.
Simplicianus Macaneus Medicus Cremon. 85.
Sophonisba Anguiſſola Cremon. Pictrix comendatiſſima. 257. 331.
Statuta Capituli Eccleſiæ Collegiatæ S. Agathæ Cremonæ. 52.
Superſtitiones Sacramenta Diaboli. 35.
Sylveſter de Prierio Ord. Prædic. Theol. celeberrimus 48. Prior Cœnobii Cremon. ibid.
Synodi Diæceſanæ Cremon. 411. 420.

Nova-

Novarien. 420. Vercellen. 363. Viglevanen. 394.
Syxtus Divitiolus Cremon. Epiſc. Carinulæ. 324.
B. Syxtus de Riparolo Ord. Min. Scriptor pro Immaculata Conceptione. 458.
Syxtus Senenſis Ord. Præd. Hæbreorum Antagoniſta. 315.
Duo millia Exemplaria Hebraici libri Cremonæ ab incendio ſervat. 325.

T

TEmplum celeberrimum Caravagii B.V.M. dicatum in pro. 348.
Templum Andreæ de Burgo Cremon. 126.
Theophilus Cremonenſis Can. R. L. 52.
Thomas Campegius Epiſc. Feltrenſis Archidiac. Bononienſis. 370.
Thomas Cæva S. I. 109.
Thomas Manna J. C. Coll. Cremon. 234.
Thomas Phedrus Volateranus. 30.
Tiberii Deciani celeberrimi Juriſconſulti mentio. 306.
Tolentinæ familiæ Cremonenſis origo. 302.
Troylus Buclarinus Cremon. 42.
Turris Major Cremonæ 348. error quorumdam Scriptorum circa ejus originem detegitur 349. laudatur. ibid.
Turres multæ Cremonæ pro majori Dei cultu. in proem.

V

VAleria de Aleriis Matrona Cremonen. Sanctitate Venerab. Monaſterii Angelicarum S. Marthæ Cremonæ Fundatrix. pag. 89.
Udenus Niſieli erat vero nomine Benedictus Fiorettus Florentinus. pag. 105.
Venditionis contractus antiquis Romanorum temporibus celebratus. pag. 98.
Venetæ Urbis laudes. pag. 5.
Vernatia familia Cremonenſis. 178.
Vincētius Calcius, ſeù de Bonettis Soncinas Epiſc. Venuſinus 429.
Vincentius Campus Cremon. Pictor illuſtris. 389.
Vincentius Coronellus, nunc Miniſter Generalis Ord. Min. Convent. 22. 209.
Vincentius Gallus Cremon. Cler. R. S. Pauli inſignis Poeta. 110.
Vincentius Madius Phil. Brixienſis. 189.
Vincentius Maynoldus Acad. Animoſorum Princeps. 259.
P. Virgilius Maro primas literas Cremonæ didicit. 401. Ædes antiquiſſimæ in Vico nunc S. Bartholomei, ubi creditur ipſum tunc habitaſſe. ibid.
Vita hominis exagitata 39. brevis. 203.
Urbes Religione diligentius, quam mænibus cinguntur. in pro.

Z

ZAcharia fam. Cremon. pag. 88.

IN.

INDEX
Typographicus Provinciarum, Urbium, & Oppidorum Inſignium in hoc Volumine memoratorum.

A

AMſtelodamum. pag. 30.
Alba 100. 318.
Aleria 305.
Alexandria 25. 67. 78. 335. 213. 376. 404.
Alſatia 119. 331. 358.
Ancona 377.
Anglia 443. 207.
Antegnatum 214.
Antuerpia 208. 274.
Aretium 63. 442.
Ariminum 267. 312.
Arteſia 119.
Aſculum 398.
Aſſiſium. 219.
Auguſta Vindelicorum 172. 356.
Auximum 398. 453.

B

BAſilea 30. 172.
Bavaria 452. 454.
Berga 446.
Bergomum 136.
Berna 353.
Biſſinianum 236.
Bobium 305.
Bononia 41. 57. 68. 72. 81. 92. 102. 117. 182. 185. 186. 239. 239. 240. 307. 372. 378. 385. 404. 405.
Bordulanum 28. 193.
Bormium 351.
Bozulum 63. 437.
Brabantia 119
Britania 288. 180.
Brixia 153. 162. 307. 332. 349. 449.
Bruxellæ 27. 193.
Burgundia 119.
Buxetum 376.

C

CAjeta 6.
Caravagium 320. 348. 331.
Carinula 324. 435.
Carmona in Hiſp. Betica. 345.
Carnia 12.
Carpus 62.
Caſale 369.
Caſale Majus 58. 71. 76. 190. 207. 227. 229. 235. 239. 240. 241. 271. 273. 410.
Caſale Moranum 310.
Caſſanum in pro.
Caſtrum 91.
Caſtrũ Bononienſe 218. 239. 243.
Caſtrum novum Buccæ Abduæ. 382. 434.
Caſtrum Didonis 193.
Caſtrum Gandulphi 377.
Caſtrum Leonis 13. 21. 22. 93. 159. 214. 315. 334. 380. 451.
Caſtrum Ponzonorum 187. 418.
Caſtrum Vicecomitum 193.
Caſtionum Laudenſe 276.
Colonia 361. 363.
Complanum 92.
Comum 158. 352.
Corduba 345.
Coria 352.
Coſtantinopolis 12.
Covum 214.
Crema 50. 55. 78. 136. 310. 311. 449. 457.
Cremona, vide in Indice Rerum notabilium, ac per totum librũ.
Creta 378.
Cymaclum 169. 191.
Cyprus 100. 345.

Dal.

D

DAlmatia 119.
Dania 87. 170. 443.
Dornacium. 30.

E

EPidaurum. 58.

F

FAentia 227. 234.
Fanum 378.
Ferraria 20. 41. 138. 188. 204. 347. 397. 435.
Flandria 119. 360.
Florentia 63. 158. 274. 385. 445.
Florentiola 267.
Forum Julii 5.
Forum Livii 97.
Francofurtum 168. 220.

G

GAllaratum 55.
Gallia 288. 445.
Genua 67. 328. 369.
Germania 180. 193. 212.
Gheldria 119.
Giſtella 209.
Goritia 119.
Grumellum 329.

H

HAmſpurg 119.
Helvetia 392.
Hibernia 19. 378. 443.
Hoſtilia 126. 135.
Hyſpania. 180.

I

IMola 385. 447.
Inſula Dovarienſis 85.
Interamnium 368.
Iſtria 12. 298.

L

LArius Lacus 237.
Lauretum 453.
Laus Pompeja 80. 88. 211. 292., & ſequ. 452.
Leodium 362.
Liburnia 12.
Lignagum 377.
Lipſia 274.
Londinum 208.
Lotaringia 119.
Lugdunum 30. 90.

M

MAcerata 241.
Magdeburgum 377.
Manfredonia 166.
Mantua 97. 103. 189. 192. 213. 377. 385. 428. 435.
Mediolanum 33. 47. 67. 95. 139. 158. 161. 195. 211. 213. 229. 255. 271. 294. 333. 345. 385. 417. 451.
Melphis 424. 435.
Meltium 161.
Morbegnium 351.
Mutina 442.

N

NAntes 17.
Neapolis 154. 158. 206. 342. 378. 381.
Nicoſia 110.
Novaria 258. 403. 419. 458.
Novellaria 2 8.
Nuſſium 361.

P

PAndinum 324.
Papia 29. 41. 66. 67. 158. 165. 201. 254. 294. 326. 409. 419. 460.
Pariſii 168. 312.
Parma 55. 64. 93. 331.
Patavium 41. 88. 97. 236. 429. 459.
Paternum 272.
Peruſium 41. 339. 378.
Petina 298.
Piceleo 65. 91. 162.
Piſæ 46.
Piſtorium 324. 339.
Placentia 50. 253. 242. 325. 338. 385. 455.
Platina. 71.

Quin-

Q

Quintianum. 36.112.166.

R

Ratiſtadium. 358.
Ravenna 57.379.383.454.
Reggium Lepidi 235.370.
Rheates 212.
Riparolum 406.445.449.
Roma 19.65.169.181.195.212.
236.274.381.426.445.454.457.
Romanengum 293.322.
Romanum 214.
Ruperes de Zannis 239.

S

Sabaudia 181.306.
Sabloneta 71.92.155.205.312.
Salernum. 32.
Saxonia 443.
Scotia 385.443.
Scutrium 7.
Senæ 170.185.
Sicilia 119.307.388.409.
Siria 404.
Soncinum 22.62.75.161.187.214.
229.320.321.334.417.428.429.
Sora 425.
Spira 358.
Stiria 119.357.

T

Taurinum 170.445.
Ticinum V. Papia.
Tolentinum 302.
Torcellum 20.
Tortona, ſeù Derthona 161.
Trajectum 312.
Tridentum 118.
Tripolis 253.
Trivicus 336.
Trivilium. 320.

V

Vardaſtallum in pro. 91.
Venetiæ 5.30.165.168.225.
234.292.302.325.343.441.
451.459.460.
Vercellæ 26.159.261.
Verona 47.119.158.255.312.
Vicentia 97.190.
Viglevanum 88.393.
Vindobona 454.
Vitelliana 48.233.307.343.376.
402.
Viterbium 377.
Viticetum 382.
Volaterræ 30.
Urbs Vetus 377.
Urcei 161.403.
Vvitemberga. 30.

FINIS.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 104205593